— Judiciaria e publica Jurisdictione fit, olim per homines Regios et Palatinales cum Testimonio concernentis Capituli vel Conventus. II: 19. 20. 21. — Hodie peragit Judex Nobilium intra limites Comitatus sine exmissionis necessitate, Juratus Tabulae Reg. vel Banalis per totum Regnum sed penes exmissionem 1807: 8. §. 6. — In civitatibus vel oppidis privilegiatis unus aut duo Senatores vel Juratus Cancellista. 1807: 8. §. 5. — In Sacra Sede duo Parochi vel Parochus cum Capellano.
— Etiam in juribus haereditariis coram ordinario Judice valet, si Incattus adsit in persona, vel per procuratorem, secus evocatio necessaria. II: 20. §. 1. 2. 3.
— Ad remittendum pignus, tollendamque summam coram Judice ordinario bona possidentis, vel Advocati ejus fieri debet penes paria literarum pignoratitiarum, et tunc intra triduum respondere debet possessor vel Advocatus ejus. II: 20. §. 1. 2.
— penes Testimoniales Capituli vel Conventus de eodem Comitatu fieri debet, secus Causa condescendit, excipe Capitulum Albense, Budense, Bosnense, et Cruciferos de Alba, qui Admonitiones per totum Regnum peragere poterant. II: 21.
Admonitio ad remittendum pignus fieri debet in persona de domo habitationis. II: 24.
— ad remittendum pignus, levandam pecuniam, dotem, parapherna, quartalitium personaliter de domo habitationis, si potest, fieri debet. II: 24.
— Si non levavit, nec remisit pignus, neque evocatus vel evocata comparuit, Judex bona absque pecunia evocanti tradet, et evocatus extra dominium Jus suum quaerat. II: 24. §. 4. 1486: 25.
— Imo si vel Fratrem manifeste bona concernant, remittere talia nolens, praeterea in tanta Summa, quantam bona impignorata valent convincitur. II: 24. §. 5. 6. 1492: 65.
— personalis fieri debet ad levandam dotem non item ad evocationem. II: 24.
— amica, quae privata auctoritate peragitur rumpit praescriptionem in Debitis. III: 26. 1729: 37.
— non generales sed expressis nominibus et expressa causa dentur ab Ecclesiasticis Judicibus. 1481: 17.
— Si fassionem praecessit tempore disturbiorum coram V.-Comite, Judice Nobilium, vel Nobilibus facta, suum habet robur. 1622: 60.
— Si cum minori summa fiat coram Comitatu ad redimendum pignus, et alter insufficientiam summae opponat, haec causa eadem ut pignus judicatur. 1655: 52.
— Nova semper et processus requiritur, toties quoties ad poenam 500 fl. ob non restitutionem literalium Instrumentorum proceditur. 1662: 35.
— Bona penes Mandata reexecutoria possidentes, eadem ad instantiam partis laesae, praemissa judiciaria Admonitione sub poena violentiae toties quoties et refusione fructuum post admonitionem remittere tenentur. 1681: 30.
— Ad eam judicialiter per Tutores factam si orphani rationes exigere negligant, Tutores processu contra orphanos agere possunt. 1715: 68.
— Etiam contra Morosos Reparatores communium aedificiorum praemittitur. 1715: 69.
— Ea contra Dominos Terrestres Subditos ex uno Comitatu ad alium translocantes absque effectu instituta, Dominus poenam homagii non reductorum luit. 1723: 62.
— Ea praemitti debet occasione revocationis Plenipotentiarii per novum Mandatarium contra illum, qui cum priore contrahere intendit, et talis revocatio extra Regnum existentium non a Dato illius emanationis, sed a Tempore admonitionis efficaciam habet. 1729: 24. §. 6. 9.
— in praetensione debitorum intra triginta duos annos fieri debet, cum paribus obligationis vel chartabiancae. 1729: 37. §. 6.
Admonitiones judiciarias Judlium cum Jurassore, aut Tabulae Regiae Juratus Notarius peragit. 1807: 8. §. 6.
Admonitoriae et aliae Literae cum clausula: *Dicitur nobis*, nonnisi sexaginta diebus robur habeant. I: 33.
— Eae super admonitione personali redimantur denariis centum 1609: 27.
Vide: *Literae*, *Taxa*.
Adolescentes Literis operam navantes ex bonis desolatarum Ecclesiarum subsidia accipiant. 1548: 12.
Adolphus a S. Georgio Episcopus Jaurinensis. 1741: conlc.
Adony, *vide: Nyir-Adony*. 1638: 67. §. 3.
Adonyi Michael pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Adoptio cum Consensu Regio Nobilitat. I: 8.
— Vim habet fraternalis condivisionalitatis. I: 49.
— Per duos consensu Regio ita firmata, ut uno deficiente alter succedat nonnisi post mortem unius statutione intra annum alterius Jus firmatur, nisi Jus Regium lateret. I: 63.
— Filialis aut fraternalis definitur. I: 66.

Adoptio in bonis non existentibus haeredibus valet, et consensu Regio firmari debet, statutioneque indiget. I: 66.

Adoptivus redimit bona impignorata adoptantis ante vicinos. I: 27.
— Post gratiam Notorii non succedit. I: 49.
— Talia bona dicuntur acquisita illius, et de talibus libere disponit inter filios et filias. I: 57.
— Vivente adoptante habet Dominium bonorum. I: 57. §. 2. et 66.
— deficiente adoptante ante statutionem consequitur bona post statutionem. I: 66.
— Ad quem jure aliquo bona deficientis devolvi deberent, in tutela legitima praefertur cognatus. I: 120.
— In bonis prae aliis manibus existentibus se statui curans possessorem ad levandam pecuniam admonens, et simplici evocatione utens, calumniae poenam non incurrit. II: 71.

Adressati si necessitatis causa plures essent designati, cambiales illi praeferenter praesentandae, qui anterioris obligati adressatus est. 1840: 15. I. §. 65.
— ad casum necessitatis constituti acceptatio Cambiaria etiam quoad legales effectus acceptationi honoris causa factae aequiparatur. 1840: 15. I. §. 79.
— vel Intermediator cambiales per se acceptatas, si in praesentatione scopo solutionis facta remora intersit, exsolvere amplius non obligatur 1840: I. §. 108.
— ad casum necessitatis constituti solutio Cambiaria solutioni Honorantis aequiparatur. 1840: 15. I. §. 114.

Adriatici maris in portubus occupata per Praefectos confiniorum bona restituantur. 1635: 36.
— circa mare ad rectificandos limites Regni deputentur Commissarii. 1638: 42. 1649: 32.
— versus mare libera sit vinorum eductio. 1723: 78.

Adulator Comitis Linguam amittat S. Steph. II: 54.

Adulteratio monetae.
Vide: *moneta*, *Falsarius.*

Adulterium violentum committens per oppida non privilegiata, villas, et Nobiles privilegia non habentes illico puniri potuit. III: 32.
— Archi-Diaconus vel Episcopus judicabat. Col. I: 61.
— committentis mulieris poena Capitis plexio. 1514: 47. 1522: 36.
— detestabile vitium apud Hungaros. 1514: 47. 1522: 36.

Adulterae in paraphernalibus, si non testatur, propingvi succedunt. I: 105.

Adultera mulier dotem perdit. Eodem.
— si maritus interfecerit, Deo rationem reddat; et si vult, ducat aliam; post tamen propingvi occisae Jure possunt agere cum eo. S. Lad. I: 13.
— Alioquin innupti maneant. S. Lad. I: 20 Col. II: 8.
— Peracta poenitentia reconciliatur marito. S. Lad. I: 20. Colom. II: 8.

Advena De injuria per eum illata Rex erat certificandus. S. Lad. I: 17. 18.
— sine fidejussione non recipiatur. Col. I: 4.
— In numerum civium nondum recepti, confiniali contributioni in civitatibus per Judices civicos, extra urbes per Vice-Comites taxentur. 1647: 26.
— Pro Insurrectione per Comitatus taxentur. 1662: 12.
— Mechanici cum assecuratione libertatis ab omnibus publicis oneribus per 15. annos vocentur, fundos tamen tenere non permittantur. 1723: 117.
— Mechanicorum excessus tollantur. 1729: 10.

Advocatus Pauperum Juramento obstrictus datur cuilibet Tabulae Districtuali. 1713: 30.
— in exceptionibus ad triplicam, in merito ad quadruplicam restringatur. 1792: 16 §. 4.
— ad Censuram Advocationalem linguae hungaricae ignarus haud admittatur. 1830: 8. §. 5.
— Cambialis evadit, qui ultra Censuram Advocatialem, per Forum appellatorium Cambiale e jure Cambiali examinatus est. 1840: 15. II. §. 218. 219.

Advocati testimonialibus Fori appellatorii Cambialis super rite superato examine provisi coram Tribunali Cambiali se insinuantes, in Curatores absentium exclusive denominari possunt. 1840: II. 15. §. 220.
— si Causas Cambiales tribus annis egerint, per Forum appellatorium erga recomendationem Tribunalis Cambialis in Notarios Cambiales denominari poterunt, qui peculiaribus literis facultatoriis activitatem peragendorum protestationum Cambialium nanciscentur. 1840: 15. II. §. 221. Vide: etiam *Procurator.*
— Idem principali suo nonnisi coram Tribunali Cambiali renunciare potest, eundemque nisi is semet alio procuratore prius providisset, etiam post renunciationem adhuc tribus mensibus defendere obligatur. 1840: 15. II. §. 223.
— Cambialis in una eademque causa ambabus Partibus nec ad semel nec successive assistere potest. 1840: 15. II. §. 224.
— honorarium per Tribunal Cambiale in Finali sententia semper defigitur. 1840: 15. II. §. 225.
— Cambiales per Forum appellatorium Cambiale Pestiense censurati, si in Litorali Hungarico munere Procuratoris fungi vellent, examini Guberniali se subjicere tenentur. 1840: 15. II. §. 228.

Aedificia communia compossessores a proportione ratae suae reparent. 1715: 69.
— Ea pro rata reparare detrectans, damnum enatum, et expensas solvet. Eodem.
— et Suppellex sacra, non item Capitalia religiosorum, bona non possidentium, vel Ecclesiarum a centesima pro subsidio belli praestanda eximuntur. 1807: 2.
— Eorum Centessima pars per Regnicolas libere offertur titulo subsidiorum. 1807: 2. §. 2.
— Publica et publicorum Institutorum, Parochialia, pauperum item Xenodochiorum, orphanotrophiorum ab hoc onere eximuntur. Ibidem §. 11.
— quaevis rustici non ex lingis, sed aliis materialibus erigere cogantur. 1807: 21.

Aedificium Theresianum Vaciense Academiae militari ceditur. 1808: 7.
— Idem vendatur. 1827: 17.

Aedificiorum pretium in regulatione urbariali bonificetur. 1836: 10. §. 6. ad h.)

Aedilis lignationis beneficium, ubi sufficiens sylva dominalis adest, subditis ultro addicitur: 1836: 6. §. 4.

Aedes publicae quarteria diaetalia haud suppeditant. 1844: 11. §. 9.
Vide: *Domus.*

Aenopolia in nova Portarum connumeratione a praestando quarto floreno post singulam portam ad exsolutionem coronae custodum, Legationum ac aedificationem Domus pro Conventu Regni eximuntur. 1609: 62. §. 2.

Aerario ex Regio ad defensionem Regni certam aliquam summam benigne obtulit Rex. 1593: 6.
— Ei mulcta insurgere nolentium in parte applicatur. 1622: 21. §. 3.
— Ex eo subsidium in conservationem pacis et confiniorum per SS. exoratur. 1625: 7.
— Ei contraria non sit Instructio Camerae hungaricae. 1715: 18.
— Illud medietatem summae reluitionalis ordini Teutonico impignoratorum Cumanorum assumit. Ibidem Art. 34. §. 2.
— Ex eo in restaurationem Domus Regnicolaris factae expensae remittuntur. Ibidem Art. 93.
— Ex eo Banus Croatiae salarium suum trahat, prout et Banderii sui. Ibidem 114.
— quae respiciunt omnia Camerae Regiae subordinantur. 1741: 14.

Aerarium respicientes proventus mediae Tricessimae et ordinariae Contributionis, in confiniorum et

militis confiniarii aliorumque publicorum et politicorum onerum exsolutionem addicuntur. 1741: 54.

Aerarium assumit onus conservationis militiae ad possessionem Verecske fine impediendae praevaricationis salis excubantis. 1765: 25.
— non assumit onus resarcitionis proventus Catholicorum Parochorum ob non praestitam per Evangelicos stolam et lecticales praestationes. 1791: 26.
— Ex eo benigne offertur Regnicolis pretium administratarum sub bello Turcico frugum. Ibidem 37.
— Ex eo pedestris insurrectionalis militiae provisio post mensem ab erectione praestatur. 1805: 1.
— Arma et amictum pro insurgente pro triginta octo florenis administrat. Ibidem §. 16.
— provideat equites et pedites Banderiales occasione Insurrectionis. Ibidem 2.
— Illi inferenda annua aversionalis 200.000 fl. summa pro meliore dotatione collectaculorum militarium offertur. 1807: 1.
— Titulo liberi oblati vero sexta proventuum pars Ibidem 2.
— Provideat militiam insurgentem stipendiis et omni provisione e regno egredientem. 1808: 2. §. 16.
— Aerarii Regii Hungarici oblatum pro Academia Ludovicea inarticulatur. 1827: 18.
Vide: Rex.

Aes alienum in praestando subsidio belli a centesima mobilium non subtrahatur. 1807: 2.
— Eo pressi unum per centum detrahant e censu, qui vero extraneis tenentur, pro hac vice tantum ex subsidio supputare possint, quantum creditori suo, si domesticus fuisset, subtrahere potuissent. Ibidem. §. 8.
Vide: Debitum, debitor, Creditor, subsidium.

Aestimatione in perennali convincuntur bonorum pacifice possessorum impetratores. I: 25.
— Item qui ex Nota infidelitatis non edocta talia impetrarunt. Ibidem:
— communi recipere valent Jura possessoria Successores, filii, filiae, vel fratres, de venditione, eorum admoniti. I: 60.
— In venditionibus bonorum si successores admoniti ea per se habere noluerint, vel non potuerint, postea nonnisi plenarie deposita fassionali summa, vel perennali aestimatione Jura haec successionalia vendicare possunt. I. 60. §. 5.
— Sub ea in reluitione pignoris non pecora solum sed fundi etiam intelliguntur. I: 83. §. 3.
— In mobilibus obtinet juxta verum nempe pretium et valorem. I: 95.

Aestimatio communis in Metarum reambulationibus solet fieri. I: 133. et 134.

Aestimationis definitio et divisio I: 133. §. 1. 2.
— communi aestimantur omnes res aestimari solitae, nisi perennalis in instrumento expresse ponatur. I: 133. §. 5.
— Ecclesiarum, Capellarum, Castrorum, monasteriorum. Ibidem §. 7. 14.
— Curiae nobilitaris §. 15.—17.
— Si Dominus Nobilem vel Ignobilem e Vinea sui territorii exturbare velit, secundum condignam Judicis et Juratorum aestimationem pretium refundet. I: 133. §. 16.
— Sessionis Jobbagialis §. 18—20.
— Pomarii nobilitaris et Jobbagialis §. 21—23.
— Terrae, sylvae, rubeti §. 24—34.
— Prati, Foeneti §. 34—35. 1625: 58.
— Molendini. §. 36—38.
— Fontis scaturientis, piscinae effluentis non deficientis item. §. 39—43.
— decupla proventuum ab aquis terris et promontoriis praestari solitorum §. 44—45.
— Jumentorum §. 50—58.

Aestimationem communem quartalitii, dotalitii, Jurium possessionariorum perennali vel pignoratitia fassione, sed indebite alienatorum, quae ingrediantur? I: 134. §. 2. 3.

Aestimatio Jumentorum titulo Dotis vel quartalitii datorum fit pretio forensi. I: 134. §. 3.
— Decem vicibus quando superat communem aestimationem. I: 133. §. 3.
— Mobilium in solutione debitorum, refusione damnorum oneris calumniae, emendae poena, violationis Sedis Judiciariae fit secundum actualem forensem valorem I. 134. §. 5.
— In communi convincitur Actor, si prohibens justo Titulo bona ad se pertinentia illico edocuerit. II: 20. §. 8.
— Ea redimi possunt, amissa per Sententiam emendae capitis Jura. II: 43. §. 1.
— Ea redimi possunt bona per Sententiam capitis amissa, sed solum per successores commetaneos et vicinos, non per ipsum convictum, atque intra tempus a Judice defixum. II: 56.
— jurium paternorum vel fraternorum convincuntur filii aut fratres Nobilium ob factum majoris potentiae evocatorum et litis intermedio tempore decedentium. II: 61.
— Ex talibus bonis tamen filii nonnisi ante sententiam Capitalem vel emendae Capitis nati aut concepti participant. II: 62.

Aestimationis possessionum Taxa sunt Denarii centum. 1435: II: 10. §. 14. 1486: 74. §. 14.
— in ea convincitur impetrans bona Titulo latentis Juris Regii, quod probare non potest. 1439: 24. §. 2. 1464: 11. 1492: 62.
— Etiam Fiscus Regius, si nomine Juris ejusdem Bona occupet, quin tale doceat. Ibidem. §. 1.
— Impetrator si non obstante contradictione legitimorum possessorum, possessionem ingressus. 1464: 11. 1486: 22 1492: 59.
— eam Turbans repulsione, in eorundem bonorum aestimatione et facto potentiae convincuntur. 1486: 16.
— Animalium solvit is, qui ea absque solutione tricesimarum violenter aut clandestine expellunt. 1498: 29.
— Eam solvit Judex Spiritualis bonorum, quorum Judicatum sibi arrogavit. 1498: 62.
— Eam Juris vel proventus Regii praeter amissam Summam inscriptionalem solvit is, qui cosdem sibi inscribi procuravit. 1514: 2.
— Villae Ecclesiasticae solvit Praelatus Colonum alterius vi abductum reddere nolens. 1514: 27. §. 4.
— Possessionis solvit Ecclesiasticus post admonitionem colonos fugitivos reddere nolens. 1514: 29.
— Rerum praeter poenam violentialem et dupli solvit is, qui res nobilium extra praelium occupatas non reddit. 1514: 51.
— a Transmigrante colono Dominus Terrestris vineas, terras et prata haereditaria aut exstirpatitia non sessionalia aestimatione mediante redimere potest. 1556: 29.
— Colonorum rite transmigrantem retinens, et in amissione loci ubi colonus residebat convictus, talem locum communi aestimatione redimere potest. 1556: 30. 31.
— victualia praeemta per Capitaneos Praesidiorum et Confiniorum in justa aestimatione auferuntur. 1563: 11.
— convincitur impetrator Statutionem clam peragens. 1563: 45.
— Ea redimitur Villa ob restaurationem aboliti telonii amissa. 1566: 11.
— Redimitur Villa ob exactionem telonii injusti post centum et ducentorum florenorum poenam amissa. Ibidem. 12.
— Redimitur Villa ob factam vice tertia ad telonium siccum compulsionem. Ibidem. 13.
— Foenaratores, pecunias ad bona coronalia lucri gratia mutuantes has amittunt, et in aestimatione proventuum convincuntur. 1608: 22.
— Eam incurrunt bonorum omnium, omnes militem pro insurrectione generali debite non statuentes. 1622: 21. §. 2. 1662: 5. §. 23.

Aestimatio Vinearum, Terrarum et pratorum ante Festum S. Georgii in praesentia Judicis Nobilium et Jurassoris fiat, si id in usu fuit. 1625: 58.
— In violentiis birsagia, damnorum refusiones per ablationem rerum et bonorum condigna aestimatione rerum mobilium et immobilium fiant. 1638: 27.
— Damna, detrimenta corporis, perpessi dolores conscientiose limitentur: 1638: 27. 1659: 31.
— Si sublationi vel rectificationi Telonii sicci Dominus loci, vel Telonii resisteret, aut dejectum Telonium erigeret, vel Judaeos a Teloniis non amoveret, in perennali aestimatione villae vel oppidi, ubi Telonium tale existit, convincitur. 1655: 29. §. 4.
— Regnicolae insurgere obligati, sed exercituationem in toto vel in parte negligentes, pro singulis neglectae militiae in homagiis et insuper pro toto exercitationis tempore in aestimatione communi bonorum suorum convincuntur. 1681: 46.
— Bona haereditaria seu perpetua ab Indigenis Legi non satisfacientibus erga aestimationem Judicis per quemcumque Hungarum redimi possunt.. 1715: 23.
— Portionum quae religiosum ordinem ingredienti obvenirent, valor, si quaestio eatenus moveretur, aestimari debet. 1715: 71.
— condigna redimi potest Villa ob non restitutos colonos profugos amissa. 1723: 60.
— Judiciariam executionem oppositione aut repulsione extra admissos Casus legis impedientes, aut bona executa reoccupantes, in amissione Capitis et bonorum mobilium simpliciter, immobilium communi aestimatione mediante redemtibiliter convincuntur. 1729: 34.
— in casu migrationis colonorum per Judicem Nobilium cum influxu Dominii terrestralis peragenda. 1791: 35. 1836: 4. §. 13.
— Ea limitentur meliorationes et superaedificatum coloni migrantis per Judicem Nobilium cum interventu Domini terrestris, et si venditio non succedat, Domino Terrestri manet. 1791: 35. 1792: 12. 1808: 9. 1812: 3. 1836: 4. §. 13.
— bonorum mobilium et immobilium licitationi judiciali praemitti debet. 1836: 15. §. 4. — 12.
— bonorum judicialis parata cum partibus communicari, illarum reflexiones audiri, et ex harum combinatione decisio fieri debet. 1836: 15. §. 12.

Aestimatores bonorum executioni judiciali subjectorum, si alterutra pars denominare tergiversaretur, loco illius exequens judex tales denominabit. 1836: 15. §. 7.

Aetas legitima apud utrumque sexum est annus duodecimus. I: 111.
— perfecta apud mares est 24 annorum, apud foeminas 16 annorum. I: 111.

Aetatis anno 12-o mares Procuratores constituere, 16-o super debitis ac pignoris titulo, 18-o de auro, argento, et aliis mobilibus fassiones facere possunt, anno tandem 24-o universa bona vendere, permutare, et alio quocunque titulo alienare possunt. I: 111.

Aetas pupillorum cognoscitur per Judices regni ordinarios, Capitula et Conventus, testimoniales desuper editae dicuntur Literae Revisionales, penes quas Tutor negotia pupilli gerere, et in casu convictionis accordare potest. I: 127.

Aetatis pupillorum super revisione datae literae, etiam transacta pupillari valent, ut si coactae fassiones per circumventos pupillos factae fuissent, eae retractari possint. I: 128.

Aetatis usque annum decimum octavum in religione evangelicorum educati nulli quaestioni religionariae subjici possunt. 1844: 3. §. 1.

Agatich Joan. Episcopus Segniensis. 1625: concl. 1630: concl. 1635: concl: 1638. concl.

Agazones, caniferi, et falconarii in villis nobilium non condescendant. 1222: 15.

Agazonum Regalium magister est Baro Regni. I: 94. §. 2.

Agazonum Regalium Magister in causa equi e castris sublati judex est. III: 34.
— Regalium Magister in castris curam limitationis victualium habet. 1557: 7.
— hospitia in comitiis competentia pro Praelatis, Baronibus, Magnatibus in interiore Civitate, pro aliis in suburbio assignabit. 1647: 123. 1649: 62. 1655: 88. 1844: 11.
— Regalium magistri jura, relate ad quarteria diaetalia et violationem membrorum diaetalium manutenentur. 1844: 11. §. 17.

Aggeres contra fluvios, ad evitanda damna, in alienis terris fieri permittuntur. I: 87. §. 3.
— contra exundationes fluviorum erigantur. 1613: 27. 1630: 14. §. 3. 1647: 129. 1659: 74.
— Ujvárienses reparentur. 1635: 7. reparentur ex pecunia, quam negligentes compossessores, in defixa per commissarios reparatione, in poenam solvere debent. 1715: 69. §. 5.
— juxta Laitham positos commissio perlustret. 1655: 30. §. 3.
— Gönczienses ipsum oppidum reparet. 1659: 39.
— Szakolczenses ad rippam Strazsniczensem Rex reparet. 1659: 83.
— non reparantes teloniorum Domini, juxta leges reparentur. 1723: 15. §. 16.
— molares noxii emendentur, quod si fieri nequeat, sufferantur. 1751: 14.
— vias, pontes, non tenentur reparare milites, post viginti annorum servitia dimissi. 1807: 1. §. 11.

Aggerum et cataractarum ad structuram, compossessor omnis qui exinde beneficium capit, operis et expensis concurrere obligatur. 1836: 36. 1844: 9. §. 16.

Aggeres liberum aquarum defluxum impedientes, intra unum annum corrigantur. 1840: 40. §. 1.

Aggerum destructio prohibetur. 1840: 10. §. 15.
— per irruentes aquas perruptorum ad reparationem quivis absque discrimine conditionis, vecturis et operis concurrere obligatur. 1844: 9. §. 20.

Aggort Baro Franciscus in indigenam recipitur. 1687: 28.

Agnatum non excludit in tutela cognatus, si bona sexum masculinum concernant. I: 116. 119.

Agnatis minorennibus, si bona utrumque sexum respiciunt, cognati majorennes in tutela praeferuntur. I: 117.

Agnatus si via novae divisionis bona aspiret, pater in tutela cognatum praeferre potest. I: 119. §. 4.
— mortem patris pupillorum Vice-Comiti insinuet. 1715: 68. §. 1.

Agnelli in pecunia vel pullis non decimentur. 1618: 45. 1622: 70. 1625: 45. 1647: 96.
— usque festum S. Joannis Baptistae decimentur. 1647: 96.

Agni decimentur. 1481: 1.

Agnorum et haedorum praestatio suffertur. 1836: 7. §. 4.
— alveum sufferens praeter simplicem expensarum et duplum damni resarcitionem etiam qua furpuniatur. 1840: 9. §. 14.

Agrad possessio dicetur. 1659: 67.

Agriae bona demoliendi castri Szarvaskeő applicentur. 1545: 54.
— praesidio provideatur. 1546: 45.
— Supremus Regni Capitaneus continuo permaneat. 1547: 19.
— militibus subsidium decernitur. 1553: 25. 1554: 18.
— arx conservetur. 1555: 15.

Agriam muniat Comitatus Heves, Borsod, et duo Districtus Comitatus Neogradiensis. 1559: 23.
— confugientes homicidae puniantur. 1563: 41.

Agriae circa munitionem. 1567: 17. 1569: 19. 1578: 27. 1596: 34.
— in obsidione occumbentium bona Fiscus Regius non occupet. 1597: 27. 28.
— in deditios animadvertatur. 1597: 29.

Agria, donec recuperetur, Capitulo Cassovia, Tyrnavia, et Jászó assignatur. 1597. 38. 1609: 10. 1613: 3. 1649: 38.
— celebratum conventiculum cum suis actis et factis cassatur. 1715: 32.
— intuitu, controversiam inter Comitatus Heves, et Borsod Palatinus cognoscat, et accommodet. 1715: 40. 1807: 29.
— Georgius Foglár Episcopus Serbiensis Studium Juridicum fundat. 1741: 44.
— cum transfluviali parte, proinde tota cum praediis Szöllöske, Czegléd, Tihamér, et Allmagyar Comitatui Heves ingremiatur, qui Comitatui Borsod aequivalens dabit. 1807: 29. 1812: 5.

Agriense Capitulum debet tenere equites ducentos. 1498: 20.
— peregat executiones in Comitatibus Abaujvár, Zemplin, Ungh, Marmaros, Ugocha, Szolnok et Kraszna, sicut Conventus de Lelesz et Jászó, item in quibus Capitulum Varadinense. 1550: 63.
— loco Lelesziensis Conventus paragat exècutiones in Partibus superioribus. 1557: 21.
— Ejus coloni muniant oppidum Agriense. 1574: 5.
— Ejus decimae non adimantur. 1598: 32.
— Direptores literarum in eod. puniantur. 1647: 101.
— Capitulum Cassoviam transfertur. 1649: 38.
— contra cives Cassovienses qua direptores clenodiorum Ecclesiae suae via juris procedat. 1687: 19.
— in oppidis Polgári et Szent Margita jure terrestrali utatur. 1715: 95.
— Capitulum Agriam revocatur. 1723: 40.
— in Dioecesi duntaxat, et proximis Comitatibus exmissiones faciat. 1723: 40.
— Ejus Expeditiones ex archivis Conventuum Jászoviensis et Lelesziensis eo translatis, interea factae, pro validis declarantur. 1802: 16.

Agriensi Episcopatui proventus et decimae restituantur. 1545: 53.

Agriensis Episcopi dacima in conservationem arcium Agriensis, Sáros, et Murány applicetur. 1555: 15.
— Decimatores non cogant plebem ad redimendas pecunia decimas. 1569: 28.
— Decimarum emtio et vectura fiat secundum conconstitutiones. 1575: 8.

Agros ob excursionem Turcarum colere nequeuntes Nobiles Croatas Rex salario provideat. 1546: 43.
— et prata civitas Szakolczensis alienare non praesumat. 1548: 68.

Agri ante festum S. Georgii aestimentur, eosque Dominus terrestris nonnisi currenti pecunia redimere potest. 1625: 58. §. 6.

Agros exstirpatitios sibi vendicantium lapicidarum, carbonariorum, et metallicidarum negotium commissio cognoscat. 1662: 44.

Agri post fundualis in defectu, singulum jugerum uno falcastro pratorum, et vice versa compensetur. 1836: 5. §. 2.

Agro a tali, qui in vervactum cedit, aut a quo nona desumta jam est, si eodem anno adhuc semel inseminaretur, a secundo hujusmodi fructu nihil praestari debet. 1836: 7. §. 2.

Agris damna inferentes, velut directi fures puniantur. 1840: 7. §. 13.
— pratis, satis, sylvis, vineis, viis publicis, semitis ferreis, apiariis, causatorum damnorum refusio per politiam campestrem judicetur. 1840: 9. §. 1.

Agrorum stipuleta, dum adhuc fruges in crucibus praesto sunt, vel prope aedificia, succendentes, praeter damni et expensarum resarcitionem, aresto puniantur. 1840: 9. §. 12.

Aichelburg Comes Franciscus in indigenam regni absque voto in comitiis cooptatur. 1840: 51. §. 8.

Aichen Joachimus commissarius in negotio civitatis Neostadiensis, an a fundis hungaricis ad Hungariam, vel Austriam contribuere debeat. 1715: 72.

Aichpichl Baro Carolus Theophilus in indigenam recipitur. 1687: 29.

Akay Joannes pro Academia militari Ludovicea 100 florenos offert. 1812: 2.

Alaghi Franciscus cum Francisco Mágóchy et Valentino Homonnai quoad Regécz concordat. 1606: 12.

Alaghi Melchioris consorti pater C. Thomas Erdödy portiones eam concernentes peremtorie extradare tenetur. 1622: 29.
— C. Melchior Judex Curiae ad commissionem limitaneam. 1625: 23. Ad revisionem appellationum. 1625: 51.

Alagovich Alexander Canonicus Strigoniensis pro Academia militari Ludovicea offert 300 florenos. 1808. 7. §. 8.
— Alexander Praepositus Zagrabiensis et Prior Auranae ad Deputationem Regnicolarem, pro revisione operatorum system. 1827: 8.
— Alexandri Episcopi Zagrabiensis fundatio inarticulatur. 1840: 41.

Alba Regalis civitas subest jurisdictioni Personalis Praesentiae Reg. III: 8.

Albae Regiae quotannis in festo S. Stephani solennizetur. 1222: 1.
— Diaeta celebretur. 1453: 3. 6.
— Mathias I. Rex coronatus, confirmavit Decreta Andreae II., Ludovici I., et Sigismundi Regum 1474: exord. et concl. 1478: 14.
— cives a vineis et agris in aliorum territorio possessis nonam solvant. 1498: 41.
— Triecsima ibidem non aboleatur. 1498: 29.
— pertinet ad bona et proventus regios inalienabiles. 1514: 3.
— civitas ammissa. 1556: 39.
— emicuit Archi-Ducis Mathiae militaris virtus. 1602: 14.

Albam Regalem Comitatus Moson, Sopron, Comarom, Jaurinensis et Castriferrei muniant. 1602: 14. §. 17.
— Regalem desolatam Status et Ordines Regi commendant. 1715: 37.

Albae Regiae telonium sufferatur. 1723. 15.
— Regalis praetensiones Rex cognoscat. 1751: 32.
— Regiae Capitulum restauretur. 1765: 10.

Alba Regalensi Capitulo credibilitas tribuitur. II: 21. 1827: 26.
— Regalensis Ecclesiae donatio confirmatur. 1453: 5.
— Regalis civitas pro Musaeo Nationali confert mille florenos. 1827: 35.

Albensis Comitatus cum Capitulo Veszprimiensi controversia ratione quartae decimarum complanetur. 1504: 13.
— Comitatus Palotam reparabit. 1567: 17. §. 6. 1569: 19. §. 16. 1578: 27. §. 25.
— Comitatus concurret ad labores arcium Hajnácskő, Szomoskő, Hollokő, et Baják. 1608: 15. §. 23. p. c.
— ad Veszprimium laboret. 1618: 49. §. 4.
— ad Tatam laboribus suis concurrat. 1635: 92. §. 21.
— ad Gyarmath concurrat. 1647: 153. §. 11.
— Comitatus admuneratur Tabulae Districtuali Judiciariae Trans Danubianae Ginsiensi. 1723: 31.
— Comitatus pro Musaeo Nationali confert 18.123 florenos 51 xros. 1827: 35.
— pro Academia Ludovicea offert 174 fl. 1836: 39.
— pro Erudita Societate Hungarica offert 610 fl. 20 xr. 1840: 42.
— spectat ad Tribunal Cambiale Pestiense. 1840: 15, II. §. 2. a)
— Districtus Soldt jurisdictioni Comitatus Pestiensis subjicitur. 1569: 52.

Albertus Dux Saxoniae pro Academia Ludovicea triginta millia florenorum offert. 1808: 7. §. 18.

Albimontis Comes titulus Regum Hungariae ex Domo Austriaca. 1791. 1792: 2. 1796. 1802.

Albrecht Joannes Conradus et Joannes Ignatius fiunt indigenae. 1687: 29. §. 10. 11.

Áldásy Ignatius pro Academia Ludovicea 500 florenos offert. 1727: 18. Item 1240 fl. 1836: 39.

Aleatorii lusus sub poena centum aureorum prohibentur. 1791: 31.

Alexander Leopoldus, Archi-Dux Austriae, Regni Palatinus eligitur. 1791: 5.

Algarbii Rex titulus Caroli VI. Imperatoris, et Regis Hungariae. 1715: 2.

Algecirae Rex titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.

Alibánfalva ad Kapornak laboret. 1630: 3.

Alienatio bonorum avitorum non fiat. I: 58. 61.

Alienationem pater in redemtionem capitis facere potest. I: 59. §. 6. 7.

Alienationes bonorum ecclesiasticorum saecularibus factas, praeter illas, quae in scholas factae sunt, annihilantur et revindicari jubentur. 1560: §. 7.

Alienae literae cambiales sunt, dum editor solutionem medio alterius, a se jure distinctae personae effectuandam spondet. 1840: 15. I. §. 2.

Alienis in cambialibus, tertius, a Trassante jure distinctus solvens, qui Trassatus compellatur, indicari debet. 1840: 15. I. §. 15.

Alienae Cambiales semper qua primae edi debent. 1840: 15. I: 3. §. 22-

Alienas res, cum massa concursuali sequestratas, proprietarius ante convocationem creditorum reclamare potest. 1840: 22 §. 38.

Allatura uxorea colonorum, in quantum haec in natura praeexistit, aut vero ejusdem in parata pecunia consistentis investitio in praehabita bona sufficienter comprobatur, in quovis successionis aut divisionis casu, viduae vel illius legitimis haeredibus praeferenter extradetur. 1840: 8. §. 14.

— uxorea colonorum deinceps, mox ac uxor hanc domui mariti intulerit, cum influxu Domini terrestris per primores loci accurate et fidedigne conscribenda aestimetur, et conscriptionis atque aestimationis unum exemplar mulieri extradabitur, alterum exemplar ad cistam communitatis reponetur. 1840: 8. §. 15.

— uxorea occasione improtocollationis, firmae specificari, et protocollo inferri debet. 1840: 16. §. 9.

Allaturae uxoreae pro improtocollatione Tribunali Cambiali solventur sex floreni. 1840: 15. II: 16. §. 1. ad 7)

Allatura uxoris negotiatoris haud improtocollata, in casu concursus creditorum, prioritate non gaudet. 1840: 16. §. 10.

Allaturalia uxoris cridatarii bona mobilia, in quantum occasione aperti concursus in natura praeexistere comprobantur, reclamari possunt. 1840: 22. §. 39.

Allatura et paraphernum uxoris cridatarii intabulatum, ad tertiam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 85. ad c.)

— intabulata, et debita cridatarii intabulata relate ad substantiam immobilem prae allatura insinuata et debitis cambiariis prioritate gaudent, e contra relate ad mobilia, allatura insinuata, et debita cambiaria, debitis intabulatis praeferuntur. 1840: 22. §. 86.

— uxoris cridatarii, nec intabulata, neque insinuata ad quartam excontentationis classem refertur. 1840: 22. §. 89. ad b).

Allegata, et probata, decidunt causam. Prol. 15.

Allegata nova in revocatione Procuratoria illico substitui debent. II: 80. §. 3. 1729: 39. §. 5.

— etiam extra Sessionem judiciariam, sed tamen in domo judiciali excipi possunt. 1723: 32. §. 7.

Allegata in Causis cambialibus, quorum legitimatio necessaria evadit, documentis fulciri debent. 1840: 15. II. §. 93.

Allegatum in Causis cambialibus, serie primi sermonis recensitum, si per adversarium controvertatur, in secundo sermone documentis comprobari debet. 1840: 15. II. §. 94.

Allegata in Causis cambialibus, contextu secundi sermonis adducta, quaelibet pars documentis fulcire tenetur. 1840: 15. II. §. 94.

Allegationes, quod breves et citra ambages facere velint, Advocati deinceps jurent. 1723: 38. §. 1. 1792: 16. §. 4.

— in exceptivis ultra triplicam, in merito ultra quadruplicam Judex non admittat. 1723: 38. §. 4. 1729: 43. §. 11. 12. 1792: 16. §. 4.

— prolixae et inanes interdicuntur. 1792: 16. §. 4.

Allodialibus in fundis degentes incolae a paritate inquilinorum ad structuras publicas collaborare debent. 1844: 9. §. 4.

Allodiator subsidium duorum florenorum non solvat. 1547: 10. §. 5.

Alluvium si terram paulatim adjiciat, ejus est, cui adjecit, si vero frustrum majus abstulit, illud manet Domino priori. I: 87.

Alluvii contra exundationes, aggeres struantur. 1613: 27.

Alluvium si quid attulit, donec probatum fuerit jus, dividatur. 1655: 81.

Almagyar praedium una cum Agria jurisdictioni Comitatus Hevesiensis subjicitur. 1807: 29. 1812: 5.

Almás laboret ad Comaromium. 1622: 36. 1635: 92. 1649: 86. 1655: 116.

Almásy Carolus ad Deputationem de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6.

— Ignatius Consiliarius ad Deputationem Regnicolarem. 1791: 67.

— ad casum continuandi belli Turcici, ad consultationem vocandus. 1791: 65.

— Josephus Supremus Comes Gömöriensis ad Deputationem Conscriptionis portarum. 1827: 7.

— ad Deputationem quoad vini commercium. 1827: 31.

— Josephus Septemvir ad Deputationem de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6. 1840: 3.

— Ludovicus Scepusiensis Vice-Comes, ad Deputationem montanisticam. 1827: 9.

— C. Mauritius ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4.

— Michaelis Judicis Nobilium Honthensis processus laboret ad Gyarmat. 1618: 49.

— Paulus Vicarius Strigoniensis in Praelatum Tabulae Regiae nominatur. 1601: 33.

— Vaciensis Episcopus ad revisionem appellationum. 1609: 70. 1618: 64.

— Ad Commissionem limitaneam. 1613: 26.

— alter Paulus, Supremus Comes Aradiensis, ad Deputationem Regnicolarem. 1791: 67.

— custos Coronae. 1802: 5.

— ad Academiam Ludoviceam offert 5000 florenos. 1808: 7.

— Pauli haeredes de resignatis Coronae clavibus quietantur. 1827: 2.

Almerigo Franciscus in indigenam regni cooptatur. 1687: 29. §. 3.

Alsó Eör in possessione Comitatus Castriferrei Inscriptionarius Honorius Königsberger nobiles unius sessionis nulla molestia afficiat. 1547: 37.

— Hriczko in possessione Evangelicis templum restituatur. 1647: 6.

— Lindva praedicatum Familiae Bánffy. 1498: 22. 1527: 1. 1542: 43. 1625: 51.

— Lindva quoad munitionem. 1601: 29. 1618: 49. 1622: 36. 1630: 3. 1635: 92. 1647: 153.

— milite provideatur. 1655: 3.

— Meczenseiff villae quoad excessus in declinanda jurisdictione Comitatus modus statuitur. 1638: 67.

— Meczenseiff in, Evangelicis templum restituatur. 1647: 6.

— Misztótfalu ad colonicalem statum reductum onera Comitatus ferat. 1638: 67.

— Misztótfalu dicetur. 1647: 30.

— Sicz possessionis appertinentiae Dominii Pernstein differentia metalis cum Nobilibus in Felsö Eör ad rectificationem metarum Regni rejicitur. 1638: 37.

Alta Amisiae Comes titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca 1805: Exord.
Altarium Rectores, vel Capellani, Scholares, et Mendicantes loco Canonicorum non mittantur ad executionem. 1486: 10.
— de suis vineis decimas non solvant. 1547: 22.
Altaristae decimas, nonas, quartas absque bonis possidentes juxta conscientiam militem statuant. 1595: 14.
— pro subsidio per Comitatum taxentur. 1596: 10.
— ducentorum florenorum proventum habentes unum equitem statuant. 1602: 5. §. 7. 1681: 46. §. 7.
Altemill molendini ab haeredibus Thomae de Nádasd per Gundakerum a Polhaim ablati intuitu, controversiam commissio complanet. 1659: 84.
Althan Christophorus, Eustachius, Volfgangus, et Vilhelmus in indigenas regni cooptantur 1578: 36.
— per Joannem, quoad arcem Léva Sigefrido Kollonich ademptam, rem Palatinus cognoscat. 1622: 63.
— Michael Fridericus Cardinalis, Episcopus Vaciensis. 1723: concl. 1729: conl.
— Michael Carolus Episcopus Vacziensis. 1741: concl.
Altilium praestatio suffertur. 1836: 7. §. 4.
Alveare ex apiario sufferens praeter simplicem expensarum, et duplam damni resarcitionem, etiam qua fur puniatur. 1840: 9. §. 14.
Alvinczy Baro Josephus Generalis Campi Marchallus pro Academia Ludovicea 5000 florenos offert. 1808: 7. §. 18.
— Petri viduae ad manus depositarum rerum intuitu, Stephanus Dévény processu brevi procedat. 1647: 107.
— Petrus Proto-Notarius ad commissionem Jaurinensem et Comaromiensem. 1655: 8.
— pro tollendis abusibus teloniorum. 1655: 100.
Alya contra Christophorum positae querelae. 1569: 56.
Amade Comes Antonius, Zagrabiensis supremus Comes ad Deputationem de Banderiis. 1808: 4.
— pro Academia Ludovicea 5000 florenos offert. 1808: 7. §. 18.
— familiae intuitu, leges observentur. 1715: 64. 1723: 81.
— Comes Franciscus ad commissionem limitaneam. 1791: 68. 1807: 31.
— pro Academia Ludovicea offert 5000 florenos. 1808: 7. §. 18.
— Joannis viduae justitia administretur. 1659: 82.
— Leonardus ad commissionem limitaneam. 1625: 23. 1635: 57.
— qua Regni Perceptor contributiones percipiat. 1630: 5.
— Vice Palatinus de suis rationibus absolvitur. 1638: 71.
— Michael Vice-Comes Posoniensis ad commissionem limitaneam. 1602: 23.
— Stephanus ad consilium Ludovici II. Assessor nominatur. 1518: 39.
— alter Stephanus ad commissionem Jaurinensem. 1618: 26.
— Comes Thadeus ad commisionem limitaneam. 1827: 16.
Ambrosius Regni Primas pro Academia Ludovicea offert viginti mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Ambrozy Ludovicus ad Deputationem Regnicola rem, pro revisione operatorum systematicorum. 1827: 8.
Amica coalitio, praesertim in actibus potentiariis non impediatur per judicem, et pro judicio pacis ultra tres marcas non exigatur. 1439: 31. 1518: 24. Bach.
— nulla in causa inhibeatur, neque pro tali aliquid exigatur. 1486: 5. 55. 1492: 68. 74. 1518: 24. Bach.
Amnistia ob excessus, superioribus disturbiorum temporibus commissos, per legem generaliter datur ita, ut etiam jure convicti, bonis, et residentiis privati, ac proscripti redire, bonisque potiri possint. 1622: 74.
Amnistia conceditur omnibus, qui intra bimestre ad fidelitatem rediverint. 1681: 59.
— ab, excipitur caput perduellionis et asseclae cum eo adhuc perseverantes. 1687: 5.
— ad damna privatis causata, et ad proventus, per officiales reddendis rationibus obnoxios pessundatos, non extenditur. 1687: 5.
— cum gratia vitae et bonorum conceditur omnibus, qui ad terminum Conventione Szathmáriensi praefixum juramentum fidelitatis deposuerunt. 1715: 49.
Amortisationis leges: Bona civitatibus Liberis Regiis nullo titulo conferantur, ac collata per Comites et Vice-Comites, ad quos pertinent, restituantur. 1542: 33. 1608: 6. a. Cor.
— Bona saecularia Episcopi non impetrent, neque emtione vel pignore apprehendant. 1498: 55. 65. 1518: §. 11. Tol. 1647: 17. 1715: 16. §. 5.
— Ex avitis decimalitatem solum, idque ad vires quinque millium tantum, nec ultra, ex acquisitis vero nihil ad claustrum bonorum capax, inferre licet. 1715: 71.
— Religiosi bona saecularia nonnisi jure pignoris tenere possunt. 1715: 102.
— Bona saecularia Ecclesiastici impetrare, emere, vendere non possunt, nec impignorare. 1498: 55. 65. 1518: §. 11. Tol. 1647: 17. 1715: 16. §. 5.
— deperditarum cambialium medio Tribunalis Cambialis procurabitur. 1840: 15. I. §. 190.
— deperditarum Obligatorialium via consilii Locumtenentialis Regii regnotenus publicetur. 1840: 21. §. 22.
Amtmann Eugenius ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4.
Anabaptistae e regno pellantur. 1548: 11. 1556: 26. 1557: 10. §. 4. 1647: 102. §. 6.
— quo ocius emigrent. 1578: 2. §. 3.
— duplum subsidii solvant. 1578: 2. §. 3.
— pro subsidio belli taxentur. 1593: 4. 1595: 10. 1596: 10. 1598: 15. 1602: 2. 1603: 3. 1647: 26. 1662: 12.
— qui christianum rebaptisant, vel recipiunt, in 500 thaleris convincatur. 1635: 26.
Ancilla per liberum vel servum impregnata, si ante partum moriatur, servus ipse venumdetur. S. Steph. II: 26.
Ancillam si ducat liber, ipse servus fiat. S. Steph. II: 27.
Ancilla Hungara in exteris non vendatur. Colom. I: 77.
Andaházy Stephanus ad Commissionem inter Budetin et Sztrecsen. 1715: 112.
Andráshida laboret ad Egerszeg. 1630: 3.
Andrásy Comes Georgius ad Deputationem montanisticam 1827: 9.
— pro Academia Hungarica 10.000 florenos offert 1827: 12.
— C. Georgius ad Deputationem intuitu pontis stabilis inter Budam et Pestinium erigendi. 1836: 26. §. 12.
— ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4.
— Josephus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
— ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
— Ladislao justitia administretur. 1715: 67.
— Stephanus Assessor Tabulae Districtualis ad commissionem limitameam. 1765: 16.
Andreae II. Constitutiones, Reges ante coronationem confirmant. II: 14. §. 12.
— Bullae pro asservatione, septem loca defiguntur. 1222: 31.
— articuli 31. clausula de resistendi facultate ex formula juramenti neo coronandi Regis exmittatur. 1687: 1. 1715: 2. 1741: 2. 1791: 2. 1792: 2.
— **III.** Venetae Privilegia, nisi per Carolum I. roborata sint, non servantur. II: 14. §. 17.

Andreas Literatus Notarius Comitatus Posoniensis 1559: 38.

Andrejovich Petrus pro Academia Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.

Animal, furto sublatum esse praetendens, si aliter probare nequeat, tertio juret, quod suum sit. II: 3. §. 2.

Animalia, praeter boves, extra Hungariam non vendantur. Colom. I: 77. 1495: 27. 1498: 31. 1504: 28. 1507: 10.

— in Dioecesi decimae subjecta, usque festum S. Michaelis asserventur, et si colonus doceat, quod non sua culpa periverint, gravari nequit. 1486: 42.

— intra regnum ad nundinas absque tricesima pellantur. 1495: 28.

— in fraudem tricesimarum coemta, ut propria expelli non possunt. 1559: 44. §. 5.

Annatarum pro relaxatione sua Majestas apud summum Pontificem semet interponat, ut Episcopos gratis confirmare velit. 1548: 9. 1550: 14. 1649: 87.

Annona ut pro exercitu haberi possit, Praefecti cum regnicolis tempestive tractent, et qui in horreis habent, soluto competenti pretio, ad usum belli pro sua Majestate reservent. 1595: 49.

Annonae magistri in regno sint Hungari. 1599: 21. 1600: 13. 1601: 16.

Annona pro militia tempestive comparetur, regnicolae competenti pretio dare non recusabunt. 1601: 13.

— titulo subsidii restans incassetur. 1649: 5. 1655: 40. 1662: 16.

— in tribus domibus annonariis pro milite confiniario et casibus fortuitis asservetur. 1655: 6.

— mature subministretur Croatis et Slavonibus emergente insurrectione. 1659: 85. §. 7.

— miles exterus non limitet. 1681. 12.

— Camerae pro militibus cariori pretio non vendatur. 1681: 17.

Annonarium subsidium offertur. 1602: 10. 1622: 38. 1625: 11. 1630: 7. 1635: 2. 1647: 31. 1659: 6. 1662: 16. 1681: 17. 1796: 2. 1812: 1.

Annonaria domus Cassoviae erigenda decernitur. 1659: 6.

— officia ratam molarem praestare tenentur. 1827: 25. *Vide Fruges, subsidium.*

Anonyma denunciatio non acceptetur 1805: 5. §. 2.

Anseres duos singulo anno coloni Domino suo dare tenentur. 1514: 19.

Antesignanos colonorum in Croatia contra Dominos rebellantium Banus capitaliter plectat. 1655: 76.

Antolchich Petrus Proto-Notarius ad commissionem limitaneam. 1681: 23.

Antunovich Franciscus et Carolus pro Academia Ludovicea mille florenos offerunt. 1812: 2.

Apácza Szakállos in loco templum Evangelicis restituatur. 1647: 6.

Apatócz est locus antiquus tricesimae filialis ad Nándor Albensem capitalem. 1498: 34.

Apes decimantur. 1481: 1.

Apes in pecunia vel pullis non decimentur. 1618: 45. §. 2. 1622: 70. 1625: 45.

Apiariis mel sufferentes praeter duplam damni resarcitionem qua fures puniantur. 1840: 9. §. 14.

Apum decima usque festum S. Michaelis auferatur. 1495: 39. 1498: 54.

Apum alvear singulum infra decadem, singulis denariis redimatur. 1498: 54.

Apum praestatio urbarialis suffertur. 1836: 7. §. 4.

Apri, in defectu sylvarum, in dumetis quoque et arundinetis prohiberi possunt. 1729: 22. §. 8. 1802: 24.

Apostasia Catholicorum ad Evangelicos suae Majestati referatur. 1790: 26. §. 13.

Appallenich Thomas ad tollenda sicca telonia deputatur. 1635: 73.

Apparitor juratus evocatorias et decisa convictiva per Tribunalia cambialia via summaria lata, Incatto personaliter admanuabit. 1840: 15. II. §. 206. 207.

Appellans Transmissionales Literas, intra terminum a judice praefixum, redimere debet, secus Causa in rem judicatam abit. III: 35.

— a Comite ad Regem, ut illum injustitiae arguat, decem pensas auri solvat. S. Steph. II: 43.

— ad forum altius, sententia confirmata, duplum fori primi birsagium solvat. 1486: 53. 1492: 72.

— intra dominium, et in foro superrevisorio succumbens, ad refusionem fructuum et expensarum obligatur; et vicissim, si extra dominium appellavit, si triumphaverit, eos rehabebit. 1729: 32.

— si unam ad minus favorabilem sententiam habuit, pro temere appellante censeri nequit, adeoque in refusione expensarum convinci non potest. 1729: 32. §. 3.

— si intra trimestre causae ad Curiam Regiam jam deductae, sed nondum revisae cesserit, a poena temere litigantis absolvitur. 1729: 32. §. 6.

— absque prohibita appellatae cedere potest. 1729: 38. §. 3.

— si persvaderetur, quod Tribunal cambiale legales formalitates non observaverit, occasione appellatae penes motivi hujus designationem, sententiae cassationem petere potest. 1840: 15. II. §. 140.

— creditor concursualis intentionem appellandi speciali scripto intra triduum, a publicatione sententiae computandum, Judicio concursuali insinuare tenetur. 1840: 22. §. 96.

Appellata admittitur: In Criminalibus actori. 1578: 28.

— Homicidae, citra literas gratiae, sed in vinculis detinendo. 1563: 41.

— In juramento per judicem alterutri parti incompetenter delato. 1729: 30.

— Actori in processu impensionali a sententia condescensoria. 1729: 41.

— Ad 100 baculos, juxta Codicem Josephinum convicto, ad Tabulam Regiam, non item Septemviralem. 1791: 43.

— In poena capitali vel in aequivalenti convicto ad Tabulam Regiam et Septemviralem. 1791: 43.

— sublato ordine Judiciario, viam novi ingressis, etiamsi causa in Tabula Regia jam fuisset. 1791: 50.

— Creditori usurario, titulo census operas vel fructus sibi stipulanti. 1802: 21.

Appellata non admittitur: Civibus in criminali delicto, nisi manifeste appellans innocens foret. III: 11.

— a juramento per sedem judiciariam imposito. 1492: 72.

— convicto per Comitatum de illato damno. 1528: 6.

— In criminalibus manifestorum malefectorum. 1729: 30.

— In Causis per Curiam Regiam ad exequendum remissis, si poenae birsagiales adnexae sint. 1729: 30.

— In Causis per Curiam Regiam revisis, ast via novi suscitatis. 1729: 30.

— In causis contra attestari nolentes motis. 1729: 30.

— In causis compromissi, nisi in compromisso appellata sit reservata. 1729: 30.

— In causis ex delato vel relato juramento decisis. 1729: 30.

— in exceptivis. 1729: 41.

— Ob non solutum subsidium convicto. 1792: 6. 1796: 2.

Appellata intra dominium admittitur. In causis omnibus Tabulae Districtualis, et Comitatuum, appellatam recipientibus, exceptis, ubi dilapidationis periculum imminet, et exceptis in articulo 28. 1715. specificatis. 1723: 34. §. 3.

Appellata intra dominium admittitur: In
— causis, quae art. 28. 1729. non specificantur. 1729: 28. §. 26.
In quibus causis ad Sedriam vel ad Tabul. Regiam intra dominium admittitur appellata, eaedem causae a Vice-Comite vel Judice Nobilium ad Sedriam intra dominium appellantur. 1729: 29.
— Contra Donatarios in obversum contradictionis factae, non purisata Statutione, possessorium bonorum adeuntes. 1729: 29.
— Ad Sedriam Comitatus in causis repetitionis colonorum, ultro vero appellare nec intra, nec extra dominium licet. 1729: 29. §. 13.
— Si juramentum contra leges alteri parti judex detulit, appellata ante depositionem juramenti competit. 1729: 30. §. 8.
— Ad Tabulam Regiam, in causis coram Tabula Banali motis, demtis causis pauperum 500 florenos non excedentibus, extra dominium appellabilibus. 1729: 31. §. 3.
— In causis urbarialibus inter colonos et Dominum terrestrem agitatis. 1792: 12.
— In causis concursualibus. 1840: 22. § 98.

Appellata extra dominium admittitur. In causis pignorum. 1504: 7. 1618: 62. §. 2. 1729: 28.
— in causis violentialibus, et occupationis bonorum. 1608: 4. §. 2. p. Cor. 1609: 29. 1613: 23. §. 8. 1622: 66. 1729: 28: §. 14. et 29. §. 4.
— in causis violationis sedis Judiciariae. 1635: 89. 1729: 28. §. 19.
— In causis dotum, paraphernorum, depositorum, et contractuum. 1647: 120. 1729: 28. §. 15. et 29. §. 7.
— in causis pupillaribus ad recipienda a Tutoribus et Curatoribus bona motis. 1655: 24. 1659: 32. 1729: 28. §. 8.
— in causis successionum succumbenti. 1662: 32.
— in causis liquidorum debitorum, divisionum et aliorum contractuum, si exequendus sufficientem cautionem dare nequeat, vel summa 12.000 fl. excedat. 1715: 28. §. 15.
— ob feras in territorio probibito trajectas. 1729: 22. §. 11.
— In causis via art. 23. 1715. prosecutis. 1729: 28.
— Ex Sedria ad Tabulam Regiam in causis liquidi debiti 12000 florenos non attingentibus. 1729: 28. §. 2.
— in causis successionalibus et divisionalibus. 1729: 28. §. 3.
— In successionalibus recentioribus, et divisionalibus, atque earum rectificatoriis reexecutionum causis. 1729: 28. §. 3.
— in reexecutionibus. 1729: 28. §. 4.
— in causis officialium e rationibus convictorum. 1729: 28. §. 5. et 29. §. 3.
— In causis contra servitores et officiales rationes reddere nolentes, aut non sufficientes. 1729: 28 §. 5. et 29. §. 3.
— In causis contra judices saeculares Sacrarum Sedium Sententias exequi nolentes motis. 1729: 28. §. 6. et 29. §. 10.
— In causis revindicationis bonorum per simplices dotalistas abalienatorum. 1729: 28. §. 7.
— in revindicatione bonorum alienatorum communi divisioni obnoxiorum. 1729: 28. §. 9.
— In revindicatione bonorum communium, adhuc divisioni obnoxiorum. 1729: 28. §. 9.
— in causis repetitionis literalium instrumentorum. 1729: 28. §. 11. et 29. §. 9.
— In causis redemtionis bonorum a non indigenis, ad mentem 23. 1715. motis. 1729: 28. §. 12. et 29. §. 8.
— In causis ad ejiciendum Donatarium, contra factam in statutione contradictionem, bona apprehendentem. 1729: 28. §. 13.
— in causis pauperum a Tabula Banali ad Regiam promotis. 1729: 28. §. 13.

Appellata extra dominium admittitur in causis impensionialibus de subditis et servitoribus. 1729: 28. §. 14. et 29. §. 4.
— in causis successionum ex testamento in defectu legitimi haeredis. 1729: 28. §. 15.
— in causis depositorum 32 annos non excedentium. 1729: 28. §. 16.
— in causis contractuum, in quibus omnia juridica remedia rescissa sunt. 1729: 28. §. 17.
— In causis dehonestationis. 1729: 28. §. 18.
— In causis denegationis decimarum. 1729: 28. §. 20.
— In causis interceptionis missilium literarum. 1729: 28. §. 21.
— In causis Actoratu Fisci Magistratualis promotis. 1729: 28. §. 22.
— In causis metalibus ex usu. 1729: 28. §. 23.
— In causis contra compossessores aedificia communia reparare nolentes motis. 1729: 28. §. 24. et 29. §. 11.
— in causis bonorum non obstante contradictione occasione statutionis interpositae occupatorum. 1729: 29. §. 1.
— in causis revindicationis bonorum communium abalienatorum. 1729: 29. §. 7.
— in Croatia, Slavonia, et Dalmatia admittitur intra vel extra dominium prout in Hungaria. 1729: 31.
— succumbenti contra pauperes si summa 500 florenos non excedat. 1729: 31. §. 3.
— In causis a Tabula Banali ad Regiam appellatis omnibus. 1764: 38.
— in causis neglectae praemonitionis ad transumtionem conditionum pignoratitiarum motis. 1807: 9. §. 5.
— in causis ad divisionem sylvarum motis. 1807: 21. §. 14.

Appellata fit e Regnis Croatiae, Slavoniae, Dalmatiae, Transylvaniae ad Curiam Regiam. III: 1. 3. §. 6. 1563: 26.
— in Transylvania a Vice-Comite, vel Judice Nobilium ad Vajvodam fiebat. III: 3. §. 13.
— a Siculis ad Curiam Regiam. III: 4. §. 6.
— a Judice Comitatensi fit ad Curiam Regiam, unde pro executione remittitur. III: 6.
— in causis civicis fit ad Tavernicum, aut ad Personalem. III: 10. 11. 1405. I: 12.
— in his exceptiones, nisi forte ad causarum, vel sententiarum claritatem necessariae forent, nullae admittuntur. III: 10. §. 2.
— Rusticus in temporalibus a sede Dominali ad Comitatum, ab hoc ad Curiam Regiam, in spiritualibus ad Episcopum, vel ejus Vicarium interponit. III: 25. 35.
— civibus, peregrinis, et liberis villanis ad Tavernicum, vel superiorem illius civitatis aut villae Judicem, nec ultra fiebat. 1405. I: 4.
— si Tavernicus morosus fuit, aut sinistrum judicium tulit, Cives ad suam Majestatem appellabant. 1405. II: 11.
— Romam non deducatur. 1471: 19. 1498: 63. §. 4. 5.
— Ab Episcopo ad Archi-Episcopum vel ejus Vicarium. 1481: 17. §. 3. 1495 10.
— Ad Banum fiat, cessante Zagoriae Comitum Varasdini judicatu. 1486: 50.
— e Regno Slavoniae fit ad Locumtenentem. 1572: 7.
— intuitu coloni migrare volentis a Judice Nobilium ad sedem Judiciariam Comitatus. 1547: 31.
— a Judice Nobilium ad Sedriam. 1588: 40.
— In violentialibus a Vice-Comite fit ad sedem Judiciariam vel Universitatem Comitatus. 1608: 4. p. coron. 1609: 29. §. 5. 1613: 23. §. 6. 1622: 66.
— A convictione in sexcentis florenis ob occupata, vel impedita Evangelicis templa, scholas, parochias, campanas, sepulturas, fundos, ad Diaetam, sed extra dominium admittebatur. 1647: 14. §. 2.
— in legatis, dote, paraphernis a Comitatu ad Protonotarium, ab hoc ad Curiam Regiam fiebat. 1647: 126. §. 1.

Appellata fit a sede Nobilium Turopolensium et Campi Zagrabiensis ad sedem Judiciariam Comitatus Zagrabiensis. 1659: 106. 1741: 60.
— in Causis Decimarum fit a Comitatu ad Palatinum. 1715: 28. §. 1.
— in Croatia, Slavonia, Dalmatia fit a Comitatu ad Tabulam Banalem, ab hac ad Regiam, ab ista ad Septemviralem. 1723: 27. 1729: 31.
— a Tabula Districtuali fit ad Regiam. 1723: 30. §4.
— complurium causarum a Vice-Comite Judice Nobilium, ad Sedriam intra, ab hac ad Tabulam Regiam extra dominium admittitur. 1729: 29.
— a Vice-Comite aut Judice Nobilium ad Sedriam. 1729: 35. §. 3.
— In causis Matrimonialibus Evangelicorum a Magistratu Comitatensi vel Civico ad Tabulam Regiam, dein ad Septemviralem fit. 1791: 26. §. 11.
— in crimine laesae Majestatis a Tabula Regia fit ad Septemviralem. 1791: 56.
— ignobilibus conceditur in cunctis illis causis criminalibus, in quibus ignobilis cum complice nobili stat, et ubi ex parte nobilium appellata interponitur. 1836: 17. §. 1.
— a judicio nundinali locum non habet. 1836: 18. §. 19.
— a cunctis Tribunalibus cambialibus hungaricis, excepto Flumiensi, ad Forum Appellatorium cambiale Pestiense promovebitur. 1840: 15. II: §. 3.

Appellatae causae in Curia Regia et Tabula Banali etiam tempore Comitiorum revidebuntur. 1836: 45. §. 1.
— causae, coram Tribunali cambiali decisae, intra 24 horas scriptotenus procedenti judicio insinuari debet. 1840: 15. II: §. 137.
— in causa cambiali, si prorsus nova, antehac non commemorata facta et documenta adducerentur, talia coram Foro appellatorio in consideratione non summentur. 1840: 15. II: §. 137.

Appellatae insinuationem Tribunal Cambiale deciso mediante significabit, et eidem fine proponendarum intuitu appellatae contrareflexionum peraeque 24 horas concedet. 1840: 15. II: §. 138.
— interposita, Tribunal cambiale post efluxum 24 horarum, Protocollum originale cum documentis appellatae et adversarii contrareflexionibus atque superinducto deciso, Foro appellatorio sine mora transmittet. 1840: 15. II: §. 139.
— occasione, si facta contra formam procedurae Tribunalis cambialis exceptio, per Forum appellatorium pro fundata agnita non est, Forum appellatorium confestim in merito causae deliberabit, et sententiam una cum Actis processualibus foro primae instantiae remittet. 1840: 15. II: §. 141.

Appellatam praeter, et viam Novi, alia remedia juridica in causis cambialibus locum non habent. 1840: 15. II: §. 143.

Appellata intra triduum a finalis causae concursualis sententiae publicatione computandum, Judicio insinuari debet. 1840: 22. §. 96.

Appellatae, in causa concursuali interpositae, insinuationes Curator ad lites, et quivis creditor occurrentes nefors in obversum reflexiones, intra octiduum Judicio praesentare possunt. 1840: 22. §. 97.

Appellata causae concursualis ad Tribunal cambiale appellatorium semper intra dominium locum habet. 1840: 22. §. 98.
— in causa concursuali interposita, et exhibitis desuper observationibus, Judicium concursuale eatenus deliberabit, et processum una cum causis ad illum transderivatis, et factis eatenus observationibus, appellatorio Tribunali Cambiali in origine sine mora transmittet. 1840: 22. §. 100.

Appellato in Processu concursuali, si sententia Fori appellatorii a sententia fori primae instantiae divergeret, causa sine mora ad Tabulam septemviralem deducetur, quae illam prae cunctis causis civilibus revidebit, et sententiam suam una cum processu ad forum primae instantiae transmittet. 1840. 22. §. 101.

Appellatorium Forum Cambiale Pestiense distinctam sectionem Curiae Regiae constituit, atque e Praeside et sex Assessoribus consistit. 1840: 15. II: 16. §. 6.
— Fori Cambialis sententia non contentus ad Tabulam septemviralem appellare potest, ubi causa extraserialiter, etiam sub juristitiis illico in superrevisionem summetur, et sententia cum processu Judicio primae instantiae remittetur. 1840: 15. II: §. 142.
— Tribunalis pro sententia per triumphantem 16 florenorum taxa solvi debet. 1840: 15. II: §. 11.

Appertinentia *vide Pertinentia.*

Appon *vide Nagy-Appony.*

Apponyi Comes Antonius, Tolnensis supremus Comes, ad Deputationem Regnicolarem. 1791: 67.
— Ad Deputationem quoad plagam Zsiva. 1807: 30.
— ad commissionem limitaneam. 1807: 30.
— pro Academia Ludovicea 8000 fl. offert. 1808: 7.
— Blasius ad commissionem limitaneam. 1625: 25.
— Ad octavalia judicia. 1625: 51.
— Comes Georgius pro Academia Ludovicea 2000 florenos offert. 1808: 7.
— C. Georgius pro Academia Ludovicea offert. 4856 florenos 42 xr. 1836: 39.
— jun. ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
— Comes Josephus pro Academia Ludovicea 3000 florenos offert. 1808: 7.
— Paulus ad commissionem limitaneam. 1618: 12.
— in Coronae Custodem eligitur. 1622: 4.
— De resignatis clavibus coronae quietatur. 1625: 25. 27.
— Petrus Coronae Custodis Pauli frater de resignatis clavibus quietatur. 1625: 25.
— Comitum familiae praedicatum de Ead. 1791: 67.

Apprehensio bonorum, juriumque haereditariorum in Liberis Regiis Civitatibus fit coram Judice, aut duobus civibus ad id deputatis; contradictores autem intra quindenan coram suo judice civili contradictionis rationem assignare tenentur. III: 14. §. 1.

Aqua, seu fluvius quocunque labatur et defluat, territorium, de quo in alterius terram verget, nunquam pro hoc suis proventibus privabitur. I: 87. 1655: 81.

Aquam sufficientem Magistratus procurabunt. 1729: 1. §. 7.

Aquarum naturalem defluxum cum damno alterius impedire non licet. 1840: 10. §. 1.
— ob impeditum defluxum si querela poneretur, Comitatus vel Civicus Magistratus Deputationem exmittet, et haec projectum correctionis elaborabit, quod proprietarius intra annum effectui mancipabit, si intra annum non effectuaretur, aut structura aquarum defluxum impediens corrigi nequeat, Comitatus generalis congregatio, aut Civicus Magistratus liberum meatum adaperiendum disponet. 1840: 10. §. 1.
— Determinatione Comitatus haud contentus ad ordinariam viam juris intra dominium provocare potest, si opus hydraulicum approbatione dicasteriali aut per Determinationes publicas impertita positum fuit, aut illud a 15 annis sine posita eatenus querela praeexstitit, secus structura noxia removebitur nullis exceptionibus, nulla oppositione admissa. 1840: 10. §. 2.

Aquis exsiccatis, commassatio et divisio terreni exsiccati per Vice-Comitem via summaria peragetur. 1840: 10. §. 10.

Aquarum per canalisationem si quis compossessorum a proportione possessorii prae reliquis damnificetur, per reliquos compossessores indemnisari debet. 1840: 10. §. 11.
— ad alveum stercora, fimum, et terram fundere non licet. 1840: 10. §. 14.
— regulatio, et aggerum structura illis compossessoribus incumbit, quibus exinde emolumentum exoritur. 1844: 9. §. 16.
— regulationem si concernentes communitates absque detrimento solae perficere possint, operae publicae applicari nequeunt, si tamen vires communitatum haud sufficerent, operarii publici in auxilium vocari poterunt. 1844: 9. §. 18. 19.
Aquis intumescentibus ad conservationem aggerum et pontium quivis absque discrimine conditionis cum suis hominibus et vecturis collaborare debet. 1844: 9. §. 20.
Aquisgrani Sigismundus Rex coronam Regni Romani suscepit. 1435: Exord. §. 2.
Aquisitis de bonis quilibet libere disponere potest. I: 5. 57.
— justo servitio possessionibus nemo privetur. 1222: 17.
— in bonis universis, juxta literas aquisitionales divisio peragetur. 1836: 14. §. 4.
Aquisita de substantia universa, coloni libere disponere possunt. 1840: 8. §. 1.
Arabilibus a terris, in vicem pratorum assignatis, nona non competit. 1836: 7. §. 2.
Aradiensi in Comitatu contra malefactores generalia judicia celebrentur. 1478: 7.
— Comitatus de 24 portis armatum huszarum interteneat. 1498: 16.
— Regno reincorporetur. 1715: 92.
— Cottui sic dicta loca militaria incorporentur. 1741: 18. §. 3.
— Vice-Comes deputatur ad rectificationem limitum Regni versus Transylvaniam. 1751: 26. 1765: 16.
— Comitatus pro Musaeo Nationali confert 10.316 florenos 1⅛ xr. 1827: 35.
— pro Academia Ludovicea confert 18 flnos. 6 xr. 1836: 39.
Aradiensis Administratio a Camera dependeat. 1715: 18.
Aradini tricesima capitalis cum filialibus Borosjenő, Gyula, Becske, Radna, Tothvárad. 1715: 91.
— pro ludimagistris et animarum curatoribus erigendam circa cathedram. 1836: 3. §. 5.
— Tribunal Cambiale erigitur. 1840: 15. II. §. 1.
Arady Joannes Episcopus pro Academia militari Ludovicea 1500 florenos offert. 1808: 7.
Aragonia de Hippolitus Ernestus Cardinalis Episcopus Agriensis. 1498. concl. Archi-Episcopus Strigoniensis 1495: concl. 1500: concl. 1504: concl. 1514: concl.
— Octavius fit indigena. 1655: 118.
Aragonum Rex scribitur Carolus VI. Imperator et Rex Hungariae. 1715: 2.
Aranyady Judithae debita apud civitatem Straznicznensem exsolvantur. 1655: 33.
Aranyos Medgyes praedicatum Familiae Somogyi. 1791: 67.
Arborem in sylva sequestrata compossessoribus desecare prohibitum est. 1807: 21. §. 2.
Arboribus damnum inferente pro pecore jugali, equo, et capra, ab omni frusto 30 crucigeri, a setigero et ove 10 crucigeri, toties quoties dependi debent. 1840: 9. §. 9.
Arbores, qui absque scitu Domini terrestris desecat, decorticat, vel e sylva absportat, qua voluntarius sylvarum devastator et fur, praeter simplam expensarum, et duplam damni refusionem, commensurata aresti poena plectetur. 1840: 9. §. 13.
Arborum eradicatio prope fluvios et canales praevertatur. 1840: 10. §. 13.
Arces et castella citra indultum Regis exstructa, sub poena notae infidelitatis demoliantur. 1453: 6.
— Austriacis et Polonis oppignoratae redimantur. 1552: 33. 1554: 13. 1567: 42. 1574: 29. 1588: 37. 1563: 60. 1608: 19. a. Cor.
— Austriacis oppignoratae omnia onera ferant. 1556: 41. 1563: 15. 1567: 42. 1622: 2. §. 20.
— finitimam si fratres in communi habeant, a proportione proventuum, eam providere tenentur. 1563: 19. 1622: 72. 1625: 59.
— Austriacis oppignoratae decimas Episcopatui Jaurinensi praestent. 1567: 42. §. 2.
Arcis Lublyo redemtio. 1655: 82. 1659: 40. 1681: 24.
— Léva remissio. 1655: 102.
— Dombó et Szádvára remissio. 1655: 102.
Arce ex Varasdinensi miles germanus educatur. 1659: 99.
Arcis Dubovácz circa pretium, sua Majestas rem se accommodaturam promittit. 1659: 109.
— pro Comaromiensi ademtorum fundorum et domorum pretium persolvatur. 1662: 39.
Arcibus ex, privatorum, miles germanus educatur. 1681: 9.
— Munkács possessores, ratione bonorum suorum regni legibus subsint, et bona communia Comitatus onera ferant. 1681: 52.
Arx Sziszek Capitulo Zagrabiensi restituatur. 1681: 68.
Arcium et fortalitiorum ad usum praestari soliti gratuiti labores annue 24.000 florenis redimuntur. 1729: 1.
— et praesidiorum commendantes et alii officiales educilla et macella non servent, et servata cassentur. 1729: 4.
Archi-Abbas S. Montis Pannoniae ad minimum quinque personas conventuales teneat, ut Conventus hic, adinstar aliorum locorum credibilium, legibus conformiter, in functionibus suis procedere possit. 1723: 44.
Archi-Abbatis Contractus cum Comitatu Simeghiensi de exarendatione decimarum in 6500 fl. inarticulatur. 1729: 45.
— Montis Pannoniae Sessiones Praediales conferre tenetur. 1830: 13.
Archi-Diaconi cum judice saeculari homicidas judicabant, et nonam ac decimam substantiae eorum partem accipiebant. Colom. I: 50. §. 2.
— mulieres partum enecantes judicabant. Colom. I: 58.
— raptus crimen judicabant. Colom. I: 59.
— maleficos judicabant. Colom. I: 60.
— adulteria judicabant. Colom. I: 61.
— pro funere interfecti nullam marcam desummat. 1351: 2. 1439: 39. 1486: 63. 1492: 29. et 1495: 6.
— ultra funeralia si exegerit, beneficium amittat. 1486: 63. 1492: 29. 1495: 6.
— Titulo cathedratici ab integra integrum, a media ecclesia medium florenum accipiat. 1498: 53. 1569: 43.
— Presbyterum non beneficiatum arma vel pixidem deferentem si non resignet Praelato pro incarceratione, ipse incarcerandus Praelato tradatur. 1514: 60.
Archi-Diaconos Episcopi pro restitutione religionis constituant. 1548: 6. §. 1. 1550: 13.
— Laicos a praedicatione Evangelii removeant. 1548: 10. §. 1.
— et Vice-Archi-Diaconi officia sua libere peragant. 1557: 10. §. 2.
— Non quidem bona, sed Decimas, Nonas et quartas possidentes, militem statuant. 1595: 14.
— Solas Decimas, Nonas, quartas, vel sedecimas possidentes pro subsidio belli per Vice-Comites et potiores nobiles taxentur. 1596: 10. 1598: 15.
— Equitem unum pro Insurrectione statuat. 1741: 63. §. 13. 1805: 1. §. 6. 1808: 2. §. 12.
Archi-Episcopatus bene meritis et non extraneis conferatur. 1550: 18.

Archi-Episcopatus suis privilegiis utatur. 1790: 24.
Archi-Episcopus Coloczensis obligatur unum banderium servare. 1498: 20.
— Coloczensis pro literis suis in Cancellaria titulo taxae 200 florenos solvat. 1609: 73. §. 33.
Archi-Episcopus Strigoniensis Est Custos Rei monetariae cum Tavernico. 1342: §. 39. 40.
— pisetario de qualibet marca Camerae unus grossus persolvatur. 1342: §. 49. 59.
— proventum piseti nemini vendere, aut elocare potest. 1342: §. 54.
— Est Comes Perpetuus Comitatus Strigoniensis. 1351: concl. §. 3.
— duo banderia servare tenetur. 1498: 20.
— Parochis, quibus competit, ex decima sedecimam dependat. 1498: 50.
— est Summus et Secretarius Cancellarius Regis. 1504: 31. 1536: 15. 1751: 3.
— non sit de rustica progenie. 1514: 24.
— pisetarium Cremnicii servabit, qui invigilabit, ne fraus et dissipatio committatur, neve bonae monetae justo argenti pondere frustrentur. 1522: 19.
— Strigoniensis est primas Regni. 1536: 15. 1741: 10.
— tam in Consilio, quam in Judicio authoritate sua fungatur. 1536: 15.
— Personalis Praesentiae Regiae, et Judex Regni ordinarius. 1536: 15.
— est caput omnium ecclesiarum. 1550: 18.
— juramentum judiciale per officiales suos praestat. 1550: 64.
— duo Assessores ad Sedem Regiam Judiciariam assideant. 1557: 13.
— loco decimae decimarum 50 equites statuat, et occasione expeditionis generalis 50 armigeros et 200 Huszaros interteneat. 1557: 16.
— In beneficia exemta Episcoporum, jurisdictionem habeat. 1560: 16.
— Nobiles praediales et coloni ejusdem a teloniis solvendis liberi declarantur. 1563: 59. 1599: 41.
— pisetarius exportationi auri et argenti invigilet. 1563: 73. 1659: 72.
— unum Juratum in Judiciis constituet. 1567: 26.
— Legatus natus nominatur. 1608: in Concl. §. 5. p. c.
— Pro taxa literarum suarum in Cancellaria 400 florenos solvat. 1609: 73. §. 33.
— cum Rege tractet, ut officium pisetarii restauretur. 1622: 46.
— quoad domum Cremnicii a Michaele Venger emtam, et per civitatem occupatam; unus de Proto-Notariis: tam de restitutione domus, quam de poena superinde sancita procedat, et executionem faciat. 1649: 23.
— Equites 100 Érsek-Ujvárini statuat. 1655: 5.
— controversiam inter Seminarium Szelepcsényanum, et Collegium Jesuitarum Tyrnaviense, ratione medietatis arcis et dominii Bozok, authoritate delegata determinet. 1715: 74.
— quod dignitate Principis condecoratus sit, Status et Ordines gratias agunt. 1715: 111.
— in legalem duplicis sigilli regii usum restituitur. 1741: 10. 1751: 3.
— Strigoniensis sedem suam, et Capituli, Strigonium transferat. 1751: 3. effectuata translatio inarticulatur. 1827: 21.
— legalis authoritas, jura, ac praerogativae confirmantur. 1791: 24.
Architectos Rex ad loca munienda disponat. 1556: 18.
— ad reparationem pontium et arcium mittat. 1625: 20. 1630: 2. §. 3.
Archivarius Regni constituatur. 1723: 45. 1729: 13.
Archivum Regni in Domo Regnicolari erigatur, ad quod omnia Acta publica, Diaetalia, prae manibus quorumcunque habita, seu in Locis credibilibus conservata, seu apud privatos reperibilia, publicum regni statum tangentia, ad summum intra anni spatium reponantur. 1723: 45. 1729: 13.
Archivum ad Regni reponantur acta publica apud Cameras Regias reperibilia, in quantum jura Fisci Regii non tangerent, prout et in locis credibilibus existentia, ad manus exmissae Deputationis Regnicolaris extradentur, quatenus privatorum jura tangentia familiis, ad quas pertinent, restitui, secus ad loca credibilia, unde emanaverunt, publica vero ad archivum regni reponi possint. 1723: 45. 1729: 13. 1765: 12.
— in Regnicolari Acta Palatini, et Judicis Curiae conserventur. 1807: 15.
— Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentis, in aedibus Curialis Archivi una cum Protonotariorum actis conservetur. 1807: 15.
Archo Comes Pyrrhus in indigenam regni cooptatur. 1559: 55.
— Scipio indigenatum consequitur. 1563: 77.
Archy est locus antiquus tricesimae filialis ad Capitalem Nandor Albensem. 1498: 34.
Ardo Parochi proventus revideantur, ut gentes exinde teneantur. 1525: 14.
Arendae decimarum in statu suo relinquuntur. 1553: 8. 1554: 12. 1557: 12. 1563: 68. 1574: 22. 1575: 8. 1618: 45. 1638: 48.
— decimae in confiniis Regi competit 1569: 27. 1575: 8.
— in confiniis, Capitaneis nomine Regis vetatur. 1569: 29. 1575: 8.
— educilli Compossessoribus prae caeteris competit, secus deposita ad manus Judicis arenda educillum pro se vindicare potest. 1655: 31. §. 3. 1659: 47.
Arendam restantem non tenetur solvere arendator, tempore disturbiorum, decimas non percipiens. 1715: 52. §. 5.
Arendalis Contractus, coram legali testimonio celebratus, si arendans in concursum incidat, vigorem suum retinet. 1840: 22. §. 37.
Arendator si justo plus desummat, Sedes Judiciaria eum convincet. 1495: 37. §. 9.
— ultra competentiam desummens, damnum reparabit, et poenam violentiae solvet. 1536: 38. 39.
— competentem sedecimam Parocho dabit. 1546: 55.
— in pascuatione et glandinutione via facti non turbetur. 1655: 59.
— post elapsum terminum nec a Domino amplius turbari potest. 1659: 54.
— si decimas tempore disturbiorum non percepit, restantem arendam solvere non tenetur. 1715: 52. §. 5.
— proventuum regiorum legibus regni subest. 1723: 16. §. 3. 76. §. 2. 83. §. 2. 91. §. 1.
— Educilli regii, praeter educillationem vini, et cerevisiae, nullum jus contra Dominos terrestres usurpet, vina eorum inferre non impediat, nec obsignet, secus damna illata reparabit. 1723: 76. 1729: 9.
— bonorum, e bonis violenter ejectus, si conditiones contractus servavit, per Vice-Comitem reponatur. 1802: 22. §. 4.
— bonorum immobilium sextam partem proventuum titulo subsidii bellici solvet. 1807: 2. §. 12.
— decimarum pactata summa ex decima notabiliter plus percipiens, sextalitatem pro subsidio belli dabit. 1807: 2. §. 12.
— si in cridam incidat, contractus arendalis vigorem suum amittit. 1840: 22. §. 37.
Arestatio Malefactoris publici ubique fieri potest I: 9. §. 2. III: 20. 32. 1492: 91.
— absque citatione et convictione non fiat. 1222: 2. 1405: I: 7.
— rerum cujuscunque faciens, actum potentiarium incurrit. 1405: II: 2.
— Officialis vel Castellani, damna inferentis non obstante nobilitate fieri potest. 1435. II: 6. 1840: 9. §. 22. 23.

Arestatio in alieno prius fieri nequit, quam si interpellatus Dominus arestationem denegavit. 1435: II: 13. 1492: 89.
— in propriis, vel indivisorum bonis sub poena trium marcarum non fiat. 1435: II: 13.
— si per Judicem denegetur, vel si Judex arestatum abire permisit, laeso damnum exinde promanans refundere obligatur. 1435. II: 14. 1492: 89. §. 6.
— Nobilis nonnisi in sententia capitali fieri potest. 1439: 27.
— Nobilis est actus potentiarius: 1486: 15. 1723: 10.
— debitoris manifesti admittitur. 1486: 29. 1492: 92.
— debitoris pro arbitrio creditoris non fiat. 1486: 29.
— Nobilis servi, ob patrata damna fugientis admittitur. 1486: 33. §. 5. 6.
— profugi vel detenti coloni admittitur. 1514: 30.
— per decimatorem ob debitum facta, decima conservationi castrorum finitimorum applicetur. 1514: 64.
— Civium indebite non fiat. 1548: 65.
— incolarum ob debita exterorum activa non fiat. 1647: 94. 1655: 33.
— Rerum vel personarum pro alienis debitis non fiat. 1681: 79.
— Nobilis insurgentis, in flagranti delicto deprehensi fieri potest. 1808: 11. §. 15.
Arestator Nobilis personaliter evocetur. 1462: 1. 1498: 8. §. 5.
Arestum inique usurpantes per Comitatum, aut hoc insufficiente, per Curiam Regiam puniantur. 1495: 21.
— dictatur lusoribus, qui centum aureos solvere non possunt. 1791: 31.
— toties dictatur nobili pauperi fundo carenti, quoties is ab exercituatione vel lustra insurrectionali se absentat. 1808: 3. §. 17. et 11. §. 1.
Aresto puniuntur nobiles insurgentes fugitivi, vel delictum aliud committentes. 1808: 11. §. 15.
Aresti poena ad summum ad dies octo colonis per Dominum terrestrem dictari potest. 1836: 10. §. 5.
Argenti marca sex florenis minus orthone, id est, viginti quinque denariis ex Camera solvatur: 1545: 50.
Argentum et aurum non cusum, sub poena confiscationis, e regno non efferatur. 1548: 54. 1552: 37. 1559: 46. 1563: 73. 1566: 10. 1609: 48. 1618: 46. 1625: 39. 1649: 47. 1659: 72.
Argenti et auri facti et infecti eductores, aureorum, et talerorum campsores, ac foeneratores, exoticae et adulterinae monetae inductores, ab hoc regno arceantur 1625: 41.
— et aurum e vestitu insurgentis exulet. 1808: 3. §. 11.
Arma, victualia hostibus subministrantes, notam infidelitatis incurrunt. I: 14. §. 17. 1498: 72. 1563: 67. 1601: 20. 1622: 20. 1625: 12. 1723: 9. §. 8.
— ad sedem Judiciariam nec Nobiles neque subditi eorum ferant. 1486: 65. 1492: 79.
— et pyxides Presbyteri non beneficiati, ac Scholares non deferant, secus etiam manu rustica comprehendi, et Praelato resignari debebunt. 1514: 60.
— ad Regnum inferentes tricesimas non solvent. 1522: 44.
— et instrumenta bellica Turcis suppeditantes, morte puniantur. 1563: 67.
— amittat miles stipendiarius, eadem occasione lustrae alteri concredens. 1655: 9. §. 2.
— Turcis subministrantes generales et Capitanei severe puniant. 1655: 27.
— capere, occasione Insurrectionis generalis, omnis nobilis debet. 1805: 1.
— contra Superiorem vel vigilias strigens, morte puniatur. 1808: 11. §. 4. 5.
Armalibus creantur Nobiles. I: 6.
Armales benemeritis conferantur. 1609: 33.
— non conferantur rusticis, sine Dominorum terrestrium commendatione et consensu. 1622: 17.
Armales fugitivus colonus, lite pendente, obtinere non potest. 1625: 54. §. 3.
— nonnisi erga commendationem trium Consiliariorum conferantur. 1630: 30.
— in illo Comitatu publicentur, in quo impetrator habitat. 1630: 30.
— literae exteros non faciunt Hungaros, bonorum capaces. 1630: 30. §. 3.
— in Cancellaria stylo antiquo legali, normaque ab antiquo consveta, expediantur. 1741: 19
Armallstae plures simul ad Insurrectionem unum equitem statuant. 1741: 63. §. 6.
Vide Nobilis.
Armenis in Hungaria habitantibus quaestum exercere licet. 1741: 29.
Armpruster Michaelis orphanis de debitis satisfiat. 1635: 33.
Arragonia Octavius de, in indigenam recipitur. 1655: 118.
Arthand Paulus ad consilium Ludovici II. nominatur. 1518: 39. Bach.
Arthesiae Comes titulus Mariae Theresiae Reginae Hungariae. 1741: Exord. et a. 2. 1751: 1765: Ex.
Articuli trigesimi primi Bullae Andreae II. clausula, in juramento neocoronandi Regis exmittatur. 1687: 4. 1741: 2. §. 3.
Articulos militares pro insurrectionali militia elaboratos, Palatinus generalibus Districtualibus transponat. 1805: 1. §. 32.
Articularis Commissionis ad legalitatem quinque membra disinteressata requiruntur. 1836: 27. §. 2.
— membrorum decedentium, vel legaliter impeditorum in locum, extra Comitia, totidem alia Individua Regni Palatinus nominabit. 1836: 27. §. 3.
Articulares Commissiones Decisa sua, ante procuratum eorundem effectum, Regni Comitiis referre tenebuntur. 1836: 27. §. 5.
— ad Commissiones limitaneas nova membra nominantur. 1836. 32.
Artifices subsidium duorum florenorum per quadriennium solvant. 1563: 4. 1578: 2.
— mechanici, fundos colonicales tenentes, decimam solvant. 1613: 4. 1647: 95. §. 10.
— Evangelicae Religionis, ad ceremonias religioni suae contrarias non cogantur. 1647: 8. §. 2.
— sextam rerum mobilium valoris partem titulo subsidii bellici solvant. 1807: 2. §. 7.
— et opifices manuales robottas aere parato reluere possunt. 1836: 7. §. 9.
Artisperitorum testimonium, si Tribunal Cambiale necessarium esse adinvenerit, illorum nomina et terminum pro danda opinione iisdem praefixum, utrique parti notificabit. 1840: 15. II. §. 101.
— mercedem semper Judicium cambiale, quod illos adhibuit, determinabit. 1840: 15. II: 16. §. 13.
Arundinetum, in defectu sylvarum, si cervos, damas, apros alat, prohiberi potest. 1729: 22. §. 8. 1802: 24.
Arundinis 40 manipulos singulus integrae sessionis colonus pro Domino terrestri desecabit, et convehet. 1836: 7. §. 8.
Arundinationis beneficium communitati, et communitatis servis modalitate hactenus consveta relinquitur. 1836: 6. §. 5.
Arundineto exsiccato, beneficium arundinationis cessat. 1836: 6. §. 5.
— illata damna per politiam campestrem adjudicantur. 1840: 9.
Árva arcis castellanus arendator Camerae de Kremnicz. 1342: 1.
— capitalis tricesima. 1498: 34.
— ultra Tybiscum in partibus superioribus constituitur. 1546: 32.
— judicia celebrentur festis Epiphaniae et Jacobi. 1548: 19.
— arx redimatur. 1552: 33.

Árva dominium inter et familiam Kubinyianam vigens controversia per Palatinum decidatur. 1659: 65.
Arvensis Comitatus sale polonico uti potest. 1548: 29. §. 3. 1550: 68. 1715: 13.
— Ad reparationem arcis Léva concurret. 1556: 16. 1559: 28. 1567: 17. §. 22. 1635: 92. §. 9. 1647: 153. §. 9. 1681: 7. §. 6.
— Ad reparationem arcis Korpona concurret. 1559: 28. 1567: 17. §. 22. 1569: 19.
— Reparabit Bakabányam. 1578: 27. §. 21.
— ad revidendam ejus controversiam metalem Commissarii nominantur. 1582: 6. 1588: 33.
— ex ejus sylvis pro fabrica confiniorum ligna administrentur. 1600: 17. 1601: 22.
— Pro munimentis ligna subministrabit. 1600: 17. 1601: 22.
— Reparabit Gyarmath. 1602: 14. §. 9.
— Reparabit Kékkő. 1604: 8. §. 12.
— Laboribus concurret ad Nográd. 1608: 15. §. 37. p. c.
— Concurret laboribus ad Fülek. 1609: 61. §. 15. 1613: 18. 1618: 49. 1622: 36. §. 12. 1638: 70. §. 5.
— Restantes labores gratuitos sub poena dupli praestet. 1649: 6.
— ad ejus Supremum Comitem dentur Mandata intuitu controversiae cum Silesia. 1655: 30.
— controversia ejus cum Comitatu Lyptoviensi intuitu Possessionis Malatina revideatur. 1659: 65.
— ab inducto sale polonico vectigal solvet. 1681: 15.
— Comitatus pro Musaeo Nationali confert 983 florenos 36 xros. 1827: 35.
— spectat ad Tribunal Cambiale Posoniense. 1840: 15. II. §. 2. b)
Aschner Josephus ad Deputationem montanisticam. 1827: 9.
Asdorfer Franciscus pro Academia militari Ludovicea offert quadringentos florreos. 1836: 39.
Asiaticos contra hostes miles in campum educatur. 1601: 5.
Aspermont contra C. Ferdinandi Goberti viduam, Julianam Barbaram Rákoczy, Gabrieli Megyery justitia administretur. 1715: 64.
— C. Joannes Gobertus indigenatum consequitur. 1765: 47.
— C. Joannes Gobertus pro Academia Ludovicea 10.000 fl. offert. 1808: 7. 1827: 18.
— pro Musaeo Nationali offert viginti quatuor mille florenos. 1828: 35.
Assa-Kürth praedicatum familiae Géczy. 1802: 30.
Asseres pro usibus suis devehere officiales Camerae Neozoliensis neminem impediant. 1625: 42. 1638: 65.
Assertum per adversarium in disceptatione coram Tribunali Cambiali non controversum pro recognito habetur. 1840: 15. II. §. 96
— per partem litigantem coram, vel extra Judicium Cambiale recognitum, pro comprobato habetur. 1840: 15. II. §. 95.
Assessores in aditu officii juramentum deponant. 1486: 73. 1492: 33. 1498: 4. 7. 1500: 10. §. 4. 1557: 13. 1715: 24. §. 4. 1723: 30. §. 3.
— Tres ex Praelatis, tres e Baronibus, quatuordecim e Nobilibus Rex ad octavas deliget. 1495: 8.
— Duos ex Praelatis, duos ex Baronibus, et sedecim Nobiles pro octavis Rex eligit. 1498: 2. §. 2.
— sedecim Nobiles Regnum salario provideat. 1498: 2. §. 7. 1500: 10. §. 8.
— Barones et Praelatos caeteri Barones et Praelati salario providebunt. 1498: 2. §. 7.
— octo ex sedecim Nobilibus, ubi negotia Regni tractat Rex, in consilium assummet. 1498: 7. 1500: 10. §. 1.
— Duodecim ex Praelatis, Baronibus et Nobilibus Budae in Consilio Regis adsint medio anno, altero medio alii duodecim. 1500: 10. §. 3. 4. 5.
— sedecim ex quatuor regni partibus Rex eligat. 1500: 10. §. 9.
Assessores licet non omnes adfuerint, octavae celebrentur. 1507: 3.
— ex Nobilibus sex et unus ex Slavonia ad Judicia assummatur. 1536: 48.
— ex Nobilibus ad minus quatuor in Judiciis adsint. 1545: 34. §. 3.
— per Dominos nominatis, si causa Dominorum judicetur, a Judico abesse debent. 1557: 13. §. 2.
— Duo Archiepiscopales in Judicio adsint. 1557: 13. §. 3.
— quatuor in judicio adsint, praeter Judices Regni ordinarios et Protonotarios. 1559: 38. §. 6. 1563: 24. §. 6.
— Pro Foro appellatorio Rex nominat. 1566: 22.
— unum pro Judicio Archi-Episcopus Strigoniensis constituat. 1567: 26. §. 1.
— lingvae latinae et jurium periti sint. 1572: 4. §. 4. 1574: 16. §. 3.
— pro Judiciis nominantur. 1582: 4. 5. 1588: 30. 1618: 64. 1649: 76.
— pro Tabula Regia nominantur. 1601: 33. 1609: 70. §. 3. 1622: 43. 1635: 14. 1638: 23. 1662: 28.
— Regii in comitiis votum et sessionem habent. 1608: 1. §. 12. p. c.
— Jurati speciales deligendi, qui causas appellatas tas judicent. 1613: 24.
— Tabulae Regiae salaria sua ex Camera Cremnicienſi accipiant. 1622: 44. 1625: 52. 1659: 34. 41. 1681: 34.
— Tabulae Banalis, ipsum Regum Croatiae et Slavoniae solvat. 1659: 87.
— Tabulae Regiae habent diurnos tres florenos. 1659: 41.
— Tabulae Banalis nominat Rex. 1715: 121.
— Septemviratus praeter Barones et Praelatos etiam alii Jurisperiti nominentur. 1715: 24. §. 4.
— Tabulae Septemviralis, Regiae, vel Districtualis interimens, caput amittat. 1723: 11. §. 1.
— Tabulae Septemvirali adjiciantur duo Praelati duo Magnates, et quatuor Nobiles. 1723: 24.
— legitime non impediti, sub poena 100 florenorum ad judicium compareant. 1723: 24. §. 2.
— undecim ad integritatem Judicii Septemviralis requiruntur. 1723: 24. §. 3.
— novem adsint in Tabula Regia ad plenum judicium. 1723: 25. §. 3.
— Tabulae Districtualis Praeside legitime impedito, juxta seriem praesideant. 1723: 31. §. 9. 12.
— adminus tres in Tabula Districtuali adesse debent. 1723: 31. §. 10.
— Tabulae Districtualis nominat Rex. 1723: 31. §. 14.
— Tabulae Regiae tam ex superioribus, quam ex inferioribus Districtibus nominentur. 1723: 72.
— Referentes quatuor pari cum Protonotariis Personalis Praesentiae Regiae auctoritate nominat Rex, in Tabula Regia. 1792: 16. §. 3.
Assistentia Fisci Magistratualis detur colono contra Dominum terrestrem in urbarialibus querelis medelam non ferentem. 1792: 12. §. 5. 1796: 3.
Vide Colonus, Fiscus.
Assistentiam ad expensas turbatoris praestet Jurisdictio, si dimensio sylvarum sequestratarum fine eruendae proportionis instituta turbetur. 1807: 21. §. 11.
Vide Fiscus.
Assumtio in actu potentiario personalem praesentiam requirit. II: 82. §. 13.
Vide Violentia, Potentia.
Assumti si vagabundi fuere, sufficit ad onus totale numerum eorum in causa violentiali indicasse. 1655: 56.
Vide Violentia, Potentia.
Asylum in Ecclesia non habeat, in personam Regis, vel totum Regnum machinans vel conspirans. S. Steph. II: 51.
— furibus fuit Ecclesia, Curia Regis, et Episcopi. S. Lad. II: 1. 2.

Asylum in ecclesiis quaerens fur subjicitur judicio, et si reus compertus fuerit, tractetur, ac si eo nec confugisset. S. Lad. III: 17.
— Ecclesiae nihil proderit furi furtum neganti, confitentem vero a mutilatione liberet. Colom. I: 84.

Asylorum casus per Consilium Regium Locumtenentiale elaborentur, ut videri possit, quibus suffragari debeant. 1723: 113. 1765: 27.

Aszalay Stephanus Proto-Notarius ad Commissionem quoad bona redimenda. 1647: 71.
— Ad repurgationem Rabae, et ad commissionem limitaneam. 1655: 30.

Aszod praedicatum familiae Baronum Podmaniczky. 1802: 30.

Asszonfalva *vide Kis-Asszonyfalva.*

Asztalos Paulus ad Deputationem regnicolarem. 1827: 8.

Athenarum Dux titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.

Atlantem centum mappis constantem, et 500 florenos pro Academia Ludovicea offert Antonius Balla 1812: 2.

Atsád possessio Comitatui Szabolcsensi incorporatur. 1827: 34. §. 2.

Attagenes (Császár madár) rusticus venari non audeat. 1504: 18. 1729: 22.

Attak, Kis- et Nagy-Attak possessionum metalis controversia cum Legradiensibus revideatur. 1715: 116.

Attems Ignatius, Josephus Frunciscus et Thadaeus Comites in indigenas regni cooptantur. 1827: 43. §. 1.
— Ignatius, Josephus, Franciscus et Thadaeus e catastro indigenarum expunguntur. 1830: 17.
Attestatio vide Inquisitio.

Atzél Stephanus Proto-Notarius ad Deputationem regnicolarem. 1791: 67.
— Personalis ad Academiam Ludoviceam 1000 florenos offert. 1808: 7. §. 18.

Aucupium colonis interdicitur: 1504: 18. 1729: 22. 1802: 24. 1836: 6. §. 8.
— in campo semper licitum est. 1729: 22. 1802: 24.
— avium rapacium et noxiarum semper licitum, imo magistratualiter instituatur. 1802: 24. §. 11.

Auersperg Cajetano, Nicolao et Jodoco Comitibus indigenatus confertur. 1802: 34.
— Comes Cajetanus fit indigena. 1827: 43.
— Comes Eberhardus in indigenam recipitur. 1649: 102.
— Comitis Eberhardi conthorali pagi octo avulsi restituantur. 1659: 91.
— Comes Nicolaus e catastro indigenarum expungitur. 1830: 17.
— Princeps in indigenam regni cooptatur. 1655: 118.

Augmentum cambialium literarum, in his adnotari, et eisdem adsigillari debet. 1840: 15. I. §. 45.
— continuandorum indorsatorum in originalibus cambialibus adnotari, et his adsigillari debet. 1840: 15. I. §. 45.

Augustam Vindelicorum boves expelli possunt. 1741: 27.

Augustani ad ceremonias confessioni suae contrarias non adigantur. 1681: 25. 1687: 21. 1715: 30.
— Posonii, et in aliis Regiis et Montanis civitatibus, propriis sumtibus templum erigere possunt. 1681: 26. §. 16. 18. 1687: 21. 1715: 30.
Vide: Evangelicus.

Augustiniani in regnum recipiuntur. 1729: 50.
— singulo anno 12 missas pro Rege, et regno celebrent. 1729: 50.

Aulae calumniator, si quis inventus fuerit, pereat. S. Steph. II: 53.
— familiares inter, mendacia serentes, solvant duas compositiones fallacis lingvae, si uni soli adulatus fuerit, lingva privetur. S. Steph. II: 54.

Aulicus Procuratorem sub proprio sigillo constituit. II: 15. §. 6.
— a Ludovico I. institutus, ex officio fidem tueri, et castitatem servare tenetur. II: 54. §. 1. 2. 3.
— in sententia emendae capitis, in homagio 400 florenorum, et refusione damnorum convincitur. II: 54: §. 4. 6. 8.
— In Crimine laesae Majestatis, nota infidelitatis, et homicidio deliberato capitalem sententiam subit. II: 54. §. 7.
— communi cum aliis Praelatis jure gaudet. II: 54. §. 8.
— si furtum committat, lege liberorum judicetur. S. Steph. II: 55.
— pro aulico testimonium praestare nequit. Ibidem.
— Regis, denec in servitiis sunt, banderia non statuunt, sed in Comitatibus, ubi bona habent, pecuniis ad insurrectionem concurrere tenentur. 1500: 21. §. 6.
— Rege ad expeditionem in persona movente, cum suis banderiis in banderio regio aderunt. 1500: 21. §. 9.

Auranae Prior unum banderium statuet. 1498: 15. 20. §. 19.

Aureos ter mille titulo salarii habeat Palatinus. 1481: 11. 1681: 1. 1751: 2. 25.

Aurei in bona liga cudantur. 1557: 14. §. 3.
— pro nova cusione aut foeneratione e regno non efferantur. 1609: 48. 1625: 41.
— Hungarici in ditionibus haereditariis in aequivalenti acceptentur. 1618: 19. §. 3.
— Juxta valorem trium denariorum hungaricorum cudantur. 1622: 77. §. 4.
— In valore ducentorum denariorum cudantur. 1625: 39. §. 3.
— mille solvant exteri indigenatum adepti. 1687: 26.
— mille solvant beneficia majora ecclesiastica in Regno tenentes. 1741: 17. 1791: 70.
— ducentos solvant exteri Praepositurae, Abbatias et Canonicatus in Regno possidentes. 1741: 17.
— bis mille indigenae solvere obligantur. 1741: 40. 1791: 70.
— ter mille Palatino solvant Jazyges et Cumani. 1751: 2. 1791: 5.

Aurum et argentum nonnisi in Camera permutare licet. 1342: §. 12. 34.
— pro comparando plumbo, ad notitiam pisetarii educi potest 1342: §. 16.
— quod karatorum sit, in Camera probetur. 1342: §. 35.
— e regno non efferatur. 1405. I: 15. 1492: 32 1498: 31. 1518: 13. Bach. 1548: 54. 1552: 37. 1553: 23. 1554: 17. 1559: 46. 1563: 73. 1566: 10. 1618: 46. 1622: 77. 1625: 39. 41. 1635: 69. 1649: 47. 1659: 72.
— nec ab extus allatum alteri, quam Camerae vendere licet. 1405. I: 21.
— Pro vasis aureis et argenteis, balteis, cochlearibus emi, vendi, retineri potest. 1405: I: 21. II: 13.
— probantem lapidem nonnisi aurifabris licet servare, prout nec separatio auri ab argento alteri admittitur. 1405. II: 13.
— non cusum exportans etiam in persona detineri potest. 1492: 32. et 1498: 31.

Auri et **argenti**, atque aliarum rerum confiscatarum duae tertiae Regis, una vero confiscantis 1498: 31.
— juxta puritatem permutetur, et pretio temporibus Mathiae vigente acceptetur. 1523: 33.

Austriam versus limites in suo robore maneant. 1439: 17.

Austriae ex bello retulit Mathias triumphum. 1478. Exord. Austriam et Viennam occupavit. 1486. Exord. Eam Rex penes coronam Regni retineat. 1490. Rectificatae metae conserventur. 1498: 28. 1507: 19.
— Ad eam fugitivi coloni non recipiantur. 1514: 70.

Austriam versus metae Regni rectificentur. 1514: 54. 1526: 28. 1537: 57. 1547: 37. 1554: 13. 1555: 13. 1556: 42. 1557: 18. 1559: 47. 1563: 60. 1569: 42. 47. 1574: 29. 1575: 5. 1578: 18. 1582: 6. 1588: 33. 1597: 33. 1598: 36. 1600: 24. 1601: 32. 1602: 32. 1603: 13. 1608: 20. 1609: 15. 1613: 26. 1618: 12. 1622: 2. 1625: 23. 1635: 57. 1638: 1. 37: 1655: 30. 1659: 1. 1662: 37. 1681: 23. 1687: 15. 1715: 39. 1723: 17. 1751: 26. 1765. 16. 1791: 68. 1802: 26.
— Ejus auxilio diffidatores Regni debellantur. 1518: 7.
— ut nova moneta in Austria recipiatur, Rex efficiat. 1522: 14. 1550: 49. 1569: 20. 1613: 28. 1647: 88.
— Eidem oppignoratae arces redimantur. 1526: 28. 1552: 33. 1554: 13. 1563: 60. 1567: 42. 1574: 29. 1575: 5. 1588: 37.
— Eidem adventus Turcarum signis annuncietur. 1538: 8.
— Inferioris cum Nunciis Ferdinandus I. tractavit de defensiva Regni expeditione. 1543: §. 11.
— Camerarii non discutiant causas tricesimarum in Hungaria. 1553: 19.
— Ab Hungaris victualia ad eam evehentibus tricesima non desummatur. 1567: 36.
— ut vina Hungarica in Austriam invehere liceat. 1588: 15. 1639: 59. 1662: 42. 1681: 45.
— Magnates Hungaros in indigenas receptos Austriaci annuae contributioni subjiciunt. 1609: 51.
— Subsidium conferat ad erigenda confinia Canisae opposita. 1613: 17. Muniat Egervár et Nempthi. 1625: 20. 1630: 2.
— arcem Szalavár muniat. 1618: 36. 1622: 41.
— Egervár reparet. 1625: 20. 1630: 2. §. 4.
— Tricesimarum et Teloniorum augmentum in Austria sufferatur, et exactio antiqua reducatur. 1625: 32.
— Ibidem Tricesimatores a Nobilibus Regni tricesimam et telonium non exigant. 1630: 17. 1662: 40.
— Austriae civitates et oppida a rebus inducendis mediam tricesimam solvant. 1647: 28. Eadem immunitantur a tricesima vinorum allodialium et mercium. 1649: 13.
— Confinia Slavonica, Croatica, et maritima solvebant Provinciae interioris Austriae. 1649: 2.
— Ex parte illius deputantur Commissarii ad Commissionem Varadinensem. 1649: 30. 31.
— Intuitu reincorporationis Valachorum, Slavorum, et Praedauciorum. 1655: 66. 67.
— ad Cameram tricesimae Hungariae non administrentur. 1622: 24.
— interteneat militem exterum Varadinensem. 1659: 99. 1662: 3.
— In Austria per exterae nationis Commissarios lites de territoriis Regni Hungariae non decidantur. 1659: 120.
— Hungari res et vina ad propriam necessitatem in et educentes tractabuntur ad modum Austriacorum. 1715: 75.
— Boves in Ditionem Venetam per Inferiorem Austriam libere expellantur. 1741: 27.

Austriaca a Camera Thesaurarius Regni non dependeat. 1608: 5. a. cor.

Austriacae Domus haereditatem in Regno Status et Ordines agnoscunt. 1547: 5. §. 5.
— successio pro masculis primogenitis defigitur in perpetuum. 1687: 2.
— linea deficiente, succedat Hispanica. 1687: 3.
— Domus sexui foemineo, hujusque masculis successio in Hungaria defertur. 1723: 2.
— ordo successionis defigitur. 1723: 2. 1741: 2.

Austriaci a bonis et fundis in Hungaria possessis ad Hungariam proportionaliter onera ferant. 1715: 72.
— incolarum in Hungaria fundos possidentium negotium commissionaliter decidatur. 1715: 72. 1723: 22.

Austriacum ad forum Viennae Hungari quoad testamenta et alia non trahantur. 1715: 20.
— Litoralis appellatio Regno non praejudicet. 1765: 30.

Austriacorum Cambialium Judiciorum Sententiae penes Compassuales Literas executioni manicipentur. 1792: 17.

Austriae Haereditarius Imperator et Archi-Dux titulus Regum Hungariae ex Domo austriaca. 1805: Exord.

Auszugalia fallimentarii debita ad quartam exconten-tationis classem referuntur. 1840: 22. §. 89. ad e)

Authenticatio Testium in processu impensionali, absente Domino, coram Judice Nobilium, Jurassore, et Convocatis fiat. 1729: 41. §. 5.

Authenticarum Expeditionum solennes ingressus et conclusiones lingva patria adornari possunt. 1836: 3. §. 3.

Avakumovits Stephanus Episcopus pro Academia Ludovicea 500 florenos offert. 1812: 2.

Avena decimatur. 1481: 1. 1498: 51. §. 9.
— sub poena confiscationis e regno non evehatur. 1601: 1. 1603: 11.

Avenae metretam Tyrnaviensem quaevis porta contribuat. 1602: 10.

Avenam Comitatus transeunti militi pretio regulamentari subministret. 1741: 63. §. 25.

Avenae tres milliones septingentena sexaginta millia metrarum Status et Ordines offerunt. 1796: 2.
— pro militia equestri insurrectionali pretio regulamentari administretur. 1805: 1. §. 26. 27.
— unus millio metretarum pro subsidio belli offertur. 1812: 1.

Avér Jacobus Consul Posoniensis ad Imperii Romani Comitia ablegatur. 1655: 17.

Aves noxias ubique trajicere licet, et si multiplicentur, venatio Magistratuali auctoritate contra eas instituatur. 1802: 24. §. 11.

Avitica bona inter fratres aequaliter dividuntur. I: 40. §. 2.
— bona per patrem vel fratrem invito filio vel sorore alienari non possunt. I: 58. 61.
— rationabili ex causa, vel necessitate alienari vel oppignorari possunt: I: 59. 60.
— Ad redimendum caput etiam cum praejudicio successorum alienari possunt. II: 57. §. 8.
— Ex defectu seminis accipit Fiscus Regis. 1715: 26.
— bonorum divisioni legali, quibus talia quoque bona involuta sunt, de quibus testator disponendi activitate tam manifeste destituebatur, ut hoc ipsum absque jurium disquisitione evinci valeat, obesse non possunt: 1836: 14. §. 8.
— fallimentarii debita intabulata, ad tertiam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 85. ad a)

Aviticitatis quaestionem involventes Processus in Croatia, per Tabulam Banalem decidantur. 1840: 25.

Avulsae regni partes ut reincorporentur, Commissio nominatur. 1830: 5.

Avus paternus, si nobilis sit, tutelam nepotum gerit. I: 113: §. 3.

B.

Baadenses Marchiones Hermannus et Ludovicus in Hungaros recipiuntur. 1681: 81.

Babicsháza castellum demoliatur. 1559: 26.

Babich Joannes Episcopus Scardonensis. 1687. concl.

Babagora intuitu, familiae Fáncsy praetensio, ad commissionem neo-aquisticam relegatur. 1715: 85.

Bábindáli Andreae viduae negotium per Palatinum revideatur. 1649: 54. 1655: 106.

Babnerecz filialis Tricesimae Carolostadiensis. 1715: 91.

Babolcha arcis quoad fortificationem. 1559: 30. 31. 1596: 41.

Babolcha ad munitionem deputantur gratuiti labores ex Comitatibus Szaladiensi et Simeghiensi. 1559: 31.
— arcis haeredum auctoritas in salvo permittitur. 1596: 41.
— arcis praesidiarii milites vectores annonae comitentur. 1596: 53.
— Vicina loca eo conferant victualia. 1596: 53.
— districtus laboret ad Légrád. 1681: 7.
Baboth et Dobrassor intuitu, controversia per jurisperitos decidatur. 1649: 88.
Babóthi Thomae Judicis Nobilium Nitriensis processus laboret ad Ujvár. 1618: 49.
— Emericus ad Deputationem quoad inclavata loca. 1827: 16.
Bách civitas 35 marcas solvat. 1342: §. 31.
— Regnicolae cum apparatu bellico compareant. 1518: 2. Toln.
— Eo Rex cum Banderio in propria persona descendat. 1518: 9. Toln.
— Ibi circa rectificationem proventuum regiorum uberiora declarabuntur. 1518: 17. Toln.
Báchiense Capitulum debet tenere equites quinquaginta. 1498: 20.
Báchko in perpetui scribuntur Barones Fischer. 1802. conclusio.
Báchmegyei Franciscus ad Commissionem limitaneam. 1681: 23.
Bácsiensi in Comitatu castra contra incursiones Turcarum necessaria dirui non debent. 1464: 10.
— de 24 portis unus Huszarus teneatur. 1498: 16.
— domi remanentes nuncios ad conventum Hatvaniensem mittant. 1525: 36.
— Comitatus in jurisdictione magistratuali non impediatur. 1723: 83.
— Ad persolutionem restantiarum jam relaxatarum non adigatur. 1723: 83.
— Jurisdictioni loca militaria incorporentur. 1741: 18. §. 3.
— Intuitu causarum Tabulae Districtuali Cisdanubianae adnumeratur. 1751: 22.
— Ad eum Districtus Tybiscanus et oppidum Szent Mária publica onera ferat. 1765: 21.
— Donationum Josephi II. in eo factarum confirmatio in suspenso relinquitur. 1791: 36.
— cum Bodrogh articulariter unitur. 1802: 8.
— inter eum et Cottum Veröczensem atque Syrmiensem vigentes metales controversiae per Commissionem indagentur. 1807: 30.
— Ex particularibus collationibus pro Academia militari Ludovicea confert 3501 florenos 45 xr. 1812: 2.
— pro Musaeo Nationali confert 12.277 florenos 18 xr. 1827: 35.
— pro Academia Ludovicea offert 352 florenos 1836: 39.
— Comitatui diverticulum Zsiva et insula Cséb atque Butykovácz ingremiantur. 1840: 36.
— pro Erudita Societate Hungarica offert 452 fl. 6 xr. 1840: 42.
— Comitatus ad Tribunal Cambiale Pestiense spectat. 1840: 15. II: §. 2. a)
Baczendorf Baro Joannes Jacobus in indigenam recipitur. 1681: 82.
— Volfgangus Carolus et Joannes Jacobus indigenatum consequntur. 1687: 29.
Baczkó Michael commembrun commissionis systematicae. 1715: 59.
Badenses Marchiones Hermannus et Ludovicus in indigenas regni cooptantur. 1681: 81.
Badigh laboret ad Bér. 1630: 3.
Baernkopf Ignatius Episcopus Rosonensis pro Academia Ludovicea 1000 florenos offert. 1808: 7. §. 18.
Bagod laboret ad Egerszeg. 1630: 3.
— Servitiis aquisita natura sua mulieres non concernunt. I: 18.
— Utrumque sexum concernentia, per notam infidelitatis amissa, obtenta gratia principis, rursus utrumque sexum respiciunt, nisi in gratialibus expresse ad sexum masculinum restringerentur. I: 20.

Bona Partim Servitiis, partim pecuniis comparata masculos solos concernunt. I: 21.
— Per fratrem alteri, quem successio alioquin respiceret, pro pecuniis vendita, sexum foemineum non respiciunt. I: 21.
— Aquisitores et emtores cauti sint, prout enim literas suas formabunt, ita bonorum suorum successionem et devolutionem habebunt. I; 21.
— Per defectum seminis illius, qui in lite constituitur, impetrari non possunt. I: 27.
— De quibus incertum est, an per mortem Juris Regii sint, vel an collaterales existant, publicantur, et nobili mediocri dantur administranda. I: 29. 1435. I: 17. 1486: 26. 1492; 3.
— Deficientis, si praetendens probando non sit, Fiscus occupat. I: 29. §. 2.
— Per defectum seminis impetrantis, filiae in domo paterna cum quarta parte bonorum usque emaritationem habitabunt, uxor vero ex domo et curia mariti, quousque ad secundas nuptias non transiverit, excludi non potest. I: 57.
— vigore alicujus contractus, seu fraternalis adoptionis, vel etiam praefectionis in aliquem virum vel foeminam derivata, tanquam aquisita, liberae dispositioni subsunt. I: 57.
— Absque praemonitione condivisionalium alienata, termino octavali, aestimatione communi recipiuntur. I: 60.
— An sexum foemineum aeque ac masculinum respiciant, semper ad originales literas recurrendum. I: 73.
— Ea titulo perennali et pignoris simul possideri non possunt. I: 82. §. 6.
— Ea ultra communem aestimationem impignonari nequeunt. I: 83.
— Sententia capitali vel emenda capitis amissa pignoris naturam induunt, et ideo per successores, vicinos et commetaneos redimi possunt II: 56. 64.
— Suis bonis quisque libere uti et frui potest. S. Steph. II: 35.
— et caput amittat notam infidelitatis incurrens. S. Steph. II. 35. 1659: 104. 1715: 9. 1723; 9. §. 11.
— emtitia haeredibus adimi non possunt. Colom. I: 21.
— amittat infideles aere vel hospitio juvans 1404: 20.
— amittat Homo Regius vel Palatinalis, qui false testatus est. 1435. I: 8. §. 5. 1492: 43. §. 6.
— infidelium castra non necessaria diruere nolentium occupat Fiscus. 1453: 6. 1464: 10. 1471: 29. 1492: 15.
— Occupata restituantur. 1453: 7. 1458: 1. 1464: 12. 1471: 23. 27. 1486: 26. 1498: 10. 1522: 57. 1536: 9. 1542: 1. 1546: 24. 1547: 22. 1563: 54.
— A tribus annis occupata intra 15 dies sub poena actus potentiarii restituantur 1458: 1.
— Extraneus collata recuperentur. 1458: 8. 1599: 31.
— Fiscus vi non occupet, sed via juris quaerat. 1464: 18. 1471: 10. 1478: 9. 1486: 46. 1597: 27. 1598: 39. 1604: 18. 1638: 24. 1659: 46. 1681: 37.
— Impetratores non attenta contradictione bona occupantes, in aestimatione eorum convincantur. 1478: 8. 1492: 59. 1635: 91. 1647: 23.
— Venetis, Polonis vendere, inscribere, et impignorare non licet. 1486: 32. 1647: 94.
— In Comitatu possideat supremus Comes, secus talis esse nequit. 1486: 60. 1559: 53. 1638: 33.
— Capitanei Insurrectionalis oucupet Fiscus, si is ecclesias violavit. 1486: 61. §. 2.
— amittat Nobilis insurgens, in domo nobilitari vel ecclesiastica condescendens, aut victualia violenter auferens. 1486: 62. 1536: 2. 1595: 27.
— solis Hungaris conferantur. 1492: 9. 1504: 10.
— sub Mathia Rege occupata sine via juris restituantur. 1492: 14. 1495: 1. 1498: 10.
— post Mathiam occupantes in facto potentiae convincantur. 1495: 1. §. 4. 1498: 10.

Bona officialium fortalitia finitima amittentium occupet Fiscus. 1495: 35.
— Res et victualia e castris finitimis efferentium occupet Fiscus. 1495: 35. 36.
— cum capite amittat Protonotarius donis corruptus. 1498: 4.
— et caput amittant invasores domorum nobilitarium, detentores, verberatores, vulneratores et occisores Nobilium. 1498: 8. §. 3. 4. 5.
— et caput amittat Homo Palatinalis et Judicis Curiae Regiae fortalitia finitima visitans, et negligentiam officialium non referens. 1498: 43.
— restatuta si absque repulsione occupentur, penes brachium recipiuntur et reoccupans notam incurrebat. 1507: 2.
— amittat Assessor Octavalis, ad octavas sine causa sufficiente non comparens. 1507: 3. §. 2.
— amittat Baro vel Nobilis Assessoratum Octavalem recusans. 1507: 4.
— amittat Thesaurarius, castris finitimis Stipendia accurate non subministrans. 1507: 5. §. 5.
— amittat saecularis, executioni poenalitatis sexcentorum florenorum, ob non admissa templa, scholas, parochias, et sepulturam Evangelicorum se opponens. 1507: 8. 1647: 14. 1791: 26. §. 1.
— Nobilium rusticis adhaerentium Rex conferat iis, qui in castris fideliter serviverunt, etsi rustici forent, vel quorum patres aut fratres per rusticos occisi sunt. 1514: 35. 62.
— tempore disturbiorum impetrata Comes cum fructibus restituet. 1514: 50. 1622: 5. 6. 13.
— Nobilibus, in disturbiis documenta amittentibus, nova donatione conferat Rex. 1514: 53.
— post mortem Uladislai II. occupata, post admonitionem judiciariam reddere nolentes actum minoris potentiae incurrunt. 1522: 57.
— amittit, et notam incurrit Nobilis falsam monetam cudens. 1523: 40.
— Religiosorum ordinum in medium Comitatus connumerentur, et non ad partem eorum, qui Patronatum in Ecclesiam praetendunt. 1526: 23.
— amittit ad Insurrectionem non comparens. 1528: 1. 1547: 17. §. 4. 1622: 21. §. 2. 1625: 10.
— Rebellium, qui resipiscunt, intra mensem, quo Regis gratia in Comitatu publicata est, remittantur. 1536: 5.
— Eorum, qui jam dudum resipuerunt, statim restituantur, Donatione non obstante. 1536: 6.
— Ut occupata sine injuria possessorum prioribus remittantur, Rex cum praesentibus tractabit, cum absentibus vero per suos Consiliarios tractari curabit. 1536: 13.
— Beneficia, atque officia exteris non conferantur. 1536: 42.
— Relate ad ea, quae regnicolae apud Mariam Ludovici viduam cum injuria esse praetendunt, se Rex tractaturum promittit. 1536: 44.
— occupat Fiscus subsidia et tributa non solventium. 1537: 8.
— In Slavonia occupantes, per Judices Nobilium ad eorum restitutionem stringantur. 1538: 17.
— occupata ut restituantur, supremi Comites omnia remedia adhibeant. 1542: 1. 2. 1543: 1. 1545: 2. 1546: 24. 1563: 44. 1608: 3. §. 2. p. c. 1662: 29.
— Rebellium contumacium auctione mediante vendantur, et pecuniae ad publicas Regni necessitates convertantur. 1542: 6.
— occupantes, justis possessoribus de vita decedentibus, successores evocent, ac si illi causa ceciderint, bona sub nota infidelitatis restituere tenentur, contradictione, et repulsione non obstante. 1542: 8. 1563: 43.
— Per alios occupatorum bonorum pro discussione Commissarii delegantur. 1542: 12. 13. 14. 1544: 1.
— Restituta rursus potentiose occupantes notam infidelitatis incurrunt. 1542: 20. 1545: 3.

Bonorum inscriptiones Locumtenens vel Judices Regni ordinarii discutiant. 1542: 46.
— occupata et recuperata, jure violentiae requiri possunt. 1543: 3.
— aliena occupantium servitores ordinationi statuum se opponentes a servitiis dominorum suorum avocentur, discedere autem nolentes, tam bonorum confiscatione, quam in personis puniantur. 1543: 6.
— servitoris nobilis occupatorem bonorum alienorum deserere recusantis occupat Fiscus. 1543: 6.
— occupata etiam manu privata recuperari possunt. 1545: 4.
— Nobilium apud Magnates pacis turbatores servientium occupat Fiscus. 1546: 21.
— occupata retinentes puniantur. 1548: 16.
— amittant, qui latrones intertenent. 1548: 49.
— apud Reginam Isabellam et fratrem Georgium existentia recuperentur. 1548: 59.
— nonnisi secundum legem devoluta Rex occupabit. 1550: 76.
— aliena, prae manibus suis existentia, Rex restituat. 1552: 16. 18.
— ad Austriam oppignorata redimantur. 1552: 33. 1554: 13. 1556: 41. 1563: 15. 1567: 42: 1588: 37. 1608: 19. ante cor. 1609: 38. 1618: 9. 1622: 62. 1625: 37. 1630: 27. 1635: 60. 1638: 38. 1647: 71. 1649: 25.
— occupata, praemissa ad 15. diem citatione, adjudicentur. 1553: 21.
— per alios occupata remittantur. 1554: 15.
— Parochi seu testato, seu ab intastato decedat, Patronus non occupet. 1557: 10. §. 5.
— Palatini trans Danubium sita nonnisi proprias ejus arces Sárvár, Kapuvár, Egervár, Kanisa, Szigeth, Babolcsa, et castellum Capituli Strigoniensis, Zenyér reparent. 1559: 30.
— In quibus legitima contradictio intervenit, sub nota infidelitatis restituantur. 1563: 44.
— Titulo Notae impetrata intra dominium tueantur contradictores, qui arma hostis secuti non sunt, secus extra dominium. 1563: 47.
— Horum et castrorum occupationes Vice-Comes cognoscat, poenam violentiae non ultra centum florenos, fructus item et proventus juramento recipiendos adjudicet, si pro executione sufficiens non fuerit, penes sententionales Regni Capitaneus peragat. 1563: 48.
— ad arces Regias occupata equites statuere, et subsidium belli, atque labores gratuitos praestare obligantur. 1653: 54.
— Relate ad ea, quae ad Confinia occupata fuerunt, Commissarii nominantur. 1567: 32.
— aliena, per Supremos Capitaneos occupata, si ea reddere noluerint, Rex via facti restituat. 1567: 32.
— quoad neutralia, seu talia, quorum possessores neutri parti adhaeserunt, observetur anni 1563-tii Decretum. 1567: 33.
— ad inquirenda dubia Commissarii nominantur. 1567: 34. 35.
— Scepusiensia a Rege Poloniae redimantur. 1567: 43.
— e manibus rebellium revindicata, legitimis suis proprietariis reddantur. 1574: 27.
— et caput amittat miles ecclesias violans, et spolians. 1595: 27.
— amittat nobilis ob majus stipendium servitia extera quaerens. 1595: 33. 1596: 22. 1597: 22. 1598: 18. 1602: 8.
— Polonis oppignorata communia onera ferant. 1597: 18. 1613: 10.
— cum clausula: *De manibus Regiis* Rex non conferat. 1599: 31.
— ad nullius delationem occupentur, nec quisquam capiatur, sed juris ordine servato extraserialiter contra talem procedatur, et de falsis delatoribus poena talionis statuitur. 1604: 18.
— per Archi-Ducem Maximilianum in Comitatibus Bihar, Szolnok, et Kraszna nonnullis donata, prioribus insontibus possessoribus restituantur. 1601: 25.
Bona Jesuitae in Hungaria non possideant. 1606: 8. P. V. 1608: 8. 19. ante cor.
— a Regibus collata Cassovia libere possideat. 1606: 12. §. 11.
— Nobilium in Transylvania occupata restituantur. 1608: 11. p. c.
— Communitatibus nullo sub praetextu conferantur. 1608: 15. a. c.
— ad Fiscum devoluta non pecuniis, sed bene meritis gratis conferantur. 1608: 15. a. c. 1630: 31. 1659: 75: 1723: 103. §. 3. 1741: 19. §. 2.
— tempore disturbiorum donatione, fassione, inscriptione a Bocskaio vel Palatino accipientes literalia sua instrumenta in futura Diaeta producant. 1608: 17. p. c.
— tempore disturbiorum inscripta, donata, aut distracta in pertractationem summantur. 1609: 2.
— per Bochkayum donata, aut inscripta, suis legitimis possessoribus restituantur. 1609: 4. 1613: 2. 1622: 6. 7. 10.
— Minorennes, juramenti incapaces, bonorum possessores, praetensionem suam humano testimonio comprobent. 1609: 6.
— Relate ad talia per Bochkayum inscripta si Regii Commissarii majores summas levassent, tales Creditores per Regem excontententur. 1609: 7.
— aliena Capitanei vel praesidiarii occupare non audeant. 1609: 46.
— Vice-Comitum ob debita aliorum, vel Comitatus non occupentur. 1618: 16. §. 3.
— Polonis pppignorata omnia onera ferant. 1618: 10.
— A 1. Juli 1619 occupata de facto restituantur, literis a damnificatis obtentis pro irritis et frivolis declaratis occupatores etiam ad fructuum repersolutionem stringantur, salva juris via occupatoribus extra dominium relicta. 1622: 6.
— per exercitum regium occupata restituantur. 1622: 13.
— Eadem tangentia literalia instrumenta sub juramento restituantur, secus in poena perpetui evictoratus convincantur. 1622: 14.
— In septem Comitatibus Bethlenio cessis ad Fiscum devoluta conferantur. 1622: 29. §. 7. 1647: 20. §. 6.
— Austriae oppignorata ut recipiantur, Commissarii nominantur. 1622: 62. 1630: 27. 1635: 60. 1638: 38. 1647: 71.
— Eorum proventus manipulantes officiales et servitores ad reddendas rationes, etiam detentione personae et bonorum suorum cogi possunt. 1622: 65.
— statutionibus qui contradicere non poterunt, non obstante puritate statutionis donatarios ad suum judicem evocare, et impetrata bona aquirere possunt, praescriptione etiam, et aliis remediis juridicis non obstantibus. 1625: 60.
— exteri, nisi prius indigenatum adipiscantur, possidere nequeunt. 1630: 30. §. 2. 3. 1715: 23.
— per Gabrielem Bethlen occupata vel inscripta cum fructibus domino suo restituantur. 1630: 46. 1764: 23.
— Capronczensia Fisco Regio et Jurisdictioni Regni reapplicentur. 1635: 35. 1647: 48.
— contra eorum occupatores juxta articulos de violentiis conditos procedatur. 1647: 23.
— ab Austria revindicata et reincorporata legibus Regni subsint. 1649: 25.
— ea, quae occasione rectificationis limitum Regni, ad Hungariam pertinere deprehenduntur, via facti reincorporentur. 1655: 30. §. 9.
— eorum praetium extra regnum residentes, in praejudicium successorum non educant. 1655: 35.
— reoccupantes duplum pensum solvant, et fructus restituant. 1662: 29.
— regnicolarum in flagranti aliquo facinore deprehensorum, penes sententias in foro extraneo latas Fiscus apprehendere non potest. 1662: 47.

Bonorum confiscatorum intuitu Commissarii nominantur. 1681: 11. 1687: 7.
— sub Eperjesiensi Commissione occupatorum intuitu, sua Majestas promittit, quod status praeter justitiae administrationem, etiam clementiam regiam experturi sint. 1687: 7.
— Evangelici in Slavonia, Croatia, et Dalmatia possidere non possunt. 1687: 23. 1715: 30. 125. 1723: 86. 1741: 46. 1791: 26. §. 14.
— in novis occupationibus Vice-Comes cum sibi adjuncto Judice Nobilium et Jurassore, intra anni spatium ad faciem loci exeat, ac probabilia documenta colligat, remque in Sede referat, et sententiam Sedis illico executioni mandet, si Vice-Comes non posset, Comes vel Capitaneus assistere tenetur. 1688: 29.
— ante convictivam sententiam in nota infidelitatis occupari, vel alienari non possunt, sed sequestratorum et conscriptorum administratio capto relinquatur. 1715: 7. §. 3.
— non amittit filius indivisus, crimen laesae Majestatis committens, nec pater illius per Fiscum ad divisionem cogi potest. 1715: 9. §. 4.
— non amittit frater indivisus ob crimen laesae Majestatis per fratrem commissum. 1715: 9. §. 12.
— indigenae ante depositionem taxae possidere nequeunt, ideo a quovis Nobilium exsolvi possunt. 1715: 23. 1723: 64. §. 2.
— ex defectu seminis Fiscus nonnisi tunc via facti occupat, si defectus manifestus, et nullus praetendens adsit. 1715: 25.
— quae legitimo testamento, consensu regio roborato legantur, sequestro affici nequeunt, verum legatariis cedunt. 1715: 25. §. 6.
— sub lite constituta, si in pluribus Districtibus sita sunt, sub cujus jurisdictione caput bonorum est, illa Tabula Districtualis judicet. 1715: 31. §. 7.
— Csáktornyensium bonorum possessores et officiales legibus, oneribus, ac jurisdictioni Regni subsint. 1715: 44.
— perduellis ad terminum, per Conventionem Szatmáriensem defixum juramentum fidelitatis Regi non deponens bona sua amittit. 1715: 49. §. 2.
— possessores legitimi, etiamsi tempore disturbiorum literas amisissent, in possessorio bonorum manere possunt. 1715: 70.
— per extraneos possessa omnia onera publica proportionate ferant. 1715: 72. 1723: 64.
— Diosgyöriensium bonorum intuitu nova articularis revisio ordinatur. 1715: 104.
— amittant falsas literas et sigilla conficientes. 1723: 11. §. 10.
— a Turcis revindicata proprietariis, jura sua coram Tabula Regia probantibus restituantur. 1723: 19.
— communia, divisioni obnoxia, alienari vel inonerarii nequeunt. 1723: 47. §. 4.
— dilapidatoris, usque exsolutionem debitorum, et illius emendationem per Comitatum sequestrantur. 1723: 48.
— Graeci Ritus non uniti bona possidere possunt. 1791: 27.
— violenter occupata Vice-Comes intra unum annum via facti, etiam brachio mediante, restituat. 1802. 22.

Bona aquisita liberae dispositioni subsunt. I: 5.
— in perpetuum reservari possunt. I: 44.
— Majoratui fundando penes Consensum Regium servire possunt. 1687: 9.
— Fiscus tunc tantum occupat, si deficiens absque testamento decessit. 1715: 26.
— ex fructibus paternorum aquisita fratres et sorores aequaliter dividunt. 1723: 47. §. 2.
— ex venditis avitis comparata, donec avita plene redintegrentur, pro talibus haberi non possunt. 1723: 49.
— juxta literas aquisitionales inter successores dividuntur. 1836: 14. §. 4.

Bona avita inter fratres aequalititer dividuntur. I: 40 §. 2.
— filiorum nondum emancipatorum, pater onera filiorum suscipiens, exigente necessitate inonerare potest. I: 51. §. 6.
— per patrem vel fratrem invito filio vel sorore alienari non possunt. I: 58. 61.
— rationabili ex causa vel necessitate alienari, vel oppignorari possunt. I: 59. 60.
— ad redimendum caput etiam cum praejudicio successorum alienari possunt. II: 57. §. 8.

Bona cameralia ad subsidium belli concurrant. 1478: 1. 1599: 6. 1600: 3. 1603: 3. 1604: 3. 1608: 14. p. cor.
— labores gratuitos in confiniis praestent. 1618: 50. 1622: 37.
— a singula porta palatinali equitem statuant. 1741: 63. §. 10. 1808: 2. §. 12.

Bona civilia nobiles prae exteris emere possunt. 1655: 34.
— et nobilitaria per militem possessa jurisdictioni militari non subsunt. 1764: 8.

Bona civitatum regiarum et Nobilium Supremo Comiti subsint. 1537: 21.
— juste sibi antea collata civitates retineant. 1542: 34.
— a corpore Comitatus non avellantur, avulsa revindicentur, et oneribus Comitatus subsint. 1542: 35.
— nec ad Fiscum devolvi, neque impetrari possunt. 1638: 35. §. 3.

Bona coloni fugientis vel abducti Dominus occupet. 1556: 31. §. 1.

Bona coronalia abalienari nequeunt, quare oppignorata remittantur, et persoluta summa reoccupentur. 1514: 1.
— Rex sine consensu consilii nemini inscribat, aut oppignoret, foenerator talis summam ipso facto amittat, et insuper in aestimatione inscriptae civitatis vel proventus convincatur. 1514: 2.
— enumerantur. 1514: 3.
— et fiscalia quibusvis oneribus subsint. 1638: 48.
— sextam proventuum purorum partem unius anni Regi pro subsidio belli cedant. 1807: 1.

Bona Ecclesiastica saeculares non usurpent. 1435: 21. 1498: 55.
— saeculares, et saecularia Ecclesiastici impetrare, emere, vendere, et oppignorare non possunt. 1498: 55. 65. 1647: 17. 1715: 16. §. 5.
— et saecularia Rex solis Hungaris conferat. 1504: 10.
— e manibus laicorum Rex revindicet. 1548: 8. 1550: 17. 1567: 31.
— desolatarum ecclesiarum et monasteriorum, pro subsidio Parochorum, scholarum, magistrorum, et studiosorum applicentur. 1548: 12. 1550: 19.
— Episcopi vel Praelati revindicent. 1550: 20.
— per Capitaneos violenter occupata restituantur. 1567: 32. 1625: 16. §. 3. 1647: 62. §. 3.
— et saecularia subsidium belli solvant. 1598: 4. 1599: 6. §. 8. 1600: 3. §. 6. 1603: 3. §. 3. 1604: 3. 1608: 14. p. cor.
— via juris revindicentur. 1715: 60.
— per Generalem Varasdinensem, Eszekiensem et Cameram possessa restituantur. 1715: 113. §. 2.

Bona executa nobilitaria pignus judiciale redolent, et aestimatione communi mediante per successores relui possunt. II: 56. 1792: 17. §. 4.
— antequam parti triumphanti tradantur, portio indivisorum successorum et uxoris exscinditur. II: 60.
— si pater, aut filii sententiam capitalem aut emendam capitis incurrerunt, consangvinei, aut vicini et filii bona redimere possunt. II: 64.
— occupata vel reoccupata per Comites, his insufficientibus per Palatinum aut Capitaneum, aut Banum Dominis suis via facti restituantur. 1608: 3. 11.
— reoccupantes 50 marcas, expensas, damnum et duplum poenae solvent. 1662: 29. 1681: 31. 1723: 33.

Bona executa reoccupata in pluribus Comitatibus restituit Protonotarius. 1715: 28. §. 7.
— si in prima licitatione vendi nequirent, in secunda licitatione etiam infra pretium aestimationale abalienentur. 1836: 15. §. 13. 1840: 22. §. 60.
— nobilitaria immobilia, licitatione mediante aquisita, prae manibus plus offerentis, titulo pignoris judiciarii manebunt. 1836: 15. §. 18.
Bona fiscalia omnia onera publica ferant. 1609: 62. §. 4. 1622: 34. 1638: 5. 48. 1723: 63. §. 7.
— licitatione amplius non vendantur. 1741: 19. §. 2.
— in minoribus corporibus conferantur. 1791: 36. §. 3. 1792: 13.
Bona immobilia in executionem sumta licitatione mediante vendantur. 1836: 15.
— si in prima licitatione vendi nequirent, in secunda licitatione etiam infra pretium aestimationale abalienabuntur. 1836: 15. §. 13. 1840: 22. §. 60.
— non nobilitaria licitatione judiciaria vendita, per anteriores possessores amplius relui nequeunt. 1836: 15. §. 16.
— nobilitaria, licitatione mediante aquisita prae manibus plus offerentis titulo pignoris judiciarii manebunt. 1836: 15. §. 18.
Bona Majoratus et Senioratus fideicommissum redolent. 1687: 9. 1723: 48. §. 4.
— ex aquisitis accedente Consensu Regio conflantur. 1687: 9.
— alienari vel impignorari nequeunt. 1687: 9. 1723: 48. §. 4.
Bona mariti reddat successoribus vidua ad alia vota transiens. I: 30. §. 7. I: 98. §. 2. I: 102. §. 1. 2. Secus per Vice-Comitem ejici potest. 1618: 61. §. 4. 1622: 67. 1647: 105.
— desolari sinens vidua dotalista, damna haeredibus ex dote reparabit. 1618: 61. §. 3. 1622: 67. 1647: 105. 1655: 25.
— a vidua dotalista emens foenerator, amittat pecuniam 1618: 61. §. 2. 1622: 67. 1647: 105. 1655: 25.
Bona materna vel **uxorea** nobilitaria possidens ignobilis si violentiam patret, ut nobilis evocatur, et in illis executio peragitur. 1659: 70. 1687: 18.
— vel materno avita ut dividantur, parentes per filios cogi possunt. 1659: 36.
— vel materno avita aut uxorea frater ob crimen laesae Majestatis per fratrem commissum non amittit. 1715: 9. §. 5. 1723: 9. §. 12.
Bona mobilia per officiales Camerae occupata processu violentiali revindicentur. 1681: 39.
— et immobilia pupillorum Vice-Comes cum Judice Nobilium, vel in minori substantia Judex Nobilium cum Jurassore inventet, utprimum constiterit, patrem pupillorum esse mortuum. 1715: 68. §. 2. 3. 1764: 26.
Bona neoaquistica legitimis proprietariis restituantur. 1723: 103. §. 2.
— judicat Tabula Regia. 1723: 19. 1741: 21.
Bona nobilitaria, quae via successionis planae ad haeredes derivantur, si fratres inter se convenire non possent, per Deputationem Comitatus via summaria dividentur. 1836: 14.
— si pluribus Comitatibus adjacent, conventione partium deligendus, illa non succedente per Regiam Majestatem delegandus Comitatus Deputationem exmittet, quae divisionem via summaria peraget. 1836: 14. §. 2.
— si in horum receptione quis impediretur, traditio illorum via summaria instituetur. 1836: 14. §. 11.
— licitatione judiciali aquisita, prae manibus plus offerentis titulo pignoris judiciarii manebunt. 1836: 15. §. 18.
— etiam ignobiles aquirere possunt. 1844: 4.
Bona pignoratitia usque sexcentos florenos judicat Comitatus, et succumbenti judicium novum competit extra dominium. 1625: 53. 1638: 29.
Bona pignoratitia usque sex mille judicat Comitatus. 1681: 33.
— proprietarii ab hypothecariis, cum defalcatione dimidii censuum integralium redimere possunt. 1715: 101. §. 8.
— pro fundationibus acceptare potest ordo crucigerorum cum stella rubra. 1723: 96. §. 2.
— per Judicium Cambiale in Executionem sumta pignus sapiunt. 1792: 17. §. 3. 1836: 15. §. 18.
Bona pupillaria Tutores et Curatores sub juramento revelare tenentur. 1655: 24.
— Tutores et Curatores impetrare et alienare non possunt. 1655: 24. §. 2.
— pupilli legitimam aetatem attingentes, via facti adire possunt. 1655: 24. §. 3.
— utprimum mors patris innotuerit, Vice-Comes cum Judice Nobilium, vel si minor substantia sit, Judex Nobilium cum Jurassore inventent. 1715: 68. §. 2. 1764: 26.
Bona saecularia Episcopus nec impetrare, neque emere, neque in pignus accipere potest. 1498: 55. 1647: 17. 1715: 16. §. 5.
— et ecclesiastica Rex absque limitatione conferre potest. 1504: 10.
— Camaldulenses, Trinitarii, Piaristae, in Regnum recepti jure solum pignoris tenere possunt. 1715: 102. §. 2. 1723: 96. §. 2.
Bona successionalia, si fratres relate ad divisionem inter se convenire non possent, per Deputationem Comitatus via summaria dividentur. 1836: 14.
— intuitu eorum, relate ad quae juris qualitas dubia est, nisi controversia amicis pactis sopiretur, partes ad viam juris relegandae erunt. 1836: 14. §. 7.
— si in horum receptione quis impediretur, traditio illorum via summaria instituetur. 1836: 14. §. 11.
Vide aquisita, avita, cameralia, civilia, coronalia, ecclesiastica executio, emtio, fiscalia, immobilia, majoratus, maritus, maternae mobilia, neoaquistica, nobilitaria, pignoratitia, pupillaria, saecularia, et *successionalia.*
Boráros Joannes ad Deputationem Commissariaticam. 1791. 67.
— ad Deputationem de Banderiis 1808: 4.
— pro Academia Ludovicea offert 2000 fl. 1808: 7. §. 18.
Borbély Stephani sessio pro templo Evangelicorum assignatur. 1647: 6.
Borcsiczky Adalbertus ad Commissionem limitaneam. 1812: 4.
— Josephus, Vice-Comes Comitatus Trencsiniensis ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
Borgatha laboret ad Pápam. 1647: 153.
Borhida laboret ad Mura-Szombath. 1649: 86. 1655: 116.
Borkovics Martinus Episcopus ad Commissionem limitaneam deputatur. 1681: 23.
Born Ignatius indigenatum consequitur. 1791: 72.
Bornemisza Antonius ad Commissionem limitaneam deputatur. 1751: 26.
— Gabriel ad conscriptionem portarum deputatur. 1827: 7.
— Georgii ad manus administretur subsidium 1600: 3. 5.
— Gregorius Episcopus Magno-Varadinensis ad revisionum appellationum. 1582: 4.
— Joannes ad Commissionem limitaneam. 1618: 12.
— Stephanus ad elaborationem systematis. 1715: 59.
Boronkay Emericus pro Academia Ludovicea mille florenos offert. 1808: 7. §. 18.
— Josephus ad Commissionem limitaneam deputatur. 1791: 67. 1802: 26. 1807: 31.
— Stephanus pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Boros-Jenő filialis tricesima ad Aradiensem capitalem. 1715: 91.
— praedicatum familiae Muslay. 1791: 67.
Borostyánkő ad Austriam oppignoratum redimatur, et regno reincorporetur. 1556: 41. 1608: 19. a. c. 1622: 2. 1638: 1.
— Hungariae jurisdictioni subsit. 1608: 7.
— subsidium solvat. 1608: 14. p. c.
— Ad solvendam contributionem stringatur. 1609: 62.
— Laboret ad Pölöske. 1630: 3. Ad Egerszeg. 1635. 92. Ad Tihan. 1638. 70.
— quoad ejus restitutionem Commissarii nominantur. 1635: 60. 1638: 38. 1647: 71.
— Reincorporatum Regni legibus subsit. 1649: 25.
— penes Regnum Hungariae conservetur. 1659: 1.
Borsmonostra Abbatiam Rex a Germanis revindicet. 1542: 47.
— Bona restituantur. 1567: 31.
— Metales differentiae per Commissarios revideantur. 1574: 29.
Borsodiensis Comitatus ultra Tibiscum in partibus superioribus constitutus. 1546: 32.
— pro eo judicia Posonii celebrentur. 1548: 19. 1567: 24.
— Agriam reparet. 1559: 23. 1567: 17. 1569: 19. 1578: 27. §. 6.
— Reparet Diosgyör. 1602: 14. §. 2. 1604: 8. §. 5. 1608: 15. §. 28. p. c. 1630: 3. 1635: 92. 1647: 153. 1649: 86. 1655: 116.
— Reparet castrum Onod. 1609: 61. §. 8. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. §. 3.
— ceditur Gabrieli Bethlen. 1622: 29.
— Laboribus suis concurrat ad Szendrő. 1635: 92. §. 5.
— Georgio Rákoczy ceditur. 1647: 20.
— In eo relinquuntur actu possessa templa pro libero exercitio Religionis. 1681: 26.
— Ejus cum Hevesiensi Comitatu controversiam jurisdictionalem ratione Agriae et Fel-Némethy Palatinus decidat. 1715: 40.
— adnumeratur Tabulae Districtuali Judiciariae Cis-Tibiscanae Eperjesiensi. 1723: 31.
— Eidem Comitatus Hevesiensis pro Agria, et praediis Szöllöske, Czegléd, Tihamér, Almagyar cambium praestet. 1807: 29. 1812: 5.
— pro Musaeo Nationali confert 8534 fl. 31 xr. 1827: 35.
— ad rationem Fundationis Buttlerianae in Academia Ludovicea duos juvenes praesentare potest. 1836: 40.
— Tribunali Cambiali Pestiensi accensetur. 1840: 15. II. §. 2. a.
Borsy Michael pro emendatione legum deputatur. 1715: 24.
Bory Francisci Judicis Nobilium processus laboret ad Drégely. 1622: 36.
— Michael, ad Commissionem limitaneam. 1662: 37.
— Nicolaus Protonotarius ad Deputationem conscriptionis. 1827: 7. ad Deputationem pro revisione operatorum systematicorum. 1827: 8.
Boves, equi, pecora, pecudes e Regno non educantur. 1495: 27. 28. 1498: 31. 1507: 10. 1514: 66.
— ad Provincincias Hungariae adnexas, et urbem Buccari solutis solvendis expelli possunt. 1635: 43. 1638. 54. 1655: 70. 1659: 101. 1681: 69. 1715: 117. 1741. 27. 55. 1764: 31.
— ad Imperium Romanum libere educi possunt. 1741: 27.
Bosnense seu Diákovárense Capitulum per totum Regnum habebat procedendi auctoritatem. II. 21.
— fidedignitatem suam jure postliminii recipit. 1807: 26.
Bosniae in Regno contra pullulantes Patarenos Ludovicus I. Rex validum exercitum instauravit, et profectus est. II: 14.
Bosnyák Paulus ad Deputationem Regni. 1791: 67.
— Petrus ad Commissionem limitaneam. 1659: 40.
Bosnyák Petrus ob Késmárk et Löcse Commissarius. 1659: 52.
— pro rectificando vectigali tricesimali. 1659: 61.
— Thomas ad revisionem fossati Jaurinensis et Comaromiensis. 1630: 32.
— Thomae filia Juditha et neptis Agnes Prényi quoad Veszele procedere possunt. 1659: 113.
Bossányi Balthasar generalis Perceptor subsidiorum. 1603: 3.
— Emericus ad Commissionem limitaneam. 1765: 16.
— Gabriel pro emendatione legum deputatur. 1715. 24. Ad Commissionem limitaneam. 1723: 17.
— Joannes ad Commissionem limitaneam. 1604. 15. Pro rectificando vectigali tricesimali. 1608: 12. p. c.
— Michael ad Commissionem limitaneam. 1625: 23. 1635: 56. Ad Commissionem Polonicam. 1630: 26.
Botfalva possessio condescendit ad locum desertum. 1622: 36.
— laboret ad Egerszeg. 1630: 3.
Bóth Andreas inter banderiatos specificatur. 1498: 22.
Bothfölde laboret ad Egerszeg. 1630: 3.
Botka Emericus ad Commissionem pro regulatione Danubii delegatur. 1840. 4. Ad Deputationem intuitu theatri hungarici Pestiensis. 1840: 44.
— Franciscus membrum Commissionis Jaurinensis et Comaromiensis. 1647: 45. 1655: 8. Pro tollendis teloniis siccis deputatur. 1647: 91.
— Ludovicus ad Commissionem limitaneam. 1827: 16.
— Melchior pro Academia Ludovicea mille florenos offert. 1827: 18.
Botrorum venditio e vineis, praestationi nonae aut decimae obnoxiis, citra indultum Dominii vetita est. 1836: 7. §. 3.
Bozilievo intuitu, Comitissae Barbarae Erdödy justitia administretur. 1723: 92.
Boznense vide Bosnense.
Bozokiensis Abbatiae bona restituantur. 1567: 31.
— Ejus controversiam dirimat Archi-Episcopus Strigoniensis. 1715: 74.
Bozok castrum muniatur. 1569: 19. 1681: 7. Ex pecunia gratuitorum laborum juvetur. 1578: 27.
Bozok-Lehotka intuitu, cambium inter Comitatus Honthensem et Zoliensem initum inarticulatur. 1812: 12.
Bozin de, et S. Georgio Comites, rebelles in Moravia debellent. 1518: 7. Toln.
— Comites ad Diaetam evocentur. 1638: 63.
— Franciscus Gróf inter banderiatos specificatur. 1498: 22. Ad coercendos in Moravia rebelles insurgat. 1518: 7. Toln.
— Joannes et Sigismundus instar Baronum banderia habentium exercituare tenentur. 1492: 21.
Vide Bazin.
Böd villae praetensivi hajdones ad statum colonicalem redigantur. 1635: 68.
— eadem jurisdictioni Comitatus subsit. 1638. 67. Dicetur. 1647: 30.
Bödi Michael ad Octavas deputatur. 1588: 30.
Böhull Mathias pro Academia Ludovicea offert 250 florenos. 1812: 2.
Böjthe Nicolaus Canonicus Jaurinensis ad judicia octavalia. 1625: 51.
— Vicarius Strigoniensis ad restaurationem arcium Commissarius. 1635: 60.
Bökös villae gratuiti labores deputantur ad Legrád. 1622: 36.
Bönninghausen Mauritius Balthasar C. indigenatum consequitur. 1681: 82. §. 7.
Börchy Joannis Judicis Nobilium processus laboret ad Tatam. 1622: 36.
Brabantiae Dux titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1546. 1548. 1550. 1646. 5. 1681. 1687. 1715. 1723. 1729. 1796. 1802. Exord.
Brachiales literae in Cancellaria majori redimuntur duodecim florenis. 1609: 73. §. 19.
Brachium regale in causis spiritualibus exequatur Capitaneus vel Vice-Comes. 1588: 45.

Brachium ordinatur, si violentus bonorum occupator bona restituere nolit, et potens sit. 1802: 22.
— imploratur contra illos, qui rectificationem metarum non admittunt. 1802: 23.
— decernit Universitas Comitatus, si Vice-Comes referat, quod ex pacifico usu ejectum in integrum restituere non potuerit. 1807: 13. §. 6.
— adhibetur, si procedura Tribunalis Cambialis, aut ejus decisorum executio via facti impediretur. 1840: 15. §. 143.
Bradach Emericus de universis Regni proventibus rationes det. 1538: 25.
— Laurentius Regis Aulicus gentes a bonis suis servet. 1500: 21.
Brajda Eugenius C. in indigenam recipitur: 1827: 42. §. 15.
Brandenburgensis Marchionis titulum gerebat Sigismundus Rex II: 14. 1403. 1404. 1405: I. II.
Brányugh Joannes Protonotarius pro emendatione legum deputatur. 1715: 24. Pro rectificatione metarum. 1715: 116. Ad Commissionem limitaneam. 1723: 17.
Bratikovecz tricesima filialis ad Klanovecz. 1715: 91.
Bratulich Simon Episcopus Zagrabiensis. 1608. Concl. Idem appellationibus intersit. 1609: 70.
Bregana tricesima filialis ad Szamabor. 1715: 91.
Breszoch aliter Éleskő ad castrum praetensio familiae Dersöffy complanetur. 1715: 85.
Bretfeld Emanuel Baro indigenatum adipiscitur. 1827: 44. §. 5. Ex Catastro indigenarum expungitur. 1830: 17.
Bretzenheim Alphonsus, et Ferdinandus Principes in indigenas Regni cooptantur. 1827: 43. §. 3.
— Caroli Augusti Principis oblatum pro Academia Ludovicea. 1827: 18.
— Ferdinandus Princeps pro restabiliendo commercio vini Tokajensis deputatur. 1827: 31.
Breuner Maximilianus Ludovicus C. fit indigena. 1715: 134.
— Sigefridus C. indigenatum adipiscitur. 1687: 28.
Brezno tricesima filialis ad Ungvar. 1715: 91.
Breznobánya ad oppidum deputantur gratuiti labores. 1578: 27.
— in civitatem liberam regiam cooptatur. 1655: 27. §. 19.
Brezova an dirui, aut reaedificari debeat, commissarii decidant. 1618: 12. §. 9.
Brezovay Josephus pro revisione collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
Brigantii Comes titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1805: Exord.
Brigido Michael Baro pro Academia Ludovicea offert 5000 florenos 1808: 7. §. 18.
— Idem offert 4000 fl. 1827: 18.
— Paulus Comes indigenatum consequitur. 1836: 47. §. 6.
Brisgoviae Landgravius titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1805: Exord.
Brixianus Sylvius fit indigena. 1681: 82.
Brixinae Princeps titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1805: Exord.
Brockhausen Joannes Vilhelmus fit indigena. 1723: 129.
Broczko tricesima filialis ad Sassiniensem capitalem. 1715: 91.
Brod Domini titulus Comitum de Villana Perlas. 1765: 47.
— cum Lipnik capitalis tricesima. 1715: 91.
Brodenses confiniarii cessent ab exactionibus et educillis. 1751: 37.
Brogyány Gabriel ad Commissionem limitaneam. 1827: 16.
Brosenbach Carolus in indigenam recipitur. 1840: 52. §. 8.
Bruck oppidum curiam in possessione Nyulas et praedium Neudorff emere potest. 1556: 44.
— oppidum inter et Comitatum Mosoniensem vertentium limitanearum quaestionum pro discussione Deputatio Regni ordinatur. 1740: 32.
Brudern Josephus Baro in indigenam cooptatur. 1791: 73. §. 4.
— pro Academia Ludovicea offert 5000 florenos. 1808: 7. §. 18.
Bruno arcis controversia metalis cum Dominio arcis Lednicze revideatur. 1655: 30.
Brunszvik Antonius C. ad Deputationem Ecclesiasticam. 1791: 67.
— Josephus C. ad Deputationem Juridicam et Literariam. 1791: 67.
— Pro Academia Ludovicea offert 5000 florenos. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
— Josephi C. vidua Academiam Ludoviceam locupletat. 1827: 35.
Bruntalsko Catharinae, Georgii Horváth de Palocha viduae controversia revideatur. 1618: 63.
Bubanovich Sylvester Episcopus Crisiensis pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
Bublovich Joannes Episcopus Scopiensis. 1715: 1723: Concl.
Bubna Carolus C. indigenatum absque voto in comitiis adipiscitur. 1840: 51. §. 3.
Bubnarecz tricesima filialis ad Carolostadiensem capitalem. 1715: 91.
Bubulcus arma et pyxides deferens, his amissis incarceretur. 1507: 60.
Buccari ad portum limites Regni in salvo permaneant. 1630: 23.
— ad portum explusio boum admittitur. 1635: 43. 1638: 54. 1655: 70. 1659: 101. 1715: 117. 1741: 55. 1765: 31.
— capitalis tricesima. 1715: 91.
— in portu liberum commercium admittitur. 1765: 31.
— civitas et portus in suis privilegiis conservetur. 1791: 61.
— civitati sessio et votum in Diaeta addicitur. 1807: 27.
— in Dominio decisa Tribunalis Cambialis Fluminensis per Commissarium Gubernialem exhibentur. 1840: 15. §. 206. 1844: 6. §. 24.
Buccaricensis portus in statu privilegiali conservetur 1791: 61.
Bucelleni Fridericus C. in indigenam Regni recipitur. 1687: 28.
Bucsány Sigismundo circa debitum satisfiat. 1655: 33.
Bucsu possessio executioni subjiciatur. 1638: 37. 1723: 77.
Buda civitatis super libertatibus per Gabrielem Zömlén confectae literae pro falsis declarantur. II: 14.
— hic servetur sigillum Regni. II: 14.
— Ecclesiae capitulum per totum Regnum habet procedendi auctoritatem. II: 21. 1498: 12.
— subest jurisdictioni Tavernicorum Regalium Magistri. III: 8.
— eadem ratione jurium possessionariorum coram Comitatu vel Praesentia Regia juri stare tenetur. III: 19.
— ponderis marca quid valeat? 1342: §. 2. 11.
— civitatis ad mensuram totius Regni mensurae conformentur. 1405: I: 1. 1405: II: 6. 1588: 16. 1655: 31.
— civitatis jus stapulae quoad regnicolas sublatum, quoad extraneos autem confirmatum. 1405: I: 11.
— hic celebrata fuerunt comitia. 1462: Exord. 1467: 1468: 4. 1478: Exord. 1481: 1486: Exord. et Concl. 1492: Exord. et Concl. 1495: Exord. et Concl. 1498: Concl: 1514: 1790: Exord. 1791: 67. 1792: Exord. et 2. 1807: Concl.
— extra hanc civitatem celebratio octavarum prorogetur. 1464: 5.
— Praelati, Barones, et Nobiles causa officii Budae commorantes a domibus suis nihil solvant. 1492: 105.
— civium excessus in Nobiles coram Comitatu vel Personali Praesentia judicentur. 1498: 38.
— cives a vineis et agris, in terris aliorum possessis, nonam solvant. 1498: 41.

Buda civitas ad notarietatem a teloniis libera et exemta dicitur. 1500: 41.
— Hic resideat Personalis Praetentiae Regiae Locumtenens. 1514: 55.
— Fidelis homo Tavernicorum Magistri cusoribus monetae semper assisstat. 1522: 19.
— sit locus campsorius, et nemo alter, quam Thesaurarius monetam permutare valeat. 1526: 34.
— civitas et arx per Imperatorem Turcarum occupata. 1542: Neoz. Praef.
— ex insula infra et supra Budam gratuiti labores deputantur ad Vácz. 1609: 61. 1613: 8.
— civitas et arx a Turcis liberata est. 1687: 2.
— Cameralis Administratio Budensis ad Cameram Hungaricam applicatur. 1715: 18.
— civitatis ulteriorem reflexionem habebit sua Majestas. 1715: 37.
— Hic est capitalis tricesima cum filialibus in Pest et Kecskeméth. 1715: 91. 1723: 13.
— Eam a Turcis recuperavit Carolus Lotharingiae Dux. 1741: 4.
— Dum Monetaria domus erigitur, ibi Tavernicus est defuncturus. 1741: 12.
— contra telonium ejus querimonia. 1741: 39.
— Telonii excessus tollantur. 1751: 28. 1765: 18.
— Hic comitia celebrentur. 1765: 2.
— In ea corona Regni conservetur. 1791: 6.
— Hic consideant Deputationes Diaetales. 1791: 67.
— Eo transeat Montana Deputatio, finito Schemnitzii labore. 1791: 67.
— Hic Archivum Palatini et Judicis Curiae in Domo Regnicolari asservetur. 1807: 15.
— civitas pro Academia Ludovicea offert. 8000 fl. 1812: 2.
— pro Musaeo Nationali eadem confert 4767 fl. 30 xr. 1827: 35.

Budam inter et Pestinum pontem stabilem societas actionaria exstruet. 1836: 26. §. 1.
— exstruendo in ponte stabili omnes et singuli, sine ullo discrimine, telonium solvere tenentur. 1836: 26. §. 2.
— in ponte stabili pendendas taxas et desumtionis tempus, permanens Deputatio Regnicolaris determinabit. 1836: 26. §. 3.
— erigendi pontis stabilis plana et sumtuum projecta permanens Deputatio indagabit, et cum societate actionaria conventionem inibit. 1836: 26. §. 5.
— exstructus pons stabilis post evolutionem temporis contractualis in proprietatem Nationis transibit. 1836: 26. §. 7.
— pontis stabilis pro conservatione perpetua deserviturum summam permanens Deputatio Regnicolaris defiget, summa illa conflata, et annis conventionis evolutis, cunctis et singulis indiscriminatim gratuitus transitus concedetur. 1836: 26. §. 9.
— pontis stabilis usus si ante evolutionem annorum stipulatorum interrumperetur, et eundem societas actionaria amplius haud restauraret, jus civitatum Budensis et Pestiensis reviviscet, eaedem pro trajectu praehabitum telonium desummere poterunt. 1836: 26. §. 10.
— pontis stabilis intuitu, ordinem politiae civitates Budensis et Pestiensis exercebunt. 1836: 26. §. 11.
— de ponte stabili stipulatus cum Barone Georgio Sina Contractus confirmatur. 1840: 39.

Budensis civitas pro erudita societate hungarica offert bis mille florenos. 1840: 42.

Buda vetus mensae Regis addicitur. 1518. 14. Bách. Ad muniendum Váczium concurret. 1613: 8.
— Vetero Budensis Praepositura reparet arces Simegh et Komárom. 1556. 7. Arcem Ujvár. 1559: 27. 1567: 17. §. 20. Eidem reformandae restituantur bona. 1567: 31.

Buday Mathias praecipuus praedo puniatur. 1601: 27.

Budetin ad arcem erecti versus Jablonka aggeres diruantur. 1630: 16. 1647: 69. 1649: 26.
— hujus arcis subditi ut in pristino usu relinquantur, Rex Ducissae Tessinensi demandet. 1638: 37.
— inter et Sztrecsen metales controversiae decidantur. 1659: 64. 1662: 37. 1681: 23. 1715: 112.

Budler Joannes Baro in indigenam recipitur. 1687: 28. §. 28.

Budor Casparus ad rectificationem tricesimae deputatur. 1655: 100.

Bujják praesidium conservetur. 1546: 44.
— muniatur. 1608: 15. p. c. 1647: 153. 1655: 116.
— milite provideatur. 1613: 17. 1618: 53. 1655: 3.
— Ad hanc arcem deputantur gratuiti labores ex Comitatibus Pest, Pilis, Solt, Heves, Szolnok etc., et Albensi. 1608: 15. p. c. Item possessionum circumjacentium. 1622: 36. 1635: 92.
— Adjacentia bona excipiuntur a gratuitis laboribus ad Szécsény. 1647: 153.
— Ibidem equites 50, pedites 150 teneantur. 1655: 3.
— Eidem munitiones subministrentur. 1662: 18.

Bujanovics Alexander pro erudita societate hungarica offert quadringentos florenos. 1840: 42.
— Carolus pro Academia Ludovicea offert 2000. fl. 1808: 7. §. 18.

Bukovszky Josephus vigiliarum Praefectus pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. 1827: 18.
— Osorio Martinus C. indigenatum adipiscitur. 1805: 7.

Bulgariae Rex titulus Regum Hungariae. 1351. 1405. I. II. 1435. 1464. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. 1514. 1540. 1715: 2. 1741. 1751. 1765. 1791. 1792: 2. 1796. 1802. 1805. 1830. 1836: Exord.

Bulgari regales libere migrare possunt. III: 25.

Bullae Aureae Andreae II. Regis articuli trigesimi primi clausula ex juramento Regis exmittitur. 1687: 1. 4. 1715: 2.

Burdina Rudolpus in indigenam regni recipitur. 1840: 52. §. 6.

Burgberg du Mont Beaufort Augustinus, Joannes et Ignatius in indigenas Regni cooptantur. 1836: 47. §. 2.

Burgoviae Comes titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1805: Exord.

Burgundiae Dux titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1546. 1547. 1548. 1550. 1553. 1557. 1563. 1567. 1569. 1572. 1574. 1575. 1578. 1582. 1583. 1588. 1593. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1608. 1609. 1613. 1618. 1622: 2. 1625. 1630. 1635. 1638. 1646. 1649. 1655. 1659. 1662. 1681. 1687. 1715. 1723. 1729. 1741. 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. Exord.

Busák laboret ad Szalavár. 1635: 92.

Busán Hermannus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37. Ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4. Ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
— Joannes Vice-Banus ad Commissionem limitaneam. 1765: 16.

Buszlay Moyses Janitorum Regalium Magister. 1504: 1514: Concl.

Butkay Stephanus pro abolendis teloniis siccis deputatus. 1635: 72.

Buttler Joannes Ludovicus C. in indigenam recipitur. 1715: 134. §. 6.
— pro Academia Ludovicea offert decem mille florenos. 1812: 2. 1836: 40.
— pro Academia Ludovicea obligat 126.666 fl. 40 xros. 1836: 40.

Butykovácz alias Neo-Vukovár Comitatui Bácsiensi ingremiatur. 1840: 36.

Butyri praestatio suffertur. 1836: 7. §. 4.

Buzin praedicatum familiae Keglevich. 1606: Lit. Hung. Bohemis datae. 1655: 30. 1659: 103.

1765: 4. Concl. 1791: 8. Concl. 1792: Concl. 1796: Concl. 1802: 5. et Concl.

Büd villa ad statum colonicalem reducatur, et onera Comitatus ferat. 1638: 67.

Bükes laboret ad Legrád. 1630: 3.

Bükk Sigismundus Vice-Comes Comitatus Borsodiensis membrum Deputationis de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6.

Bydeskuty Vincentius pro Academia Ludovicea offert 300 florenos. 1812: 2.

C.

Cacabis a crematoriis singulus colonus Domino duos florenos annue pendet. 1836: 6. §. 2.

Caducitates colonorum in semine deficientium, aut notam infidelitatis incurrentium, Dominum terrestrem concernunt. 1715: 62.

Caesareus Specianus Nuncius apostolicus Episcopus Cremonensis. Sub Rudolpho Tract. Trans.

Calabriae Dux titulus Regum Hungariae ex Aug. domo Austriaca. 1791: Exord. 1792: Exord. et art. 2. 1796: 1802.

Calcatores absque passualibus extra locum domicilii nemo conducere praesummat. 1840: 9. §. 37.

— qui assumtos in se labores perficere recusant, per Judicem Nobilium aut Capitaneum Civicum ad perficiendum laborem stringentur, et titulo causati damni in refundenda duplici mercede convincentur. 1840: 9. §. 37.

— per alium jam conductos ad se allicere vetitum est, id facere praesummens praeter simplicem expensarum et duplam damni resarcitionem in poena a 20 usque 100 fl. convincetur. 1840: 9. §. 38.

Calendarium novum adoptatur. 1588: 28.

— non recipientes Concionatores proventus suos ecclesiasticos amittant. 1599: 45. §. 1.

Calendarii veteris usus sub poena 1000 florenorum interdicitur. 1599: 45. §. 2.

Calendarium juxta Gregorianum legales juris termini computentur. 1840: 15. §. 209.

Calisius Baro Philippus in indigenam recipitur. 1715: 135. §. 18.

Columniam incurrit Actor in evocatione praetendens, ut per alium omnia documenta producantur, quin ipse vel unicum produxisset. II: 34. §. 5.

Calumnia est litis contra quempiam sub duplici titulo, vel diverso tramite, fraudulenta motio et suscitatio. II: 70.

Calumniae poena est perpetua rei quaesitae amissio, et 200 floreni in duabus tertiis Judici, in una tertia Incatto competentes. II: 70.

Calumniam nonnisi bonae fidei possessor allegare potest. II: 71.

— incurrit de damno per exercituantes illato, false conquerens. 1492: 22. §. 7.

— Qui literas relatorias inhibuit, et easdem infra terminum novi judicii extrahere neglexit. 1504: 11.

— Incurrit causam suam coram extero foro quaerens. 1622: 25. §. 2.

Calumniator aulae Regiae morte puniatur. S. Steph. II: 53.

— poenam talionis incurrit. 1486: 54. §. 2. 1492: 70. 1567: 9. 1574: 23. §. 4. 1604: 18. 1723: 63. §. 16.

— Diaetalium Ablegatorum in 200 florenis convincitur. 1723: 7. §. 9.

Camaldulenses in regnum recipiuntur, sed bona saecularia nonnisi pignoris titulo possidere possunt. 1715: 102.

Cambialium Judiciorum extraneorum sententiae penes compasssuales literas in regno executione effectuentur. 1792: 17.

Cambialis Codex introducitur. 1840: 15.

Cambiales literae sunt instrumentum, quo editor se deobligat, quod determinatam pecuniae summam, certo loco et tempore, vel ipse exsoluturus, vel per alium exsolvi procuraturus sit. 1840: 15. I. §. 1.

— propriae sunt, dum editor se deobligat, quod solutionem ipse effectuaturus sit. 1840: 15. I. §. 2.

— alienae sunt, dum editor solutionem medio alterius, a se jure distinctae, vel secus etiam non nomine suo agentis personae effectuandam spondet. 1840: 15. I. §. 2.

— in Literis si de alicujus in exteris provinciis consummati actus legalibus consequentiis coram Tribunalibus Cambialibus Hungaricis agitur, pars ad differentem exterae provinciae legalem provisionem provocans, hanc fidedigno exteri Tribunalis Cambialis certificato comprobare obligatur. 1840: 15. I. §. 4.

— literae, intuitu formae, contextu, et legalium consequentiarum juxta leges in illo loco vigentes dijudicabuntur, in quo actus obligativus intervenit. 1840: 15. I. §. 4.

— literarum actus obligativus si in exteris provinciis consummatus sit, in quibus leges cambiales non vigent, procedura Cambialium Tribunalium Hungaricorum tunc tantum obtinebit, si actus idem a dispositione legum cambialium hungaricorum essentialiter non discrepaverit. 1840: 15. I. §. 5.

— literae, per obligationis cambiariae in capaces editae, juxta leges communes dijudicabuntur. 1840: 15. I. §. 13. 19.

— literarum essentialia requisita. 1840: 15. I. §. 14.

— ut girabiles evadant, ad dispositionem remittentis (ordre) edi debent. 1840: 15. I. §. 14.

— Trassans etiam ita edere potest, ut Trassatus summam cambiariam illi ipsi, aut mandatario illius exsolvat. 1840: 15. I. §. 17.

— pro exsolutione, si plura loca designarentur, locus solutionis ille erit, qui prius nominatur. 1840: 15. I. §. 18.

— literae vel unico essentiali requisito destitutae sub ictum legum communium recidunt. 1840: 15. I. §. 19.

— pro consummatis habentur, dum illae remittenti traditae sunt. 1840: 15. I. §. 20.

— Si in pluribus exemplaribus edantur, cuivis exemplari inseratur, quod sint primae, secundae et sic porro. 1840: 15. I. §. 21.

— alienae semper qua primae edi debent. 1840: 15. I. §. 22.

— si unum exemplar illarum fine effectuandae acceptationis dimittatur, proprietarius earum exigere potest, ut dimittens alteri exemplari inserat, apud quemnam dimissum exemplar reperibile sit. 1840: 15. I. §. 23.

— aut his superinducta indorsata si copientur, clare designetur, quousque tale instrumentum copiatum sit. 1840: 15. I. §. 24.

— editor, girans, acceptans, vel fidejubens, nisi restrictionem aliquam diserte exponat, relate ad totam summam cambiariam obligatus manet. 1840: 15. I. §. 25.

— in literis si quis qua repraesentans, commissionarius aut testis considerari vult, idipsum in cambialibus diserte exponi debet. 1840: 15. I. §. 27.

— per girum, mandatum, aut cessionem transcribuntur. 1840: 15. I. §. 28.

— secus genuinae si falsificarentur, legalis effectus contra Indorsantes, qui indorsatum ante falsificationem effectuarunt, ad illum tantum obligationis cambiariae gradum extenditur, qui cambialibus ante falsificationem inerat. 1840: 15. I. §. 39.

— ad visum (a vista) editae praesentari non debent. 1840: 15. I. §. 52.

Cambiales summae ad manus judiciarias deponendae in locis, in quibus Tribunal Cambiale praeexistit, hinc in Civitatibus et oppidis Magistratui, alibi vero Vice-Comiti aut Judicibus Nobilium consignari debent. 1840: 15. II. §. 52.
— post visum ad determinatum tempus sonantes, in loco solutionis editae, intra octiduum, in aliis locis Hungariae et Provinciis austriacis intra duos menses, extra limites Imperii Austriaci intra sex menses praesentari debent. 1840: 15. I. §. 53.
— festis diebus nec Christianis, neque Judaeis praesentari, nec per hos acceptari debent. 1840: 15. I. §. 54.
— si Trassatus acceptavit, apud reliquos adressatos praesentari non debent. 1840: 15· I. §. 61.
— si plures Trassati vocula *et* conjungantur, cambiales scopo acceptationis cuivis illorum praesentari debent. 1840: 15. I. §. 62.
— si in earum praesentatione, aut interponenda protestatione remora intercessit, regressus quoad omnes ejusdem praecedentes evanescit. 1840: 15. I. §. 67.
— Propriae, post visum ad certum tempus sonantes, Trassanti intra illud a dato primi giri computandum tempus praesentari debent, quod relate ad cambiales alienas praefixum habetur. 1840: 15. I. §. 68.
— si terminus solutionis a praesentatione computandus est, etiam dies acceptationis exponi debet. 1840: 15. I. §. 71.
— si non in domicilio acceptantis, sed in tertio loco exsolvendae veniunt, in acceptatione etiam domicilium et nomen solventis exponatur. 1840: 15. I. §. 73.
— si plures ad honorem acceptare vellent, praeferentiam ille habebit, qui ad vires summae cambiariae securitatem exhibere paratus est, in defectu hujus conditionis praeferentia adressato competit, ex intermediatoribus autem Praesentans libere eligere potest. 1840: 15. I. §. 76.
— si quispiam jure ad id destitutus acceptet, proprietario illarum quidem cambiarie obligatus manet, relate ad Trassantem interim pro agente, mandato carente, considerabitur. 1840: 15. I. §. 88.
— ad visum et placitum editae occasione praesentationis illico exsolvi debent. 1840: 15. I. §. 90.
— si post visum ad determinatum tempus editae sunt, terminus solutionis a prima post acceptationem die computatur. 1840: 15. I. §. 91.
— si a dato ad determinatum tempus editae sunt, solutionis terminus a prima post editionem die computatur. 1840: 15. I. §. 92.
— terminus solutionis, si ad medium mensem praestituitur, pro ultimo die 15. dies mensis habetur. 1840: 15. I. §. 93.
— Terminus solutionis si ad plures menses extendatur, Solutio postremi mensis ultima die praestari debet. 1840: 15. I. §. 94.
— ad plures annos emanatae, postremo anno, emanationis die exsolvi debebunt. 1840: 15. I. §. 95.
— Ad usum emanatae, 14. die post visum exsolvi debent. 1840: 15. I. §. 96.
— die illa, qua terminus solutionis exspirat, exsolvi debebunt. 1840: 15. I. §. 98.
— Si quaepiam in parte tantum vel plane non acceptentur, terminus solutionis illarum, in quantum acceptatae non sunt, relate ad praecedentes statim, ac protestatio interponitur, exspirat. 1840: 15. I. §. 99.
— Fine exsolutionis in praestituto solutionis loco praesentari, et solutor accedi debet. 1840: 15. I. §. 100.
— Scopo solutionis acceptanti praeferenter exhiberi debent, si hic solutionem denegaret, praesentans cambiales cunctis reliquis adressatis, cuivis separatim intra 24 horas fine solutionis praesentabit, et solutione denegata contra singulum protestationem interponet. 1840: 15. I. §. 101.
Cambialium solutor si mortuus est, vel in concursum incidit, cambiales fine exsolutionis illi praesentabuntur, qui facultatum debitoris curam gerit. 1840: 15. I. §. 102.
— Ad visum editae pro exsolutione quo prius praesentari debent. 1840: 15. I. §. 103.
— Ad placitum editae, pro solutione quandocunque exhiberi possunt. 1840: 15. I. §. 103.
— Pro exsolutione, die pro solutione praestituta praesentari debent. 1840: 15. I. §. 104.
— Si exsolutio integre vel in parte denegetur, protestatio interponi debet. 1840: 15. I. §. 105.
— Si Trassatus generaliter acceptavit, sed solutionem nonnisi honorandi Trassantis causa offert, ulterior praesentatio locum non habet. 1840: 15. I. §. 106.
— Si in praesentatione scopo solutionis facta, aut in protestatione eatenus interposita remora intercessit, regressus evanescit. 1840: 15. I. §. 107.
— exsolutio, die solutionis ordinarie usque horam 12. meridianam effectuari debet. 1840: 15. I. §. 109.
— Summa in moneta, in cambialibus designata exsolvi debet, secus moneta conventionalis intelligitur. 1840: 15. I. §. 112.
— Exsolutionem si nec Trassatus, neque adressati effectuare vellent, quivis, licet in cambialibus non nominatus, ipse etiam praesentans penes protestationem exsolvere potest. 1840: 15. I. §. 113.
— Partialem solutionem praesentans acceptare non obligatur. 1840: 15. I. §. 116.
— Ob tardiorem exsolutionem, sex procentualia interusuria, et expensarum bonificatio praestari debent. 1840: 15. I. §. 117. 118.
— Super levata summa, si solutor voluerit, proprietarius quietantiam exarare tenetur. 1840: 15. I. §. 119.
— si plenarie exsolvantur, solutori in origine cum omnibus superinductis indorsatis et documentis protestatoriis consignari debent. 1840: 15. I. §. 120.
— si non plenarie exsolvantur, super summa exsoluta paribus cambialium quietantia superinducetur, haecque solutori extradabitur, et subsecutam solutionem in originalibus cambialibus proprietarius propria nominis subscriptione praenotabit. 1840: 15. I. §. 122.
— si plenarie exsolverentur, et solutori cambialia documenta non consignarentur, aut si partialis solutio in cambialibus non praenotaretur, solutiones tales intuitu tertii legitimi et bonae fidei cambialium possessoris pro non factis considerabuntur. 1840: 15. I. §. 123.
— proprietarium, a legali easdem pro solutione praesentandi obligatione, praestita cautio non liberat. 1840: 15. I. §. 152.
— In praesentatione scopo solutitionis facta si remora intervenit, ab onere solutionis tam Honorans, quam Praesentantis Praecedentes absolvuntur. 1840: 15. I. §. 153.
— Creditor Trassantem, girantes, et acceptantes omnes, vel illorum plures, una eademque Actione impetere, vel vero quemvis singillative convenire potest. 1840: 15. I. §. 155.
— Praesentans tantum illius cursus bonificationem praetendere potest, qui in loco solutionis obtinet. 1840: 15. I. §. 167.
— Summa si ad manus judiciarias deponatur, Judicium id in cambialibus praenotabit, Deponenti desuper certificatum officiosum extradabit, Praesentanti vero Cambiales restituet. 1840: 15 I. §. 172.

Cambialium Propriarum intuitu, si dubium aliquod oriatur, Trassans a solutione inhibendus est. 1840: 15. I. §. 180.
— exsolutionem inhibens intra 14 dies Actionem suam ad legitimationem inhibitionis contra Praesentantem coram Tribunali Cambiali promovere obligatur, casum in contrarium effectus inhibitionis cessabit, et pecuniae praesentanti, quietatae cambiales autem Deponenti tradentur. 1840: 15. §. 184.
— acceptatas Acceptans exsolvere tenetur, etiamsi illae plene falsae essent. 1840: 15. I. §. 185. 1844: 6. §. 6.
— Secus genuinae, si falsificatae sunt, acceptantem tantum ille earundem contextus obligat, quem occasione acceptationis praesetulerunt. 1840: 15. I. §. 186.
— Si exsolutio per Judicium aliquod inhiberetur, aut si cambiales per Judicium erga reversales recipiuntur, proprietarius has praesentare, et protestationem interponere, acceptans vero pecunias ad manus judiciarias deponere obligatur. 1840: 15. I. §. 187. 188.
— Si per Judicium erga reversales recipiuntur, regressus solutionalis locum non habet. 1840: 15. I. §. 189.
— Deperditae medio Tribunalis Cambialis amortisabuntur. 1840: 15. I. §. 190.
— deperditae, si jam fuerunt acceptatae, et acceptatio adminiculo aliarum probarum doceri potest, acceptans summam cambiariam ad manus judiciarias deponet, et ille qui cambiales perdidit, ad summum intra octo dies ad amortisationem procedere obligatur, secus pecuniae Deponenti restituentur. 1840: 15. I. §. 191.
— Si proprietarius cambialium ad bona quaepiam mobilia jus pignoris aquisivit, hocce illius jus irrestrictum persistit tunc etiam, si pignorans intermedio tempore in concursum incidit. 1840: 15. I. §. 193.
— Etiamsi medio Indorsati instar pignoris in creditorem transvestiti, et per pignoratarium in alios transferri possunt, in hoc tamen casu summa, in cujus securitatem cambiales impignoratae sunt, in Indorsato exprimenda est. 1840: 15. I. §. 195.
— Tribunalia primae instantiae eriguntur: Pestini, Posonii, Sopronii, Carolostadii, Aradini, Debreczini, et Eperjesini. 1840: 15. II. §. 1.
— Causae omnes via appellatae ad Forum appellatorium Pestiense promovebuntur. 1840: 15. II. §. 3.
— Tribunalia sub distincto sigillo inter se, et cum caeteris Jurisdictionibus immediate correspondent. 1840: 15. II. §. 4.
— Tribunal primae instantiae constat Praeside jurisperito, duobus judicibus jurisperitis, et duobus mercatoribus, ad integritatem iudicii tria commembra requiruntur, inter quae jurisperiti majori numero esse debent. 1840: 15. II. §. 5.
— cuivis Tribunali Actuarius, Protocollista, Expeditor et Notarii addentur. 1840: 15. II. § 7.
— Pro Tribunali mercatores illius civitatis, in qua illud existit, e gremio suo duos mercatores eligent, qui omni triennio novae electioni subsunt. 1840: 15. II. §. 11.
— Horum Tribunalium membra, praeter assessores mercantiles, qui salario destituuntur, ex Aerario Regio solventur, quod Taxas juxta praestabilitum schema incassabit. 1840: 15. II. §. 14.
— quodvis Tribunal hebdomadatim ad minimum bis, diebus quippe Lunae et Jovis, et si dies hi in festum inciderent, insequentibus proximis feriatis diebus considebit, in urgentioribus casibus Praeses etiam extraordinariam sessionem servare obligatur. 1840: 15. II: 1. §. 15.
— Tribunalium membra ad strictum secretum, et promptam muneris sui executionem obligantur. 1840: 15. II. §. 16.

Cambialia Tribunalia Protocollum gestionis servabunt, cui inversa coram illis decurrentia objecta breviter, de sessione in sessionem, ordine chronologico et serie numerica inserentur. 1840: 15. II. §. 17.
Cambiales si ad bona immobilia intabulentur, ex his promanans praetensio illius Tribunalis Cambialis judicio subest, in cujus recinctu bona immobilia constituuntur. 1840: 15. II. §. 22.
— Tribunal, cui libellus actionalis cambialis praesentatus fuit, etiam reactionem dirimet. 1840: 13. II: 2. §. 23.
— Tribunalia causas in codice cambiali haud commemoratas judicare vetantur. 1840: 15. II. §. 25.
— in Causis summaria procedura locum habet. 1.) Si actor res mobiles Incatti pignoris titulo jam possideat, 2.) Si actor jus suum jam in ipso actionali libello plene comprobet. 1840: 15. II. §. 61.
— summaria procedura in eo consistit, quod Judicium querulato sub comminatione secus secuturae executionis Deciso mediante injungat, ut summam cambiariam una cum interusuriis et aliis expensis aut securam praestet, aut exsolvat. 1840: 15. II. §. 62.
— Actionalis Libellus in tot exemplaribus exhibendus est, ut singulo Incatto unum exemplar obtingat, et unum pro parte actoris remaneat. 1840: 15. II. §. 63.
— In Determinatione via summariae procedurae lata etiam declarabitur, quod documenta Actionalis Libelli in origine penes Tribunal Cambiale retinenda, in copia vero querulato exhibenda sint. 1840: 15. II. §. 67.
— Tribunalis Determinatio querulatis in loco judicii habitantibus, per Juratum Tribunalis Apparitorem ad proprias manus consignabitur, qui desuper libello actionali, Actori restitu-endo, cum designatione anni, mensis et diei certificatum subscriptione sua munitum superinducet. 1840: 15. II. §. 68.
— super quavis causa solenne Protocollum separatum adornatur, et huic tota procedura inseretur, et Acta processualia adnectentur. 1840: 15. II. §. 77.
— in Causis formalibus procedura semper est verbalis; quapropter Tribunal Cambiale partibus, aut eorum advocatis ad personaliter comparendum terminum praefiget. 1840: 15. II. §. 79.
— Tribunal, si Partes in causa cambiali formali citatae ad praestitutum terminum compareant, eo adlaborabit, ut illae ad transactionem condescendant, et nonnisi transactione non succedente, ad formalem causae pertractationem procedet. 1840: 15. II. §. 83. 85.
— Causae formales duobus Actoris et Incatti sermonibus absolvuntur. 1840: 15. II. §. 90.
— Tribunal si in causis inter mercatores et fabricantes vertentibus comperiret, quod meritum contentiosum ob ampliorem compagem suam, citra manifestam aliarum causarum remoram via verbalis processus definiri nequeat, partes deciso mediante inviabit, ut quaelibet illarum singulum arbitrum nominet, et taliter nominati arbitri vero praesidem sibi eligent. 1840: 15. II. §. 92.
— In Causa, si ex incidenti inpraevisorum adjunctorum testibus utendum foret, qui confestim statui nequirent, dilatio et respirium peti potest. 1840: 15. II. §. 100.
— Tribunalia Deciso mediante deliberant: 1.) in processibus summariis, 2.) si pars in causam attracta in termino praefixo comparere intermittat, 3.) si Incattus quidem compareat, sed Actoris asserta diserte aut tacite recognoscat, et exceptiones nullas, vel saltem legali robore destitutas faciat. 1840: 15. II. §. 118.

Cambiale Tribunal in Decisis suis supplicantem nominare, aut petita illius commemorare non debet. 1840: 15. II. §. 122.
— In Causa succumbens pars in expensis processualibus, sub decursu causae liquidatis, semper convincetur. 1840: 15. II. §. 128.
— Tribunalis Deliberatione non contenta pars remedium coram Foro Appellatorio Cambiali quaeret. 1840: 15. II. §. 132.
— Contra Decisum querulans recursum suum ad summum intra 24 horas a publicatione, aut interventa illius cum partibus communicatione eidem, quod illud condidit, Tribunali Cambiali exhibebit, quod recursum cum suis reflexionibus et concernentibus Actis Foro Appellatorio Cambiali transmittet. 1840: 15. II. §. 133.
— Decisa et Conclusa, Citationem aut Convictionem in se haud complectentia, etiam certiorandi familiae, aut ejus Procuratori admanuari possunt. 1840: 15. II. §. 216.
— coram Tribunali, qui causam personaliter, aut medio plenipotentiarii agere non vult, Procuratorem constituere potest. 1840: 15. II. §. 217.
— pro Tribunalibus defixarum Taxarum judiciariarum Schema. 1840: 15. II. §. 1. 2.
— per Tribunal exmissa persona judiciaria si plus quam medium diem exigat in functione officiosa, pro singulo die Tribunali solventur duo floreni. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 25.
— Tribunal si ad peragendos actus officiosos requireretur, hos illico effectuabit, requirenti autem Judicio una etiam Taxas specificabit, ut eaedem a respectiva parte confestim incassentur, et defungenti Tribunali Cambiali transmittantur. 1840: 15. II. 16. §. 6.
— In negotiis fungenti Magistratuali Comitatensi, Civico, aut oppidano, concernentes partes consveta diurna solvere obligantur. 1840: 15. II. 16. §. 17.
— literae per cridatarium editae aut acceptatae, in causa concursuali ad tertiam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 83. ad e)
— edere potest, qui vigesimum aetatis annum attigit. 1844: 6. §. 1.
— superinducta scriptura hebraica nulla vi pollet. 1844: 6. §. 2.
— in literis obtentus valor disignari non debet. 1844: 6. §. 3.
— etiamsi falsae forent, acceptans exsolvere debet. 1844: 6. §. 6.
— solutionis terminus si a praesentatione computari debeat, et praesentatio necdum intervenit, aut solutionis terminus non constat, spatium 45 dierum post interventam amortisationem defigitur. 1844: 6. §. 7.
— coram Tribunali non comparens Actor in refusione damni et expensarum convincetur. 1844: 6. §. 12.
— intabulatae vi cambiaria destituuntur, et ut simplices obligatoriales considerantur. 1844: 6. §. 22.
— leges hungaricae ad totum litorale hungaricum extenduntur. 1844: 6. §. 27.
Cambialium falsificator vel ut fur punietur. 1844: 6. §. 28.
Cambiaria capacitas coram Tribunalibus Cambiali bus Hungaricis relate ad subditos Hungaros semper juxta leges patrias dijudicabitur, et quidem tunc etiam, si cambiales literas iidem in exteris provinciis ederent. 1840: 15. I. §. 3.
— obligatio, si sponsioni intra regnum factae, et acceptationi extra regnum secutae innitatur, aut vicissim, eadem juxta leges illius regni dijudicabitur, in quo consensus obligationi plenum vigorem tribuens manifestatus est. 1840: 15. I. §. 6.
Cambiariis obligationibus se subjicere nequeunt Ecclesiastici, Religiosi, et Milites in actuali servitio constituti. 1840: 15. I. §. 11.
— summa, si solutori non omnia documenta resignantur, ad manus judiciarias deponetur. 1840: 15. I. §. 121.
— contra debitum compensatio mutuarum praetensionum jure cambiali locum non habet. 1840: 15. I. §. 124.
— Jus pignoris habet Creditor ad substantiam pro cautione depositam, vel judicialiter sequestratam. 1840: 15. I. §. 148.
— Jus ex iisdem rationibus exstinguitur, quarum motivo alia jura civilia cessant. 1840: 15. I. §. 201.
— Juri intra duos annos praescribitur. 1840: 15. I. §. 203.
— interessatorum individuorum ubicatio, aut personales correlationes in praescriptionem cambiariam non influunt. 1840: 15. I. §. 207.
— Debitor si extra locum domicilii, temporanee in loco alicujus Tribunalis Cambialis moretur, Actori liberum manet, talem aut coram illo Tribunali Cambiali, in cujus ambitu domicilium habet, aut coram illo, in cujus recinctu moratur, convenire. 1840: 15. II. §. 19.
— Creditor pignore mobili securitatem nactus Judicio Concursuali non est obnoxius. 1840: 15. II. §. 24.
— summa controversa, partibus interessatis consentientibus, etiam apud personam privatam deponi potest. 1840: 15. II. §. 53.
— Summam quampiam controversam si quis ad manus judiciarias deponere cupiat, idipsum concernenti Jurisdictioni scripto insinuare, et causam depositionis clare exponere, et scriptam hanc insinuationem in tribus exemplaribus praesentare debet. 1840: 15. II. §. 54.
— Summa si ob falsum vel falsificatum girum, hiatum praeseferentem, ad manus judiciarias deponitur, etiam cambiales controversae coram eadem jurisdictione exhiberi debent, et si Praesentans cambiales intra tres dies non deposuerit, summa deposita Deponenti penes testimoniales restituetur. 1840: 15. II. §. 55.
— Summa ad manus judiciarias deposita, si Praesentans ad comparendum et exhibendas cambiales provocatus compareret, jurisdictio certificatum adornabit, et hoc insinuationis super depositione factae exemplaribus superinducet, quorum unum retinebit, alia vero duo Deponenti et Praesentanti restituet. 1840: 15. II. §. 57.
— Creditor, obtento super consignatione determinationis certificato, et 24 horis, quin cautio aut solutio praestita fuisset, evolutis, pro sequestro judiciario mobilibus debitoris facultatibus imponendo et ordinanda executione ad Tribunal Cambiale recurrere poterit. 1840: 15. II. §. 69.
— Debitor si contra summariam decisionem exceptiones formare posset, has spatio 24 horarum in duplici exemplari exhibebit, de quibus si Creditor audiendus foret, huic brevis ad summum tridui terminus concedetur, et causa ad ordinariam juris viam relegabitur. 1840: 15. II. §. 70. 71.
— Creditor, si in sequelam summariae decisionis nec cautionem nec solutionem consequeretur, pignus mobile vendere potest, ast pecuniae usque exitum litis judicialiter, nisi cambiales aut status obligatoriales pignus constituerent, illae venduntur, et Creditor tantum summam ultra praetensionem suam resultantem coram Tribunali Cambiali deponere obligatur. 1840: 15. II. §. 72. 73.
— Debitoris summariae convicti mobilis substantia sequestro judiciario affecta, ante decisionem causae, ex exceptionibus enatae distrahi nequit. 1840: 15. II. §. 74.

Cambiarii Notarii protocollo authentico provideantur, quod serie chronologica ductum omni trimestri Tribunali Cambiali exhiberi debet. 1844: 6. §. 4.
— pignus redolent res, via executionis conscriptae, et sequestro subjectae, quae si damno afficiantur aut sufferantur, poenam furti post se trahunt. 1844: 6. §. 17.
— pignoris intuitu mota quaestio ad Supremum usque Forum Appellatorium cum prorogatione executionis deduci potest. 1844: 6. §. 20.
— praetensionis in securitatem suscepta conscriptio, si per concursum creditorum interrumpatur, relate ad res jam conscriptas interposita cautio valet. 1844: 6. §. 21.

Cambium in bonis ob vicinitatem, commoditatem, pacem, quietam et majorem utilitatem instituitur. I: 70.
— Non attenta filiorum aut fratrum contradictione iniri potest. I: 70. §. 3.
— bonorum juribus successorum praejudicare nequit. I: 70. §. 4.
— In praejudicium successorum fraudulenter factum, brevi termino octavali. mediante aestimatione communi rescinditur. I: 71.
— Retractari non potest, si filius vel frater ante reclamationem fructus percepit. I: 72.
— comitatur Evictio, ut si cambians bona aliena in cambium dedisset, talia vel reddere vel paria procurare obligetur. I: 74.
— et subdivisio sessionalium constitutivorum absque consensu Domini terrestris interventa rescindi potest. 1836: 5. §. 4.
— et subdivisio sessionalium constitutivorum cum consensu Dominii ad medias et quartas, non tamen infra, institui potest. 1836: 5. §. 4.
— Temporaneum tenutorum colonicalium nonnisi cum consensu Domini terrestris admittitur. 1836: 5. §. 5.

Camerae res et bona, in terris et aquis, a tributis eximuntur. 1342. §. 48.

Camera proventus regios administrat. 1518: 39. Bách. 1588: 4.
— Montanae officiales, etiamsi extranei fuerint, fodinarum et minerarum culturam promovere possunt, ast ratione violentiarum et damnorum aliis illatorum ordinario regni judicatui subsint. 1552: 31.
— Bona aliorum citra viam juris non occupet. 1597: 27. 1598: 39.
— Hungarica cum Aulica citra dependentiam correspondeat. 1622: 18. 1647: 146. 1655: 11. 1681: 13. 1715: 18. 1723: 16. 1741: 14.
— Hungaricae proventus ad Cameram Posoniensem, et non ad Austriacam administrentur. 1622: 24.
— Hungaricae judicatus de bonis aquirendis et redimendis tollitur. 1622: 25. 1659: 46. 76. 1681: 37. 1681: 37.
— officialium abusus tollantur. 1625: 42. 1647: 83.
— Scepusiensis Nobiles vineas in promontorio Szatmáriensi possidentes, in eorum libertate non turbet. 1635: 76.
— Hungarica 50.000 florenos pro repurgatione fossati Érsek-Ujváriensis exsolvat. 1659: 5.
— Civitati Crisiensi et Varasdinensi exiguas illas summulas, pro applicatis aliquibus fundis civilibus, in usum confiniorum, ad rationem taxarum acceptet. 1659: 93.
— Neozoliensis ne sylvas ad arcem Zolyom pertinentes succidat, Rex provideat. 1659: 121.
— Judicatus quoad merces prohibitas, et contrabandas in suo usu relinquitur. 1715: 15.
— Instructio legibus regni accommodetur. 1715: 18. 1723: 16.
— Hungaricae administrationes ab ea dependeant, et superflui officiales tollantur. 1715: 18.

Camerae Palatinus Collationes suas via Cancellariae Hungaricae communicet. 1715: 33. 1741: 20.
— Praeses in coronae custodem eligi potest. 1715: 38.
— Consiliariorum, Directoris Causarum Regalium, aut Vice-Directoris in officiosa functione procedentium verberatores, arestatores, aut interemtores debita poena plectantur. 1715: 55.
— Graecensis circa Bona Zrinyiano-Frangepaniana, initae Transactioni satisfaciat, et neglecta exsolvat. 1715: 116. 1741: 52.
— Arendatores legibus regni subsint. 1723. 16.
— Bona tangentibus in processibus tam active, quam passive contra Causarum Regalium Directorem aut Vice-Directorem procedatur. 1723: 51.
— Officiales, in casibus violentiarum personalibus, et rebus eosdem privato jure concernentibus legibus patriis subesse debent. 1723: 83.
— activitas conservetur, eadem Repraesentationes suas immediate ad suam Majestatem inscribat, et abinde Rescripta accipiat. 1741: 14.
— Res Salis et Montanistica subordinatur. 1741: 14.
— in negotia juridica civitatum montanarum se non immittat. 1741: 37.
— se ad juridica civitatum non immisceat, et juris ordinem nullatenus turbet. 1741: 37.
— Ad Fundationem Pázmánianam pro convictu nobilium 2000 florenos solvat. 1741: 43.
— Ex Archivo literae regnicolas concernentes exquirantur, et quae jura Fisci Regii non respiciunt, extradentur. 1765: 12.
— Hungaricae Camera Montana subordinetur. 1791: 22. 1792: 8. §. 2.
— a, proventus postales nunquam abstrahere licet. 1791: 22.
— montanae oeconomicam rei regulationem sua Majestas sibi reservat. 1791: 22.
— quoad Pestinum translationem, sua Majestas, dum sibi propositio facta fuerit, quomodo Civitati Budensi subveniri possit, suam edet Resolutionem. 1791: 39.
— ut res montanistica ocius subjici valeat, praevia eorum, quae ad implementum 22. 1791. requiruntur, per concernentia Dicasteria Repraesentatione, sua Majestas procurabit. 1792: 8.
— cum fine cujuslibet anni, ex aucto undecim cruciferis salis pretio perceptam pecuniam Consilio Locumtenentiali Regio remonstret. 1792: 14.
— A vacantibus Beneficiis Ecclesiasticis, pro ratione aliorum Dominorum, ad insurrectionem equites statuere debet. 1805: 1. 1808: 2.
— salis maritimi administratio subordinatur. 1830: 10.
— Hungaricae subordinatur administratio salis maritimi in littorali hungarico. 1830: 10.
— cum Regni Jurisdictionibus lingva patria correspondeat. 1840: 6. §. 5.

Cameralis Distictus Fluminensis causas concursuales Tribunal Cambiale Fluminense decidet. 1844: 7. §. 1.

Camerarii fodinas auri et argenti per se et pro se nullo pacto colere, aut societatem in fodinis aliorum habere possunt, praeter illas quas soli ipsi de novo, propriisque impensis colere incoeperunt. 1519: 7.
— in praejudicium civitatum montanarum macella servare, vinum vel cerevisiam educillare non possunt, propriis tamen famulis domesticis de proprio cellario vinum et cerevisiam dare, et alia victualia subministrare possunt. 1519: 8.

Campanae Protestantibus admittuntur. 1647: 5. §. 5. 1790: 26. §. 1.
— pro iisdem taxis Evangelici cum Catholicis usuent. 1647: 10. §. 1. 1790: 26. §. 1.
— usum Evangelicis impediens in 600 florenis convincatur, et executioni se opponens ecclestiasticus beneficium, saecularis bona amittat. 1647: 14. 1791: 26. §. 1.
— Catholicis Cassoviae admittuntur. 1649: 12. §. 3.

Campanarum usus Catholicis relinquitur in locis, inquibus Protestantes templa tenent. 1681: 26. §. 19. 1715: 30.

Campestris politia relate ad patratas in agris, pratis, vineis, sylvis, pascuis, arundinetis, apiariis, viis publicis et diverticularibus, semitis ferreis, pontibus, lythantracum fodinis, locis turfa impregnatis, et omnis generis implantationibus, damnificationes, introducitur. 1840: 9.

— politiae superinspectio et judicatus in Comitatibus processualibus Judicibus Nobilium, in Liberis Regiis Civitatibus, et oppidis privilegiatis Capitaneis Civicis ex officio incumbit. 1840: 9. §. 3.

— judicatus in pagis et oppidis non privilegiatis, si valor causati damni 12 florenos C. M. non excedat, per primores loci exercebitur. 1840: 9. §. 6.

— judicatum in nobilitaribus communitatibus, vel compossessoratibus, praeexistens coordinatus localis Magistratus, vel Ductor cum adjunctis juratis loci, si valor damni 24 florenos C. M. non excedat, exercebit. 1840: 9. §. 6.

— Judices super suis functionibus accuratum Protocollum ducere, hocque omni trimestri Comitatui vel Civico Magistratui praesentare obligantur. 1840: 9. §. 7.

— vel sylvanalis custodis etsi solitaria, sed determinata, clara, et in dubium vocari nequiens, sub juramento elicita fassio, ad probandum damnum tanta vi pollet, ut incusatus ab hac eum gravante querela semet purgare teneatur, secus non tantum in damni et expensarum refusione, sed etiam in poena pro damnificatione statuta convincetur. 1840: 9. §. 21.

— Custodis communis ad mercedem quilibet compossessor pro ratione possessorii concurrere tenetur, quae merces etiam via verbalis processus ab iisdem desummi poterit. 1840: 9. §. 29.

— custodem verberans, non solum in expensis curae, sed etiam in refusione damnorum, et titulo perpessorum dolorum in birsagio a 24 usque 100 florenos convincetur. 1840: 9. §. 31.

— custos, pastor vel servus, qui domino suo, aut ejus officiali, aut primori loci causatum damnum intra triduum non insinuat, praeter damni et expensarum refusionem, etiam in commensurata poena convincetur. 1840: 9. §. 32.

— viae, per adjacentis possessionis colonos, et illius territorii possessores semper in meabili statu conserventur, si id facere negligerent, Judex Nobilium malam viam vel pontem ad expensas a refractariis via summarii processus desummendas reparari faciet. 1840: 9. §. 36.

— per custodem deponendi juramenti formula. 1840: 9. §. 44.

Campmiller Zacharias et Andreas in indigenas regni cooptantur. 1715: 36.

Canabe ex, detur decima. S. Lad. I. 40. §. 6.

— circa nonam praevigens usus relinquitur. 1836: 7. §. 2.

— a terris etiam filatura praestari potest. 1840: 7. §. 7.

— et linum nonnisi in aquis, in hunc finem designatis, macerare licet, contravenientes pro singulo macerato manipulo in birsagio unius cruciferi C. M. convincentur. 1840: 9. §. 42.

Canales, fluvios navigabiles jungentes, quomodo construendi sint, Consilium Locumtenentiale Regium suae Majestati proponat. 1723: 122.

— navigabilium pro structura necessarii fundi erga praestandam bonificationem cedi debent. 1836: 25. §. 3. 1840: 38. §. 5.

— navigabilium taxas et desumtionis tempus supremum in politicis Dicasterium determinabit. 1836: 25. §. 4. 1840: 38. §. 7.

— Destructio prohibetur. 1840: 9. §. 35. 10. §. 15.

— Pestino, Szegedinum, Csongrádinum aut Szolnokinum struere intendenti Actionariae societati expropriatio et desumtio vectigalis applacidatur. 1840: 38.

Canalem Pestino, Szolnokinum, Szegedinum et Csongrádinum projectatum si societas actionaria sub decursu 25 annorum non exstruxerit, hujus structuram quivis alter perficere poterit. 1840: 38. §. 2.

— si societas actionaria intra triennium a tempore approbati per Consilium Regium Locumtenentiale plani computandum struere non occeperit, aut sub defluxu 15 annorum neutrum horum ductuum perfecerit, favores huic societati addicti cessabunt, et in illos transderivabuntur, qui hoc opus in se susceperint. 1840: 38. §. 3.

— Pestino, Szolnokinum aut Szegedinum exstructus sub defluxu 50 annorum in statu navigabili conservetur, secus favores eidem attributi cessabunt. 1840: 38. §. 4.

— exstructi aquam, ripas, et fundos expropriatos societas perennaliter possidebit. 1840: 38. § 6.

— vectigal pro usuatione hujus canalis per nautas absque discrimine solvendum per Consilium Regium Locamtenentiale ita limitabitur, ut stabilienda tariffa usque defluxum 50 annorum nec per societatem elevari, nec per Consilium L. R. reduci possit. 1840: 38. §. 7.

— per societatem struendi pontes, et transitus per Consilium L. R. determinabuntur. 1840: 38. §. 8.

— in ripis, et toto expropriato spatio pascuatio et alligatio navium, commeatio et aquae usuatio nonnisi cum consensu societatis fieri potest 1840: 38. §. 9.

— stercora, fimum, et terram infundere non licet. 1840: 10. §. 14.

Canariae insularum Rex titulus Caroli IV. Imp. et Regis Hungariae. 1715: 2.

Cancellaria quoad redemtionem literarum judicialium veterem consvetudinem servet, quoad donationes et confirmationes, pro ratione substrati partes accordent cum Cancellario. 1435: II: 12. 1492: 99.

— Literas in negotiis publicis gratis expediat. 1542: 41.

— Mandata legibus adversa non expediat. 1543. 31.

— ex Hungarica expedita Mandata Regia observentur, et secus facientes puniantur. 1557: 19. 1559: 9. 1567: 40.

— Hungarica Mandata ad Hungariam expediat. 1559: 9. 1563: 35. 1618: 8.

— Donationes et inscriptiones expediat. 1608: 9; a. Cor.

— Ejus auctoritas stabiliatur, et restauretur. 1608: 10. a. Cor. 1609: 21. 1613: 25. 1618: 8. 1622: 17. 1630: 29. 1638: 16. 1687: 8. 1715: 17. 18.

— in, negotia Hungaricorum per Hungaros tractentur. 1618: 8.

— in, obsoleta privilegia, in praejudicium Dominorum terrestrium non expediantur, et non confirmentur. 1622: 17.

— in Hungarica omnes expeditiones suae Majestati pro Resolutione per Cancellarium proponantur. 1638: 16.

— Insolitis clausulis donationes et inscriptiones non expediat. 1647: 122. 1741: 19.

— Hungaricae individua vinum pro usibus suis Viennam libere inferre possint. 1659: 59. 1681: 45.

— in Hungarica apta et idonea individua, ex omnibus regni partibus et ex Venerabili Clero applicentur. 1741: 13.

— ex Hungarica expeditae Resolutiones per alias jurisdictiones non turbentur, et ab effectu non impediantur. 1741: 13.

— in, ex parte Regni Croatiae unus Consiliarius applicetur. 1765: 35.

— Illyrica cesset. 1792: 10.

— Regia Hungarico aulica in edendis Decretis lingva Hungarica utatur. 1844: 2. §. 4.

Cancellarius Juramentum Regi deponat. 1486: 73.

— Quibus disturbiorum tempore literae periverunt, novas donationes gratis expediat. 1514: 53.

Cancellarius Hungarus esse debet. 1492: 6.
— Literas contrarias non expediat. 1526: 24.
— Literas juridicas extra consilium expediat. 1542: 42
— ad latus Consiliarii Hungari applicentur. 1608: 10. 1613: 25.
Cancellista Tabulae Districtualis, Dominii, vel civitatis, evocationes, et citationes facere potest. 1807: 8. §. 5.
Caniferi, falconarii, agazones, in villis nobilium non condescendant. 1222: 15.
Canes venaticos rusticus sub poena trium florenorum non servet. 1729: 22. 1802: 24.
— Vertagos, vel sagaces colono, vel non indigenae, Domino vero anglico-venaticos Sincoran dictos intertenere, iisque venari non licet. 1729: 22. §. 1. 9.
— Venatici si ad prohibitam partem feram insequantur, eam persequi, venationem tamen continuare non licet. 1729: 22. §. 5.
— Plagam prohibitam intrantes nec trajicere, nec pro se retinere licet, sed capti Domino restitui debent. 1802: 24. §. 6.
— per venaticos causata damna, illorum proprietarius refundere tenetur 1840: 9. §. 15.
Canisa (de) nomen et praedicatum familiae. 1495: Concl. 1498: 22. et Concl. 1500. Concl.
— vel Szigethi, vel Papae resideat constituendus pro Partibus Trans Danubianis alter supremus Regni Capitaneus. 1547: 20.
— quoad munitionem deputantur gratuiti labores. 1556: 6. 1559: 30. 1567: 17. 1569: 19. 1578: 27. 1599: 28.
— circa castella minora praesidis muniantur. 1574: 13.
— ejus Capitaneus prohibeatur a villis Dominorum inter milites distribuendis. 1578: 5.
— fiant obstructiones passuum. 1578: 28.
— contra Capitaneum positae querelae. 1596: 42.
— victualibus provideatur. 1596: 53. 1598: 27.
— Milite provideatur. 1597: 30. 1598: 27. 1600: 16.
— Confiniorum de solutione prospiciatur. 1597: 41.
— Propius sita castella muniantur. 1601: 29.
— Huic ab opposito praesidium aedificetur. 1613: 17. 1622: 41. 1625: 20. 1659: 4.
— ab opposito aedificentur Szalavár, Nemphti, et Egervára. 1618: 35.
— ordinata fuit Commissio, quae vicina perlustraret, et Confinia erigeret ac provideret. 1662: 19.
— Tricesima filialis ad Petrovaradinensem stabilitur 1715: 91.
— telonium suffertur. 1723: 15.
— vel Kanisa oppidum Comitatus Bachiensis. 1791: 7.
Canon Baro in indigenam recipitur. 1684: 29.
Canonicatum si exteri possideant, ducentos aureos titulo taxae solvant. 1741: 17. 1791: 70.
— adepti exteri juramentum deponant. 1791: 70. §. 3.
Canonicus singulus pro sua persona unum equitem statuat 1542: 34.
— Pro redemtione literarum suarum in Cancellaria majori 12 florenos solvat. 1609: 73. §. 38.
— Zagrabiensis singulus domi manens, ad insurrectionem unum equitem statuat. 1659: 85. §. 3.
— sit jurium et lingvae patriae gnarus. 1741: 16.
— Singulus 2000 florenorum proventum habens, unum equitem statuat, si minus, plures a proportione unum dabunt. 1805: 1. §. 7.
— A proportione proventuum, equitem, vel peditem ad iusurrectionem statuat. 1808: 2. §. 11.
Capellanus Regis in Congregatione judicetur. Colom. I: 9.
— castrenses ex singulo monasterio mittantur duo. 1542: 41. 1659: 85. §. 3. 1662: 5. §. 5. 1681: 46. §. 5. 1741: 63. §. 13.
Capellanum castrensem unum de gremio sui singulum Capitulum suis sumtibus mittat. 1552: 3. §. 7. 1659: 85. §. 3. 1662: 5. §. 5. 1681: 46. §. 5.
Capellis Paravicius in indigenam recipitur. 1659: 133.
Capitale actione Fisci Regii amittat usurarius, ultra sex per centum titulo census exigens. 1723: 120.
Capitalia Academiae militaris Ludoviceae per regni Palatinum elocabuntur et edicentur. 1808: 7. §. 19.
— exteris, vel tali elocata, qui ad subsidium belli non concurrit, centesimam partem pro subsidio praestent. 1807: 2. §. 10.
— Religiosorum, et Ecclesiasticorum centesimam partem pro subsidio solvent. 1807: 2. §. 11.
— exteris elocatorum centesima pars titulo subsidii bellici praestanda est. 1807: 1. §. 10.
Capitaneatus Hungaris bene meritis, citra discrimen religionis per Regem conferatur 1625: 16. §. 2. 1635: 50. 1647: 62. 1649: 9. 1655: 20. 1659: 14. 38. 97. 1681: 27. 70.
— Minorennibus non conferatur. 1659: 14. §. 3.
— vacantes ex Consilio Hungarico et generalium conferantur. 1649: 9.
Capitaneus Supremus Regni et Generalis est Palatinus. 1485: 5.
— Regius, qui exercitum ad falsos rumores levat, incurrit notam infidelitatis. 1498: 19.
— juramentum deponant. 1522: 34. 1563: 75. 1609: 14.
— gentes nomine Regis conducere, de stipendio cum illis convenire; et de damnis per gentes illatis satisfactionem praestare tenentur. 1522: 35.
— violatores ecclesiarum, puellarum et mulierum poena capitali afficiant, ac in domos nobilium gentes condescere non permittant. 1522: 36.
— Milites in domos nobilium condescendere non permittant. 1522: 36. 1543: 24. 1622: 54. 1625: 16. 1635: 47.
— In casu necessitates Nobiles viritim, imo etiam colonos ad arma cogere possunt. 1543: 22.
— Nec damna aut injurias inferri, neque victualia adimi patiantur. 1543: 23.
— Dent operam, ut violenti decimarum detentores coerceantur, et decimae iis, ad quos spectant, reddantur. 1543: 28.
— Testimonia Capitulorum et Conventuum in executionibus protegant, et defendant. 1543: 29.
— Equus e castris profugus, eidem restituatur, qui talem equum occultaverit, capite plectatur. 1545: 31.
— Ad requisitionem Nobiles insurgere tenentur. 1545: 32.
— in Comitatu sit Vice-Comes, si idoneus fuerit, sin minus alter eligatur. 1545: 20.
— Executiones peragat: ex ultima sententia judicum regni ordinariorum, in Sede Judiciaria Suae Majestatis lata, ex transgressione Constitutionum Neozoliensium, et aliorum Conventuum, denique ex aperta violentia, ablationeque proventuum, ac appressione Nobilium. 1547: 18.
— Agriae, vel Nitriae, vel Semptaviae resideant. 1547: 19.
— Alium Rex nominet, qui vel in Szigeth, vel Pápae vel Canisae habitet 1547: 20.
— Hungari Hungaris praeficiantur. 1552: 15.
— Omnes a Palatino dependeant. 1555: 1. §. 11. 12. 1613: 7. 1618: 4. 1638: 32. 1647: 61. 1662: 7. §. 5.
— Confinia saepe perlustrent. 1563: 16.
— Exteri amoveantur, et Hungari eis substituantur. 1563: 34.
— Confinia perlustrent et restaurent. 1566: 14.
— Rascianos, et alios vagos, dubiae fidei homines non servent. 1567: 30.
— Per judices belli de bonis judicari non admittant. 1567: 41. 1588: 6.
— Kis-Mártoniensis ab inferendis molestiis inhibeatur. 1588: 38.
— tres Supremos Rex nominet. 1588: 5.
— Militem ex favore dimittentes, capite plectantur. 1595: 21.
— Supremi, ut auctoritate sua uti possint, supplicatur. 1595: 40. 1596: 31. 1655: 38.

Capitanei Justitiae tres nominantur, qui excessuosos illico punient. 1595: 25. 1596: 21.
— Comitatuum, si defectum Supremo Capitaneo non insinuaverint, per hunc amoveantur. 1596: 17.
— In processus Juris se non misceant. 1602: 21.
— Praefecti, et omnes milites juramento sint Regiae Majestati obstricti. 1609: 14.
— et milites bona aliorum occupare, aut servitia aliorum assummere non possunt. 1609: 46.
— Vice Capitanei, aliique officiales et milites bona regnicolarum pro se usurpare, colonos ad servitutem cogere, sylvas vetitas succidere, et prata defalcare non audeant. 1609: 56.
— per Comaromiensem et Tatensem causata damna complanentur. 1618: 6. 1622: 54.
— Se in jurisdictionem Comitum et Vice-Comitum non immittant. 1618: 20.
— Regnicolas coram se juri stare non adigant. 1618: 21.
— Neminem ad labores cogant. 1618: 57.
— Vice-Capitanei, et alii officiales militares aliorum bona occupantes, ad restitutionem compellantur. 1625: 16. 1635: 36.
— et alii officiales militares in Croatia et Slavonia in ordinem redigantur. 1630: 25.
— Cumanorum adversus regnicolas delinquentes puniant. 1630: 43.
— et officiales confiniarii legibus regni subsint. 1635: 39.
— Praesidiorum ab insolitis exactionibus abstineant. 1630: 44. 62. 1638: 44.
— et alii officiales militares executiones judiciarias non admittentes, ipsi ad solvendum stringantur. 1635: 48.
— Nobiles captivare non praesummant. 1635: 50.
— Colonos ad confinia transeuntes restituant. 1635: 51. 1681: 67.
— Sint Hungari bene meriti et possessionati. 1638: 17.
— Kis-Comaromiensis ratione terrarum, seminatarum in possessione Kolon, cum vidua Nádasdyana conveniat. 1638: 21.
— contra Crisiensem et Segniensem, excessus patrantes, juxta regni leges procedatur. 1638: 22.
— Confiniorum, defectum veteranorum quo celerius suppleant. 1647: 24.
— Quaestum exercentes tricesimam solvere tenentur. 1649: 35.
— A dijudicandis Nobilium haereditatibus abstineant. 1649: 81. 1655: 7.
— Instructiones a Consilio Aulae Bellico, adhibitis Consiliariis Hungaris, legibus conformes accipiant. 1655: 7.
— Poenam violentiae dictent confiniariis, per pascuationes regnicolis damna inferentibus. 1655: 57.
— Malefactores, vagabundos non punientes, aut res furto sublatas detinentes, in 500 florenis convincantur. 1659: 15. 17. 20.
— Excedentes puniantur. 1681: 22.

Capitaneo Turmae Nobilium Praetoriae honor Baronis addatur. 1765: 6.

Capitulari uno, sententiam emendae capitis obtinente, cum factum, ob quod illud incurrit, aut non potuisset, aut perpetrandi locum non habuisset, si in beneficio constitutus non fuisset, onus Capitulum e proventibus convicti solvere tenetur. II: 47.

Capitulum Alba-Regalense per totum regnum executiones peragere potest. II: 21. 1827: 26.
— Bosnense fidedignitatem in toto regno habeat. II: 21. 1498: 12.
— Diákovárіense per totum regnum procedere potest. II: 21. 1498: 12. 1807: 26.
— et Conventus in factis potentiariis majoribus vel minoribus tamquam unica et singularis persona gravantur. II: 46.

Capitulorum et Conventum Decani et officiolatus in bonis ipsorum judicium eadem auctoritate ferunt, quasi ipsa Capitula. Decani tamen sine Procuratoriis totius Capituli aut Conventus, pro Capitulo et Conventu respondere non possunt. II: 53.
— Testimonium tantum illi praestare possunt, qui in eadem ecclesia dignitates habent. 1351: 21.
— et Conventus pro executionibus et statutionibus personas simplices non exmittant, sed Canonicos, aut Monachos Conventuales, qui jurare debent, et si falsam relationem fecerint, tamquam falsarii beneficio priventur et perpetuis carceribus includantur. 1435: II: 8. 1492: 43. 1559: 50.
— Taxas exaggeratas non desummant. 1435: II: 10. 1486: 74. 1495: 23.
— Quoad redemtiones literarum et executionis fidedignitatem, praescriptum Decreti Sigismundi observent: si contrarium facere per modum inquisitionis comperti fuerint: beneficia sua amittant. 1471: 22.
— Non penes triplices ordinis inquisitorias, sed penes privilegiales literas suae Majestatis aquirere et retinere possunt. 1486: 57.
— Pro exmissionibus sufficientia et idonea individua habeant. 1498: 67. 1723: 39. 1741: 25.
— Temporibus Zápolyaianis ad loca vicinora executiones facere poterant. 1536: 58.
— Testimonia ad executiones mittere debent. 1543: 29.
— Decimas exarendare potest. 1547: 35.
— Castriferrei bona per Mauritium Brandenburgensem occupata restituantur. 1547: 38.
— Si ad minus quinque personas non numerent, executiones peragere non possunt, secus Episcopus defectum suppleat. 1552: 41. 1723: 39. §. 5.
— Strigoniense per totum regnum executiones facere potest. 1556: 39.
— Varadinense executiones ut antea peragat. 1556: 39.
— Scepusiense, donec Conventus Lelesziensis elibertetur, in hujus locum executiones peragat. 1557: 21.
— Veszprimiense, reformato sigillo, in sua jurisdictione executiones peragere potest. 1557: 22. 1635: 85.
— Castriferrei procedat pro conventibus Kapornak et Szalavár, et si hoc amittatur, Capitulum Posoniense. 1575: 17.
— Idem Transferatur Sabariam. 1578: 20.
— Ejus sigillum renovetur, vetus praesentibus omnibus disrumpatur. 1588: 46. 1609: 52.
— Agriensi Locus residentiae Cassoviae assignatur. 1597: 38. 1649: 38
— Jaurinense Sopronii residens in executionibus et expeditionibus procedat, sine praejudicio Conventus Csornensis. 1597: 39.
— Agriensi decimae et quartae non adimantur. 1598: 32.
— Jaurinensi residentia et jurisdictio in Comitatu Jaurinensi restituitur. 1599: 42.
— cum Praeposito, in Tabula statuum unum votum habeat. 1608: 1. §. 4. p. c.
— Agriensi Tyrnaviae habitatio concedatur. 1609: 10.
— in Segniensi, et per requisitiones Conventus Lelesziensis factae expeditiones et executiones in suo vigore relinquuntur. 1609: 49.
— Agriensi pro residentia assignatur oppidum Jászov. 1613: 3.
— Jaurinense inter et Episcopum et supremum aliosque Capitaneos vigentes controversiae per Commissarios discutiantur. 1618: 26.
— Jaurinense et Episcopum concernente pro commissione suae Majestati gratiae aguntur. 1625: 18.
— Jaurinense ac Nobiles inter et loci Capitaneum vertentes querelae componantur. 1638: 20.
— Strigoniense si Strigonium rediverit, comparatas Tyrnaviae domos Fisco Civitatis reddat. 1638: 36.

Capitulum Segniense liberam habeat procedendi, et expediendi facultatem. 1647: 57. 1741: 56.
— Zagrabiensi, quoad decimas districtus Metlik per Commendatorem Ordinis Teutonici Chernomell jam post adjudicationem etiam detentas, per justitiarios illarum partium justitia administretur. 1647. 119.
— Castriferrei Sabariam translato, domus capitulares a censu dominorum immunitantur. 1647: 120.
— Jaurinense Castellum Patonense suis expensis reparabit, et muniet, hoc proinde sine omni dependentia a Generali gubernari potest. 1649: 50.
— admittitur, ut contra ecclesiasticorum sacrorum clenodiorum direptores, ac distractores procedere possit. 1687: 19.
— Jaurinensi tegularia fornax, hactenus per officiales militares difficultata, admittitur. 1715: 62.
— nonnisi in suis Districtibus et Diaecesibus procedant. 1723: 40.
— Fassionem non coram se, sed coram aliis locis credibilibus celebrare potest. 1723: 41.
— Procuratorias et Plenipotentiales literas pro se dare, ast revocare nonnisi coram aliis locis credibilibus potest. 1723: 41.
— Erga Mandata Requisitoria literas sub authentico expediant: quae si originales ibi exstiterint, robur sortiantur, quare in expiditione attingi debet, num originale, vel fragmentum in Archivo adsit. 1723: 42.
— Jura etiam Episcoporum et aliorum Capitulorum erga Requisitorium extradare tenentur. 1723: 42.
— et Conventus relationes partibus concernentibus, intra annum sine requisitorio, sub poena refusionis damnorum, extradare tenentur. 1723: 43.
— Acta nonnisi in praesentia duorum capitularium volvenda admittant. 1741: 25.
— singulum ad insurrectionem unum equitem statuat. 1741: 63. §. 15. 1805: 1. §. 7. 1808: 2. §. 11.
— Strigonense Strigonium revehatur, 1751: 3.
— Colocense postliminio restitutum inarticulatur. 1751: 7.
— Acta quo ocius regestrari curent. 1765. 11. 1807: 14.
— Neozoliense, in vicem Conventus de Thurocz, in locum credibilem evehitur. Expeditiones, quas antea sub sigillo et nomine praedicti Conventus peragebat, pro vigorosis declarantur. 1802: 15.
— Veszprimiense Literalia Documenta a Capitulo Scepusiensi recipiat. 1827: 27.
— Scepusiense Acta Capituli Veszprimiensis restituat. 1827: 27.
— Szathmáriensi privilegium credibilitatis tribuitur. 1836: 23.
— Expeditionum ingressum et conclusionem lingva Hungarica adornent. 1840: 6. §. 6.

Caplyrs Comes Zdenko in indigenam cooptatur. 1681: 82.

Capras si jurisdictio noxias compererit, sub poena confiscationis, et refusionis damni prohibeat. 1807: 21. §. 7.

Caprara Comes Aeneas in indigenam recipitur. 1681: 82.

Capronca Castellum Comit. Crisiensis post defectum Casp. Ernust occupans Petrus Keglevith proscribitur 1542: 43. D. Pos

Caput amittit servitor pro milite conductus, ab exercitu fugiens. 1545: 9. 1662: 8. §. 5.
— violentus direptor victualium in castris 1545: 28. §. 2.
— fugientem e castris equum occultans. 1545 31.
— Judex Nobilium Dicatori Regio subsidium dicanti possessionem aliquam occultans. 1546: 9.
— cum bonis Dicator, de percepto subsidio rationes non reddens. 1546: 12.
— miles insurgens Nobilis citra veniam Capitanei castra deserens. 1552: 9. 1662: 8. §. 5.
— nobilis et ignobilis accepto stipendio exercitum deserens. 1552: 12.
— miles praedas agens. 1552: 14. §. 4.
— homicida deliberatus. 1563: 38. 39.
— homicidam deliberatum profugum, vel proscriptum occultans. 1563: 39.
— blasphemans, si post tertiam poenam corporalem non sapiat. 1563: 42.
— miles vagabundus praedas agens. 1595: 32. 1596: 23. 1602: 19. 1603: 11. 1604: 6. 1622: 39. 1625: 13.
— miles ob stipendium majus servitia extera quaerens. 1595: 32. 33. 1596: 22. 1598: 18. 1602: 8. 1603: 6. 1604: 6. 1609: 13. 1613: 14.
— victualia ad castra devehenti colono absque pecunia auferens. 1595: 48.
— salem nitri clam e regno efferens. 1596: 50. 1597: 26l 1599: 29.
— praedo in flagranti deprehensus. 1608: 2. §. 2. p. c. 1647: 44. 1649: 82. §. 3.
— proventus Regios turbans. 1609: 16.
— Colonus dedititius causam judicio Turcarum deferens. 1659: 13. §. 3.
— dominus satisfactionem de servitoribus praedas agentibus non praestans. 1659: 15. 1681: 18.
— cum bonis, nota infidelitatis reus. 1723: 9. §. 11.
— qui patrem aut matrem, maritum, uxorem, infantem aut fratrem occidit. 1723: 11.
— cum exasperatione occisor consanguinei. 1723: 11. §. 2.
— amittit incestuosus. 1723: 11. §. 3.
— novercae vel privignae stuprator. 1723: 11. §. 4.
— occisor et verberator, Judicis, Baronis, Bani, Comitis supremi, Consiliarii, Causarum Regalium Directoris, Vice-Directoris, Praelati, Magnatis, Ablegati, hominis Regii, Palatinalis, Banalis, Capitularis vel Conventualis officiose fungentis, horum familiarium, inquisitorum, vel in diaeta conquerentium. 1723: 11. §. 6. 7.

Caramuel Joannes, Episcopus Rosonensis. 1655: c.

Carbonarii nec fundos, nec pecora habentes, subsidium non solvant. 1546: 13. 1567: 12. 1569: 9. 1572: 6. 1574: 3. 1575: 2. 1578: 2.
— per Vice-Comitem et potiores nobiles pro subsidio taxentur 1595: 9. 1596: 10. 1598: 15. 1647: 26.
— pro conservatione coronae per Vice-Comites, Judices Nobilium, et Juratos Nobiles taxentur. 1625: 28. §. 3.
— pro insurrectione per hominem Palatinalem et Vice-Comitem taxentur. 1662: 12.
— in processu verbali per Jurassorem aut localem Juratum ea ratione peragetur, ut continentiae eorum citato verbaliter quoque explanentur. 1836: 20. §. 9.

Citatio Ad Tribunal cambiale in loco judicii medio adjurati apparitoris, alibi medio respectivi Magistratus, aut Vice-Comitis procuretur. 1840: 15. II. §. 206.

— In Litorali Hungarico per Apparitorem Tribunalis Cambialis Fluminensis admanuetur. 1840: 15. II. §. 206.

— Tribunalis Cambialis aut Decisorum convictivorum pro admanuatione exmissa persona, si Incattum in solito habitationis loco non reperiat, eundem scripto edocebit, quod sequenti die certa determinata hora scopo exhibitionis ad eundem comparitura sit, si Incattum nec tunc domi reperiret, Citatorias in praesentia duorum testium januae ejusdem affiget. 1840: 15. II. §. 207. 208.

— peragens persona, si Incattus domo ad longius tempus se absentavisset, familiam ejus, agentem, aut famulitium domi repertum super peracta citatione edocebit. 1840: 15. II. §. 208.

— aut Decisorum convictivorum pro admanuatione exmissus, relationem suam super qualiter peracta exmittenti Judicio sine mora praesentabit, et requisitus eatenus Magistratus aut Vice-Comes eam requirenti Tribunali illico transmittet. 1840: 15. II. §. 209.

— pro exhibitione Tribunali Cambiali solventur decem crucigeri. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 13.

— si ephemeridibus inseratur, praeter sumtus insertionales Tribunali solventur 40 crucigeri 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 14.

— portis Tribunalis Cambialis affigatur, solvendi sunt decem crucigeri. 1840: 15. II: 16. §. 2. ad 15.

— in edictali creditorum concursualium clare designetur 1-mo judicium concursuale, 2-o nomen fallimentarii, 3-o locus et terminus comparitionis creditorum, 4-o curator massae interimaliter constitutus, 5-o curator ad lites nominatus, 6-o provocatio illa, ut omnes suas praetensiones documentis fultas insinuent, praetensionibus serius insinuatis locum non habentibus. 1840: 22. §. 25.

— Creditorum concursualium, portis procedentis judicii affigatur. 1840: 22. §. 26. Et via Consilii L. R. regnotenus publicetur. 1840: 22. §. 28. 29.

— terminus pro convocatione creditorum praestitutus 30 diebus brevior, 120 diebus longior nunquam esse potest. 1840: 22. §. 26.

Citatus ad Tribunal Cambiale Incattus si domo abfuerit, Tribunal Cambiale pro adornanda illius defensa Curatorem absentis constituet. 1840: 15. II. 14. §. 210.

Civis Homagium est idem quod Nobilium. III: 9.

— Uno anno et die praescribunt. III: 15.

— Pro fundis colonicalibus, si quos possident, onera dominalia ferre obligantur. III: 18. 1498: 41. et 58. 1518: 27.

— Si actor nullas probas praestet, juramento se purgant. III: 17.

— Collectas Regales et contributiones solvere tenentur. 1405. I: 2. 10.

— A Magistratu appellat ad Tavernicum. 1405. I. 12. et II: 11.

— in Comitatu bona possidentes, ob patratam violentiam in 200 florenis convincuntur. 1498: 38.

— In territorio Domini terrestris fundos tenentes, ratione horum coram illo juri stare tenentur. 1498: 38. §. 4.

— In causis profanis ad forum spirituale non citentur. 1500: 33.

— fieri nequit rusticus, vel ejus successores, qui virginem, vel mulierem nobilem violarunt. 1514: 47.

Civis indebite non arestetur. 1548: 65.
— testimonialibus provisus telonia non solvat. 1563: 59.
— suos Judices et Senatores absque discrimine nationis et religionis eligant. 1608: 13. a. cor. 1649: 12.
— Montanus causam suam ad exterum aliquod judicium promovens, vel appellans, eam amittat, et homagium solvat. 1622: 25. 1630: 28. §. 3. 1647: 83.
— Violentiam patrantes cum Senatu et Communitate evocentur. 1647: 81. 1649: 18.
— Ad commendationem civitatum et Consiliariorum nobilitari possunt. 1649: 15.
— Si crimen laesae Majestatis aut notam infidelitatis incurrant, bona eorum non ad Fiscum civitatis, sed ad Fiscum Regium devolvuntur, et collationi Regiae subsunt, per novos impetrantes jure civili possidenda. 1647: 87.
— Suspectae nobilitatis, et inpossessionati, jurisdictioni civitatum, ubi commorantur, subsint. 1649: 15.
— Neoplantensis et Zomboriensis naulum non solvat. 1764: 39.
— in Confiniis telonium et naulum non solvat. 1791: 64. 1792: 18. 1802: 28. 1807: 23.
— Contra Nobiles in contractualibus et successionalibus proprio actoratu procedere possunt. 1802: 20.
— etiamsi quaestum, aut opificium exercerent, a taxa stationali sunt immunes. 1836: 33.
— Testamenta sua, propria manu scripta, et subscripta, per solennisantes testes sibi praelegi curare non tenentur. 1840: 14.

Civici Magistratus a solis oneribus personalibus sint immunes. 1715: 77.
— fundi in licitatione judiciali venditi per anteriores possessores amplius relui nequeunt. 1836: 15. §. 16.
— Magistratus in locum, dum judicium aliunde convocari debet, hujus expensae per Magistratum tunc solum supportabuntur, si talismodi judicii convocatio propter culpam aut neglectum ejusdem Magistratus intervenerit. 1836: 35.
— Literae authenticae super Procuratoria, aut Plenipotentiaria Constitutione editae in toto regno plenum vigorem habeant. 1840: 23.

Civiles domus executione judiciaria per partes subhastationi exponi nequeunt. 1836: 15. §. 17.
— Causae incolarum Urbis et Districtus Fluminensis coram ejate foro Judicum et Rectorum inchoentur, et via appellatae ad Capitaneam sedem Judiciariam et Tabulam Septemviralem promoveantur. 1836: 19.

Civitates Statuta condere possunt. III: 2. §. 7. 8.
— Fassio coram Judice et duobus juratis civibus intuitu rerum mobilium in civitatibus existentium, facta valet. III: 13.
— Malefactores puniant. Si Nobilem absque justa causa morti tradiderint, Judex et Jurati Cives capitali sententia punientur. III: 20.
— In libertatibus suis tam in toleniis, quam et aliis conserventur. 1498: 40. et 1500: 24. 1518: 11. 1536: 55. 1543: 26. 1545: 49. 1546: 50. 1550: 78. 1554: 23. 1569: 57. 1574: 35. 1575: 16. 1609: 34. 1613: 13. 1625: 43. 1630: 21. 1622: 25. 1649: 15.
— Liberae Regiae et Montanae sunt bona ad coronam regni pertinentia. 1514: 3.
— Regiis bona non conferantur. 1542: 33. 1608: 6. a. cor.
— hactenus justo titulo factae donationes in suo vigore maneant. 1542: 34.
— bona a corpore Comitatuum non avellantur, et avulsa restituantur, et ad omnia Comitatuum onera concurrant. 1542: 35.
— unum regni statum efficiunt, et ad comitia evocantur. 1608: 1. 3. p. c.

Civitatum Senatores absque discrimine religionis et nationis eligantur sub poena 2000 florenorum. 1609: 44.
— Taxa in confinia convertatur. 1635: 1.
— Bona ad Fiscum Regium nunquam devolvantur. 1638: 35.
— Pro inductis vinis, cerevisia a nobilibus nihil desummant, neque Nobiles in causis jurisdictionem illarum non concernentibus, coram se juri stare compellant. 1647: 78.
— Statuta legibus contraria contra Nobiles non inducant. 1647: 78. §. 19. 1649: 19. 1715: 36. 63.
— Inquisitiones et solitas Executiones non impediant sub poena violentiae. 1647: 78.
— Justitiam regni legibus, et non suis statutis conformem Nobilibus administrent. 1647: 79.
— Contradictiones contra prioris Diaetae articulos cassantur. 1649: 14.
— Privilegia, in quantum regni legibus et praerogativae nobilitari non praejudicant, conserventur. 1649: 15.
— Ad Fiscum devolvuntur caducitates civium. 1649: 16.
— In domibus exemtis Nobilium nullam devolutionem habeant. 1649: 16.
— Nobiles Armalistas non taxent. 1649: 17.
— Quoad fundos et bona civilia judicatum habent. Si qui interessati essent, alii loco Senatorum interessatorum, e juratis civibus substituantur. Si vero totus Senatus interessaretur, ad expensas Senatus e vicinis civitatibus alii pleno numero judices, intra duos menses convocari debent, qui causam dijudicent. 1659: 53.
— Judicatus quoad fundos civiles, causis aliorum judicum non involvatur, sed penes Magistratus civiles maneat. 1681: 41.
— in jure liberae electionis Magistratus Civici, in jure Patronatus, in jure educilli, ac aliis suis immunitatibus conserventur. 1681: 41.
— Numerus amplius non augeatur. 1687: 17.
— In libera Magistratus electione imperturbate relinquantur. 1715: 36.
— Commissionibus Cameralibus extra casum necessitatis non onerentur. 1715: 36.
— Montanae a quarteriis eximuntur. 1715: 43. §. 5. 1723: 65. §. 2.
— Accisas a Nobilibus non exigant. 1715: 63.
— in, mensurae aridorum et liquidorum, non secus ulnae et pondera Posoniensibus accommodentur. 1715: 63.
— Ratione tutorum et curatorum legibus regni pro nobilibus latis se accommodent. 1715: 68 §. 14.
— Ad repartitionem communium onerum Nobiles et domorum proprietarios invitent. 1715: 77.
— Quoad Taxas per Cameram Regiam eis impositas sua Majestas habeat rationem. 1715: 98.
— Actuale militis quarterium et alia onera publica ferant. 1723: 65.
— cehalia privilegia conferendi aut sufferendi jus sua Majestas sibi reservat. 1723: 74.
— Debita intabulant. 1723: 107.
— ceharum et contuberniorum abusus tollantur. 1729: 10.
— literae officiosae per postae officia absque taxa acceptentur et extradentur. 1741: 31.
— montanarum ad Juridica, Camerales Jurisdictiones se non immittant. 1741: 37.
— libera regia singula ad insurrectionem unum equitem statuet, et a singula porta palatinali centum florenos solvet. 1741: 63. §. 18. 1808: 2. §. 13.
— causae directe ad Tabulam Septemviralem appellentur. 1807: 9. §. 3.
— Cohortes debite instructas teneant. 1808. 2. §. 13.
— Judicium Nundinale ex Praeside, quatuor senatoribus, et uno Actuario constet. 1836: 18.
— Regiae relate ad solvendos proprios nuncios diaetales in praevigente usu relinquuntur. 1836: 44. §. 4. 1840: 45. §. 4.

Civitatis Capitaneus judicat damna fundis civilibus illata. 1840: 9. §. 3.
— in majoribus, pro decidendis, inter mercatores, et horum sodales vertentibus controversiis, per localem Jurisdictionem tres fide publica gaudentes mercatores delegari possunt, quorum Sententiae per localem Jurisdictionem confestim effectui mancipentur. 1840: 16. §. 33.
— Libro funduali destitutae, talem intra duos annos adparere, in ordinem redigere, et cum intabulationibus conjungere tenentur. 1840: 21. §. 15.
— in liberis regiis relate ad operas publicas praevigens usus confirmatur 1844: 9. §. 9.
— in cujus gremio comitia regni celebrantur, membris diaetalibus erga moderatum censum quarteria suppeditare obligatur. 1844: 11. §. 9.
Classificatio praetensionum concursualium intra quindenam, a latae finalis sententiae publicatione computandam institui debet. 1840: 22. §. 76.
— Cuilibet creditorum extradetur, ut observationes suas intra quindenam Judicio exhibeant, exceptionibus tardius formandis, locum non habituris. 1840: 22. §. 77.
— de, praetensionum concursualium, factas per creditores exceptiones, Judicium rotulo actorum processualium adnectet, ubi illas quilibet creditor inspicere, et contra eas intra quindenam observationes suas exhibere potest, aut, in quantum, classificatio propriae suae praetensionis per alium impugnaretur, finalem suam defensam Judicio praesentabit. 1840: 22. §. 78.
— praetensionum concursualium. 1840: 22. §. 80. usque 93.
— quarteriorum diaetalium. 1844: 11. §. 13.
Claustrum tam monacharum, quam monialium Episcopus visitet. S. Lad. I: 21.
— Quodvis ad castra unum vel duos pro capellanis castrensibus mittat. 1542: 41. 1659: 85. §. 3. 1662: 5. §. 6. 1681: 46. §. 5. 1741: 63. §. 13.
— possessionatum a viginti domibus unum equitem et unum peditem statuat. 1662: 5. §. 4. 5. 1741: 63. §. 13.
— Bonorum capax ingrediens persona, usque 50.000, et infra avitae vel maternae portionis decimam partem, ex majori vero summa ultra 5000, uti etiam ex aquisitis nihil inferre potest. 1715: 71.
— religiosorum citra annutum Regis et Statuum non augeantur. 1715: 102.
— Ad Insurrectionem generalem equitem statuat. 1805: 1. §. 6. 1808: 2. §. 12.
— membris diaetalibus quarteria suppeditare non tenentur. 1844: 11. §. 9.
Clausula: *Nullum jus reservando*, si in fassione adsit, deficiente fassionario, non fatens sed Fiscus succedit. I: 69.
— *Salvo jure alieno.* In calce cujuslibet privilegii adsit. II: 9. §. 2.
— Litis pendentia evocationi primae addi solet. II: 25.
— Si se rationabiliter non poterit excusare, literis judicialibus inserta efficit, quod Incattus nec convinci, nec executio contra eum peragi possit. II: 59. §. 1—4.
— De manibus Regiis, Donationem facit irritam et invigorosam. 1486: 23. 1495: 60. 1599: 31.
— Donationum more antiquo fiant, insolitae non inserantur. 1608: 9. a. c. 1647: 122. 1741: 19.
— *Salvo jure alieno*, si desit in Donationibus, aut exemtionalibus domorum civilium, Magistratu Civico contradicente, impetrans jus suum extra dominium quaerere debet. 1655: 78.
— Decreti Andreae II: 31. de libera resistendi facultate tollitur. 1687: 1. 4. 1715: 2. 1741: 2. §. 3. 1791: 2. 1792: 2.
— Juramenti: *Beatam Virginem Mariam, sanctos et electos Dei*, per Protestantes exmittatur. 1791: 26.
Clerfait Carolus fit indigena. 1791: 72.
Clerici Marchio Antonius in indigenam cooptatur. 1764: 46.
Clericus excepta sententia capitali, iisdem poenis ac saecularis subest. II: 44. §. 7.
— ut testis nonnisi in ecclesia examinari potest. St. Steph. II: 3.
— Contra eum testimonium laici nemo recipiat. St. Steph. II: 3.
— Die festo venans usque satisfactionem ab ordine descendat. St. Lad. I: 12.
— Perseverare debet, discedere non potest, sine sufficienti causa. St. Lad. I: 18.
— Saecularis judicis sigillo citari non potest. S. Lad. III: 25. Colom. I: 14.
— Cum commendatione suscipiatur, receptus examinetur, et incusatus ab officio cesset, donec se purgaverit. Colom. I: 3.
— Sigillo Episcopi citetur, et coram eo causae illius decurrant. Colom. I: 5. 6.
— Bigamus, vel viduae aut repudiatae maritus a Clero excludatur. Colom. I: 67. II: 9.
— Vestibus laicalibus variegatis non utatur. Colom. I: 70.
— Bigamus officium negligens, laicus fiat. Colom. II: 4.
— Episcopus ad Diaconatum et ultra non promoveat, nisi continentiam voverit, vel uxor consenserit. Colom. II: 9.
— Conjugatus non sinatur altari servire, nisi uxore continentiam vovente, cui de vitae necessariis providebit. Colom. II: 10.
— De ejus verberatione cognoscat Judex Ecclesiasticus. 1458: 9. 1462: 3. et 1464: 17.
— Decimas et telonia non solvat. 1458: 10.
— saecularis, si Abbas vel Praepositus Regularium factus est, nisi intra annum vestem regularem ordinis induerit, beneficium amittat. 1498: 58. et 1507: 13.
— Veste saeculari incedens, beneficium tenere non potest. 1498: 59. et 1504: 27.
— numerus augeatur. 1569: 36.
Coaquisitionem praetendens Vidua simplex dotalista, illam in Comitatu comprobare debet. 1622: 67. 1647: 105. 1655: 25.
Coburg Ferdinandus in indigenam recipitur. 1827: 41.
— Princeps Josias in indigenam cooptatur. 1791: 71.
Codicillus per tres testes subscribi debet. 1715: 27. §. 6.
— Per commorantes in exteris ditionibus juxta usitatas ibi solennitates, sed fidedigne recognitas fieri potest. 1729: 24. §. 10. 11.
Coemeterium violans ad octavas evocetur, et penes communem inquisitionem condemnetur. 1471: 9.
— Protestantes ubique habere possunt. 1791: 26.
— illata damna per politiam campestrem vindicentur. 1840: 9.
Coenam, vel prandium Regi transenuti civitas aut oppidum, per quod transit, dare tenetur. 1405: 13.
Coetus: *Vide Contubernium.*
Cognatio sexum foemineum, agnatio masculinum designat. I: 118.
Cognati si majorennes sint, et bona utrumque sexum concernant, in tutela praeferuntur agnatis aeque majorennibus, si his seniores sint. I: 117.
— deficientibus solum agnatis, in solis bonis sexum utrumque concernentibus fiunt legitimi tutores. I: 116. 119.
— agnato in tutela filiae praeferri potest, si agnatus bonis pupillaribus inhiare observetur. I: 119. §. 4.
— in tutela legitima praeferuntur etiam fratres adoptivi, si in semine deficientibus succedendi jus habeant. I: 120.
— Mortem patris pupillorum Vice-Comiti illico insinuent. 1715: 68.

Cohortes bene instructas in casum emergentis belli, pro manutenenda securitate interna, tenentur habere civitates liberae et Montanae, Districtus Jazygum et Cumanorum, oppidorum Hajdonicalium, Kikindensis et Tibiscanus. 1808: 2. §. 13. 15.
— Turma, phalanx insurgens, coram hoste renitens, vel terga vertens decimabitur, et officiales infamia vel morte punientur. 1808: 11. §. 8.
Colapim ultra fluvium in Confiniis Croatiae exemtiones discutiantur in conventu Slavoniae. 1567: 13.
— fluvii a ripa profugi coloni libere redire possint. 1598: 33.
— pro ejus defensione relinquatur Subsidium Slavoniae. 1600: 7.
Colapianis in confiniis Slavonia loco equitum pedites interteneat 1597: 8.
— militis pro conductione convertant taxam liberae Civitates Slavoniae. 1597: 19.
— ad militis exsolutionem convertatur media Tricesima Regnorum Croatiae et Slavoniae. 1597: 19. 1638: 7.
— Confiniorum fortificandorum necessitas. 1630: 2.
— militis conservatio Croatiae et Slavoniae Regno incumbit. 1647: 34. 1681: 75.
— in Confiniis Praesidium erigatur. 1647: 53.
— ultra, coloni onera Regni ferant. 1647: 55.
— militis suppleatur numerus. 1655: 73.
— trans-in partibus Croatiae ad defensionem exercituatio ordinata. 1659: 85.
— Confinia necessariis provideantur. 1659: 102.
— Confiniorum munititio necessaria est. 1681: 62.
— cis et trans-Nobilitas contra Officialium Cameraticorum injurias via juris procedat. 1723: 94.
Collalto Comes Claudius et Antonius Franciscus in Hungaros recipiuntur. 1659: 132.
Collaterales attestari recusantas poenae sedecim marcarum subjicientur. 1563: 81.
— Hanc Vice-Comites exigent. 1635: 49.
— Colonorum haeredes tantum in bonis avitis succedunt. 1840: 8. §. 10.
Collatio bonorum a primis jam Regibus Monasteriis, ecclesiis et Nobilibus facta. I: 84. §. 1.
Collectas nullas faciant Protestantes. 1715: 31.
Collectacula tempore statutionis cessent, dein rursus in activitatem ponantur. 1807: 1. §. 6. 1830: 7. §. 9.
— militaria revehantur, et iis Legiones Hungaricae suppletentur, quo fine annue 200,000 floreni offeruntur. 1807: 1. §. 7.
— militarium naevi in articulo 66. 1790. commemorati emendentur. 1807: 1. §. 8.
Collenbach Baro Gabriel in indigenam regni cooptatur. 1827: 42. §. 4.
Colloredo Comes Franciscus et Josephus in Hungaros recipiuntur. 1792: 20.
— Comitissa Maria Henrica pro Academia Ludovicea 5000 florenos offert. 1808: 7. §. 18
— Princeps Rudolphus in regni indigenam recipitur. 1765: 46.
— Comitissa Victoria vidua pro Academia Ludovicea 5000 fl. offert. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
Collusor in perjurio convincitur. 1567: 27. §. 4.
Colocensi in Capitulo tenendum exemplar Bullae Aureae. 1222: 31.
— Archi-Episcopus excommunicare poterat Regem, Decretum suum non observantem. 1291: 41.
— Episcopatui adnexa est Abbatia Petri Varadini. 1504: 27.
— Archi-Episcopus pro redemtione literarum in Cancellaria majori solvet 200 florenos. 1609: 73. §. 33.
— Capitulum restauratum sigillum recipiat. 1751: 7.
Cononelli dignitatem Rex indigenis bene meritis conferat. 1681: 70.
Colonelli confiniorum a damnis et violentiis abstineant. 1681: 74.
Coloni de terris occupatis ejecti, alibi non habentes, ad suas revertantur. Colom. I: 19.
— violenter non abducantur. 1351: 16.
— si migrare velint, pro pristinis excessibus arrestari non possunt. 1351: 18.
— migrandi facultas datur. 1405: I: 6. et II: 14.
— a, migrare volente, censum intra datum sibi mensem haud solvente, intra quindecim dies dominus exigat, quibus elapsis amplius exigere non potest. 1405. II: 15.
— post acceptam a domino migrandi licentiam calumniis non vexetur. 1405. II: 16.
— libere dimittantur. 1458: 15. 1550: 37.
— migratio fiat sicut tempore Sigismundi. 1471: 16.
— migratio per integrum annum interdicitur. 1474: 14.
— sponsam ducens telonium non solvat. 1486: 36. 1492: 86.
— libere migrare possint. 1486: 39.
— usque centum, quibuscunque voluerit Rex, conferat; centum vero cum consilio Praelatorum et Baronum suorum. 1492: 9. 1495: 2.
— migrare volentem non dimittens, toties quoties poenam trium marcarum incurrit. 1492: 93.
— violenter abducens, poenam trium marcarum duplicate solvat. 1492: 94.
— aedificia terrae infixa secum auferre non possunt. 1495: 22.
— illicite abducens, vel retinens, in 100 florenis convincatur. 1504: 16. et 1514: 26. 27.
— venatio et aucupium interdicitur. 1504: 18. 1729: 22. 1802: 24.
— et inquilini 100 denarios unum florenum facientes singulo anno terrestri Domino solvant. 1514: 15.
— singula hebdomada uno die Domino servire tenentur. 1514: 16. 1548: 34.
— singulo mense unum pullum domino dare obligantur. 1514: 17.
— Nonam et Decimam ex omnibus terrae nascentiis dare tenentur. 1514: 18.
— singulo anno duos anseres domino terrestri dabunt. 1514: 19..
— de singulis decem sessionibus, unum porcum saginatum pro festo nativitatis Domino terrestri dabunt. 1514: 20.
— viduae, quae vices jobagionum gerunt, citra Dominorum permissionem recedere nequeunt, si alteri nubant. 1514: 21.
— migratio interdicitur. 1514: 25.
— repetitos non restituentis poena eadem est, quae abducentis. 1514: 28.
— aliorum si civitates, Cumani, et Philistaei abducant, poena est pro quolibet colono 100 flor., et insuper homagium talis coloni, quae toties quoties solvi debebit. 1514: 29
— fugitivus extra villam repertus capi, et ad pristinum Dominum cum rebus reduci potest. 1514: 30.
— abducti intuitu, Comite mulctam exigere non valente, ea per communem arestationem exigatur. 1514: 31.
— in abductione, poenae saecularium contra ecclesiasticos, et civitates aequales sint, prout et vicissim. 1514: 32.
— abducti, vel motu proprio discedentes restituantur. 1518: 18. 1522: 58. 1543: 5.
— si Comes abducat, vel aliquam occupationem faciat, Universitas procedat, Regi referat, et Rex executionem decernat. 1522: 59.
— domos Nobilium incolentes dicentur. 1537: 6.
— in Slavonia migrandi licentia conceditur. 1538: 21. 22.
— migrantis seminatura ipsius est 1538: 23.
— contra jus et aequum detinentium poena viginti quinque marcae. 1538: 24.

Coloni violenter abducti restituantur. 1543: 5.
— migratio ad aliam diaetam rejicitur. 1546: 59.
— vetus migrandi libertas restituitur. 1547: 26.
— migrantis domus domino maneat, alteri colono, cui voluerit, pro libitu tradenda. 1547: 27.
— violenter abducens puniatur. 1547: 28.
— fugientem non restituens, et migrare volentem vi detinens puniatur. 1547: 29.
— in translatione Vice-Comites, et Judices Nobilium fideliter non procedentes, amissione officiorum suorum, et singulis 200 florenis puniantur. 1547: 30.
— quoad licentiationem, a judicio Judicum Nobilium ad Sedriam, et inde ad Tabulam Regiam fiat appellatio: colono interim in primo loco mansuro. 1547: 31.
— circa licentiationem, faciendis in executionibus, qui se exequenti opposuerit, poenam repulsionis 72 florenorum, si verberibus exequentem affecerit, poenam Majoris potentiae, quodsi mortem intulerit, poenam notae infidelitatis incurrit. Si officialis, absque scitu domini, id commisserit, sub ejusdem homagio, talem judicio tradere tenetur. 1547: 32.
— migratio ad tempus suspenditur. — 1548: 32.
— in re, executionem facere negligens Vice-Comes perdat officium et in 100 florenis convincatur. 1548: 43.
— census, victualia, et munera, Dominis terrestribus juxta antiquam cujusvis loci consvetudinem fiant. 1548: 33.
— in aratura tam vernali, quam autumnali, singulo aratro a mane usque occasum arare et semente sui Domini seminare tenentur. 1548: 35.
— singulus tempore culturae vinearum, falcationis, et messis, singulis septimanis duos dies, donec labor duraverit, Domino terrestri servire tenetur, ad reliquas septimanas imputandos. 1548: 36.
— per totum annum quinquaginta duobus diebus domino terrestri serviat. 1548: 37.
— res, Dominus vi non auferat, nec taxas extraordinarias ab eo exigat; pro redemtione tamen capitis, solennitate primitiarum, aut nuptiarum aliquod honestum et tolerabile subsidium Dominis praestare tenentur. 1548: 39.
— pro delictis jure convictus, poenam dictatam subeat, et birsagia jure pronunciata Domino persolvat. 1548: 40.
— sine manifestis delictis in carceres non conjiciantur. 1548: 41.
— si contra constitutionem per Dominum gravatus fuerit, migrare potest. 1548: 42.
— in quem locum translati sunt, in eo maneant. 1548: 44.
— per fugitivum dominus, ad quem fugit, de damnis illatis satisfactionem praestare tenetur. 1548: 45.
— servitia dominalia praetare tenentur, verum in impositione et educillatione vinorum certa limitatio fiat. 1550: 35.
— migrandi modus. 1550: 37.
— praetextu alicujus vani judicii, vel fidejussionis detineri nequit. 1550: 39.
— migratio in priori statu relinquatur. 1552: 8. 1553: 10.
— loco stabilitorum 52 dierum, qnadraginta diebus Domino suo annue laborent. 1553: 11.
— migratio fieri potest praesente Judice Nobilium et Jurato. 1553: 13. 1556: 28.
— migranti per Dominum illatum damnum, novus ejus Dominus, in Sedria Comitatus vindicare potest. 1553: 14.
— vetus migrandi libertas restituatur. 1556: 27. 1566: 27. 1791: 35.
— rite transmigrantem retinens puniatur primo in 100 florenis, secundo in 200 florenis, tertio in amissione Possessionis. 1556: 30.

Colonus clam, vel fugitive a Domino discedens, aut se abduci faciens, ubique capiatur; et bona ejus tam mobilia, quam immobilia, ad Dominum terrae, a quo fugit, devolvantur. 1556: 31.
— ad priorem Dominum sponte redire volens, libere potest, si Dominus, ad quem migravit, de excessibus coloni hujus Domino priori judicium impendat. 1556: 32.
— Regni Hungariae ad alia Regna, et Provincias non recipiantur. 1556: 33.
— vi abductus, aut fugitivus, sub poena 200 florenorum priori Domino restitui debet. 1558: 38.
— victualia, in proprium usum, soluto justo pretio licet Dominis accipere; vel etiam subditis pecunia ad exsolvendam dicam, vel alios necessarios usus carentibus, hanc mutuo dare, et mutuum postea in vino, et frumento, aliisque rebus recipere. 1563: 11.
— a dominis terrestribus non opprimantur. 1566: 26.
— in Austriam et Moraviam fugientes Hungaris restituantur, et ejates ab inde venientes non recipiantur. 1574: 30.
— quoad fugitivos observentur Regni constitutiones. 1588: 42.
— Slavonici liberum habeant in Patriam reditum. 1596: 36.
— in ablicentiatione, qui Comitatus in usu fuerunt, in hoc maneant: qui non, liceat eis privatam de ablicentiatione constitutionem statuere. 1608: 13.
— de Rascianis curabit Rex, ut cum dominis terrestribus et Capitaneis remedium inveniatur; et ne Comaromiensibus injuria inferatur. 1609: 25.
— fugitivos Capitanei et oppida, quae eos in medium sui recipiunt, sub poena Decreti restituant. 1613: 36.
— Valachorum intuitu, denominati jam semel Commissarii procedant. 1618: 32. 1635: 33. 1638: 51. 1647: 46.
— ad confinia fugientes restituantur. 1622: 27.
— in repetitione art. 36. 1613. renovatur 1618: 48., prout et art. 31. 1556. confirmatur. 1622: 28.
— circa repetitionem, tres cautelae adducuntur: 1-o ut 32 annorum praescriptio observetur, 2-o ut parti aggravatae extra dominium novo judicio uti liceat, 3-o ut, si intermedio tempore Armales impetrarentur, nullius sint vigoris. 1625: 54.
— quatuor, quorum quilibet proprium aratrum educere potest, ad unam portam computentur. 1635: 8.
— non taxentur, sed dicentur. 1635: 8. §. 3.
— Valachorum subreptitia privilegia cassantur. 1635: 40. 45. 1681: 64.
— quoad repetitionem, praescriptio simpliciter intelligatur, absque ulla cautela in art. 54. 1625. expressa. 1635: 52.
— Valachorum ex Confiniis Turcicis absque scitu Bani, et regnicolarum, in ditiones limitaneas non est admittenda inductio. 1638: 53. 1647: 47.
— propria aratra educere queuntes quatuor, qui duobus tantum jumentis educere possunt, octo; coloni vero jumenta non habentes, et inquilini 16 ad unam portam computentur. 1647: 36.
— fugitivorum intuitu, demonstratio per alia testimonia fieri potest. 1647: 133.
— ad praecavendas contra Dominos suos insurrectiones art. 17. 1622. connfirmatur et renovatur. 1649: 45.
— Petri Szirmay ex Szirma, et aliorum Nobilium ex Girincz, ad Confinium Onod abducti restituantur. 1649: 83.
— ad vecturam captivorum et rerum pro lytro capitis debitarum non adigantur. 1655: 22.
— fugitivos capitanei, sub poena toties quoties incurrenda 300 florenorum restituant. 1655: 41.

Colonorum ad Cumanos et Philistaeos fugientium in repetitione, a Palatino art. 67. 1638. et 51. 1635. observentur. 1655. 44.
— in civitatem Varasdinensem fugientes restituantur. 1655: 77.
— fugitivorum ex villis et oppidis, tam privilegiatis Hajdonicalibus, quam abusive sic nominatis, pro qualibus Kálló, Pocz, Megyasso, Balsa, Király Teleke, Polghár, Vári, Téglás, Bereghszász habentur; etiam cum gentibus per Judices Nobilium fiat repetitio. 1659: 69.
— quoad repetitionem art. 31. 1556. ita declaratur: quod duarum repetitionum poena per tertio factam restitutionem non compensetur, quodve plurium colonorum non restitutio, unica convictione compensetur. 1659: 70.
— de repetitione conditi articuli etiam ad montanas civitates extenduntur. 1662: 34.
— Valachorum regno incorporatio determinatur. 1681: 63.
— super repetitione et restitutione articuli editi uberius explanantur. 1715: 107. 1723: 60.
— conditionem assummentes. liberae migrationis taxalistae, ignobiles, vel manumissi, secundum conventionem cum Dominis terrestribus initam, iisdem obligati maneant; nullam autem conventionem ineuntes liberam semper habeant migrandi facultatem. 1723: 61.
— libera migratio conceditur. 1791: 35.
— praestationes per Urbarium defiguntur, cujus uberior elaboratio Deputationi Regnicolari concredita est, interea autem de Diaeta in Diaetam ejus provisio extenditur. 1791: 35. 1792: 12. 1796: 3. 1802: 6. 1805: 3. 1807: 3. 1808: 9. 1812: 3. 1827: 10.
— circa tractamentum. 1830: 14.
— migrare cupienti, si Dominus terrestris dimissoriales extradare nollet, tales ipsi Vice-Comes expediet. 1836: 4. §. 3.
— migrantionis in casibus observandae regulae. 1836: 4.
— migrare cupientem, si Dominus terrestris ultro etiam detineret, Vice-Comes adhibito etiam brachio dimittet, et renitens terrestris Dominus 200 florenorum poenae subjicietur. 1836: 4. §. 4.
— si numerosiores, vel plane omnes alicujus loci incolae, domicilia sua deserere intenderent, casus talis per concernentem Jurisdictionem investigetur. 1836: 4. §. 5.
— et Inquilini praehabitas in fundo investitiones et meliorationes, una cum beneficio usufructuationis Sessionis, et Constituvorum colonicalium, ope liberae emtionis et venditionis in alium quemcunque transferre possunt. 1836: 4. §. 6.
— et Inquilini ob graves, vel publico perniciosos excessus aut ob manifestatam in obligationibus subditalibus renitentiam, atque si dominalibus aut publicis oneribus supportandis insufficientes forent, amoveri possunt. 1836: 4. §. 12.
— et Inquilinorum abaestimatio. 1836: 4. §. 13.
— et Inquilinorum amotio, tantum via urbariali locum habet. 1836: 4. §. 13.
— Inquilini amovendi tenuta, si licitatione vendi nequirent, horum cultura ipsi Communitati injungatur, si vero ex investigatione prodiret, sessionem talem inusuabilem redditam esse, haec vel relate ad praestationes devalvanda, vel e numero sessionum urbarialium expungenda erit. 1836: 4: §. 14.
— et Inquilinorum proles penes testimoniales concernentis personae Magistratualis libere migrare possunt, quin dimissorialibus Dominorum terrestrium indigerent. 1836: 4. §. 15.
— Sessionalis Constitutivi classificatio. 1836: 5.
— et Inquilinus, propriam domum habens, titulo annui census unum florenum Dominio solvet. 1836: 7. §. 1.

Coloni integrae Sessionis in Comitatibus Posega, Verőcze et Szerém, annue tres florenos Dominio pendendos habet. 1836: 7: §. 1.
— Nonam ex omnibus terrae nascentiis praestare tenetur. 1836: 7. §. 2.
— integrae sessionis annue 52 jugales operas, vel Dominio sic volente, loco unius jugalis duas manuales operas ab ortu usque occasum solis praestare tenetur. 1836: 7. §. 5. 1840: 7. §. 6.
— integrae sessionis in Comitatibus Posega, Verőcze, et Szerém, labores 24 dierum cum duobus jumentis praestare tenetur. 1836: 7. §. 5.
— integrae sessionis unam orgiam lignorum e sylva gratis devehere tenetur. 1836: 7 §. 8. 1840: 7. §. 8.
— arundinationis beneficio gaudentes, 40 manipulos arundinis desecare, et convehere debent. 1836: 7. §. 8.
— singillativi, aut totae Communitates, urbariales praestationes, labores, et datias, certa aversionali summa, pro perpetuo redimere possunt, inita eatenus cum Dominio terrestrali Conventio, velut Contractus perennalis, nullo sub obtutu invalidari poterit. 1836: 7. §. 9. 1840: 7. §. 9.
— ratione praestationum, laborum, et datiarum, perpetuos contractus inire psssunt. 1836: 8. §. 2.
— defunctorum remansam substantiam Judex loci, cum duobus Juratis, et Notario conscribet, accuratumque inventarium conficiet, cujus unum exemplar penes Communitatem manebit. 1836: 9. §. 6. 1840: 7. §. 10.
— sub tutela constituti, absque tutoris consensu, per Dominium approbando, de substantia sua disponere nequeunt. 1836: 9. §. 8.
— absque naturalibus haeredibus decedente, Judex et Primores loci idipsum Dominio, cui successio competit, illico insinuare tenentur. 1836: 9. §. 9.
— urbarialem suam querelam primo Dominio deteget, et si ibi intra quindenam medelam non obtinuerit, ad Vice-Comitem, aut Processualem Judicem Nobilium se convertet. 1836: 10. §. 1.
— cum indultu Dominii fornicem apertum tenentes, et sales distrahentes, in eodem usu porro relinquuntur. 1840: 7. §. 4.
— integrae sessionis per annum 52 jugales, vel vero, domino sic volente, loco unius jugalis duas manuales operas praestare tenetur, et a proportione hujus mediae, quartae, aut octavae partis sessionis Coloni operas jugales et manuales pro parte terrestris Domini perficere obligantur. 1840: 7. §. 6.
— laborem dominalem ex cervicositate perficere intermittens, pro intermissa singula opera jugali in 2 florenis M. C., et pro neglecta manuali opera in 1 floreno M. C. punietur. 1840: 7. §. 7.
— defunctorum relictae substantiae Orphanales debite conscribantur, et conscriptionis unum exemplar ad Archivum Jurisdictionis publicae reponatur. 1840: 7. §. 10.
— de aquisita mobili et immobili substantia libere disponere possunt. 1840: 8. §. 1.
— proles utriusque sexus, e legitimo thoro progenitae, in omnibus avitis, et ab intestato relictis aquisitis aequaliter succedunt. 1840: 8. §. 2.
— major pars urbarialem regulationem et commassationem petere potest. 1840: 7. §. 14.
— in semine deficientibus, superstites parentes succedunt. 1840: 8. §. 7.
— conjugum singulus, de rata medietate coaquisitorum, libere disponere potest. 1840: 8. §. 7.
— in semine deficiente, omnis coaquisita substantia in superstitem conjugem devolvitur. 1840: 8. §. 8.
— sine directis descendentibus decedentium inter aquisita, si colonicalis sessio contineatur, hanc terrestris Dominus alteri colono cedere tenetur. 1840: 8. §. 11.

Colonus in semine deficiens, si in statu indiviso fatis cessit, successio non tantum in avitis, verum si nec vidua, nec parentes superstites sint, in omnibus etiam ab intestato remansis aquisitis proximos collaterales respicit. 1840: 8. §. 12.
— in plenario defectu, dum nec collaterales supersunt, tam in avitis, quam aquisitis terrestris Dominus succedet. 1840: 8. §. 13.
— in semine deficientis vidua in omnibus avitis ejus bonis succedit, nisi defunctus de intertentione viduae testamentaliter disposuisset. 1840: 8. §. 16.
— de successione latae leges etiam ad nobiles, qui fundos colonicales tenent, extenduntur. 1840: 8. §. 19.

Colonicalium Sessionum ad liberam emtionem et venditionem, consensus Dominii, et improtocollatio cequiritur. 1836: 4. §. 7.
— Tenutorum venditio si absque improtocollatione fiat, Contractus talis pro nullo est habendus. 1836: 4. §. 7.
— Tenutorum emtiones et venditiones, juri regulationis, et commassationi obstare nequeunt, neque segregationem aut restrictionem praevigentis communis pascui impedire possunt 1836: 4. §. 8.
— Sessionum emtio et venditio in Comitatibus Temes, Torontal et Krassoviensi ultro quoque irrestricte admittitur. 1836: 4. §. 10.
— quot sessiones unum individuum emere possit? 1836: 4. §. 10.
— fundorum intravillanorum defectus, aut supernatantia in extravillanis compensetur, aut imputetur. 1836: 5. §. 2.
— fundorum subdivisio, cum consensu Dominii, nonnisi ad medias, et quartas, non tamen infra, institui potest. 1836: 5. §. 4.
— Sessio infra unam quartam subdivisa, occasione venditionis ad legalem quantitatem coadunetur. 1836: 5. §. 4.
— tenutorum pignorationes, vel temporanea cambia, si cum consensu Dominii intervenerunt, Dominus terrestris evolutis annis contractualibus Colonum ad reluitionem stringere, aut si absque consensu illius intervenissent, ad amissionem summae pignoratitiae, aut cambio superadditae procedere potest. 1836: 5. §. 5.
— Constitutivi Sessionalis quantitas relate ad medias et quartas in proportione directa intelligenda venit. 1836: 5. §. 6.
— fundos intra et extravillanos, terrestris Dominus nonnisi dato in natura perfecto aequivalenti, et praestita superaedificatorum et meliorationum bonificatione, via urbariali permutare potest. 1836: 5. §. 7.
— in fundis degentes Nobiles onera tam publica, quam dominalia ferre obligantur. 1836: 11.
— fundorum ab usufructuatione, Nobiles contributionem ferre obligantur. 1836: 11. §. 1. 2. 3. 4. 5.
— sessiones, occasione introducti urbarii qua populosae conscriptae, et serius desertae, nisi penitus inusuabiles sint, denuo impopulentur. 1836: 11. §. 9.
— sessionum desertarum impopulationem impediens terrestris Dominus poena 200 florenorum mulctabitur. 1836: 11. §. 9.
— sessiones per terrestrem Dominum a fundo contributionis subtractae impopulentur, et contributioni reapplicentur. 1836: 11. §. 10.
— sessiones licitatione judiciali dismembrari nequeunt. 1836: 15. §. 17.
— ratione fundorum, pro semitis ferreis, aut canalibus cessorum, terrestris Dominus Tabellam Urbarialem rectificare, obtingentiamque Nonae, et aliarum datiarum, ac praestationum urbarialium devalvare tenebitur. 1836: 25. §. 6.

Colonicalis Sessio inter proles Colonorum, consentiente Domino terrestri, in natura dividi potest, amica complanatione non succedente, eadem via celebrandae inter Condividentes licitationis, plurimum offerenti condividenti tradetur. 1840: 8. §. 4.
— Sessionis onera, si condividentes supportare nequirent, aut medietas ad minimum condividentium publicam licitationem desideraret, hanc praepedire nullum in casum licet. 1840: 8. §. 5.
— si sibi invicem, aut terrestri Domino suo, aut aliis terrestribus Dominis damnum inferant, si damnum non deliberato animo aut notabili culpa causatum sit, et summam 60 florenorum M. C. non excedat, ipse Dominus terrestris, aut ejus repraesentans judicare potest. 1840: 9. §. 6.
— sive nobilis, sive ignobilis, ob iteratam voluntariam, aut plane violenter patratam damnificationem, e sessione urbariali amoveri potest. 1840: 9. §. 17.
— integrae sessionis ad structuras publicas annue duodecim diebus curru et jumentis suis laborare debet. 1844: 9. §. 1.

Colosvariensis civitas in Transilvania (Claudiopolis) pertinet ad proventus Regios inalienabiles. 1514: 3.

Comaromiensis Comitatus cum Camera de Kremnicz exarendatur. 1342: §. 1.
— pro Comitatu Judicia Posonii pro festis Epiphaniae, et Jacobi celebrentur. 1548: 19.
— nobiles militent sub Capitaneo per Palatinum constituendo. 1555: 4.
— Comitatus reparet aggeres danubiales in insula Csalóköz. 1569: 21.
— Comitatus Insulani dimidium gratuitorum laborum praestent ad repleturas aggerum Danubii. 1569: 21.
— Comitatui damna per Vallones illata refundantur. 1601: 30.
— Comitatus reparabit Albam Regiam. 1607: 14. §. 17.
— Comitatus ad reparationem Arcis Tata concurret. 1622: 36. §. 22. 1630: 3. §. 4. 1635: 92. §. 21. 1647: 153. §. 20. 1649: 86. §. 9. 1655: 116. §. 11.
— Comitatus gravamina contra Capitaneos Comaromiensem et Tatensem discutiantur. 1618. 6. et complanentur. 1622: 64. ad id nominantur Commissarii. 1625: 21.
— Comitatus perpetui Comites sunt Comites Nádasdy. 1751: Concl.
— pro Musaeo Nationali confert 4243 florenos 59 ⅝ xros. 1827: 35.
— spectat ad Tribunal cambiale Pestiense. 1840: 15. II. §. 2 a).
— pro Erudita Societate Hungarica confert 701 florenos 44 xros. 1840: 42.

Comaromium mensae Regis addicitur. 1518: Bách 14
— ad, militent Comitatus Posoniensis, Comaromiensis et Jaurinensis. 1555: 4.
— Curiarum et domorum pro structura arcis conversarum aequivalens et pretium per Commissarios complanetur. 1555: 91. et refundatur. 1659: 81. 1662: 39.
— Arcem Comitatus Comaromiensis operis et vecturis suis reparabit. 1556: 10. 1567: 17. §. 8. 1569: 19. §. 13. 1578: 27. §. 22. 1604: 8. §. 17. 1608: 15. §. 2. p. c. 1609: 61. §. 18. 1613: 8. §. 2. 1618: 49. §. 2. 1622: 36. §. 17. 20. 1630: 3. §. 4. 1635: 32. §. 20: 1647: 153. §. 20. 1649: 86. §. 10. 1655: 116. §. 12.
— ligna pro foco et munitione ex Insula Csalóköz subminstrentur. 1563: 22.
— Capitaneatus nativo Hungaro conferatur. 1608: 11. a. c.
— inhabitatoribus injuria non inferatur. 1609: 25.
— et Tatensem contra Capitaneos gravamina discutiantur. 1618: 6. 1622: 54. 1635: 78.

Comaromiensium domorum combustarum et desolatarum fiat per Commissionem aestimatio et contentatio. 1618: 6.
— oppidi et Comitatus gravamina contra Capitaneum jure discutiantur. 1618. 6. Deputantur ad id Commissarii 1625: 21.
— Vice-Capitaneus nativus Hungarus constituatur. 1618: 7. et in eodem praesidio habitet et a supremo Praesidiario dependeat. 1638: 19.
— ad reparandum, Comitatus Trenchiniensis taxis suis concurret. 1622: 36. §. 18.
— Praesidiarii non compellant nobiles ad vecturam lignorum. 1622: 51.
— fossati ad revisionem nominantur Commissarii. 1630: 32. 1635: 63.
— Capitanei cessent ab inductis exactionibus. 1630: 44.
— reparabunt propria bona ejus in Comitatu Pilis sita, et totus Comitatus Comaromiensis. 1635: 92. §. 20.
— pontes ruinosi per Tricesimatores et Teloniatores reparentur. 1638: 69.
— admittitur liberum Religionis exercitium Evangelicis. 1647: 9.
— oppidi privilegia immunitatis a telonio maneant in suo esse. 1647: 147.
— annonae magister in educillatione vini se mensurae Posoniensi accommodet. 1659: 23.
— Praesidiariorum excessus refraenentur. 1659: 24.
— per officiales inductae exactiones abrogentur. 1659: 63. 1681: 20.
— qua privilegiatum et Regium oppidum non dicetur sed taxetur. 1659: 68.
— ex Praesidio pro custodia passuum glacialium Pedites provisi mittantur. 1659: 74.
— celebrentur congregationes Comitatus Strigoniensis. 1681: 50.
— Generalatus ad Confinia transferatur. 1715: 42. 1723: 23.
— Educillorum per militiam inducta restrictio tollatur. 1715: 82.
— per Commendantes usurpata Regalia abrogentur. 1729: 3.
— Telonium sufferatur. 1723: 15.
— in numerum Liberarum Regiarum Civitatum cooptatur. 1751: 27.
— Arendatores educillorum Regiorum nullam sibi in Incolas et Nobiles jurisdictionem arrogent. 1723: 76. 1729: 9.
— pro Musaeo Nationali offert ducentos florenos. 1827: 35.

Combusti, substantiam sex florenorum habentes, post tres annos dicentur. 1636: 30.

Comes Castri, destruens populum suum, convictus dignitate privetur, et ablata restituat. 1222: 14.
— Camerae jura et obligationes circa monetam. 1342.
— Camerae Vice-Cancellario, consvetas 30 Marcas proventuum in usitatis terminis solvat. 1342: §. 50.
— Camerae Comitibus Parochialibus tres Marcas solvat. 1342: §. 52.
— Camerae, si fractis sigillis sine Archi Episcopo, et Tavernico monetam cudere praesumserit, per Tavernicum ut falsarius puniatur. 1342: 40.
— Curiae nonnisi causas aulicorum discutiat. 1222: art. 5. §. 1.
— Curiae causam in Curia inchoatam, ubique terminare, non tamen officialem judicem substituere potest. 1222. 9.
— Curiae duas dignitates gerere potest. 1222: 30. 1498: 70.
— Posoniensis est Baro Regni. I: 94.
— Posoniensis in Comitiis ante Coronae custodes sedet. 1687: 10.
— Supremi Sigillis suis Procuratores constituunt. II: 13. §. 6.
— Barones, Principes, quartus decor Regiminis est horum fidelitas et fortitudo. S. Steph. I: 4.

Comites quod Regis est, apud se non detineant, praeter restitutionem, sub poena dupli. S. Steph. II: 42. Si quis Judicium a suo Comite recte judicatum spernens, ad Regem appellaverit, cupiens Comitem suum reddere injustum, sit debitor suo Comiti 10 pensarum auri. S. Steph. II: 43.
— qui militi quid absulerit, reddat, et insuper ex suo tantundem S. Steph. II: 44.
— Supremi domi nisi aulicos, et voluntarie venientes, sub poena 55 pensarum auri judicent. S. Ladis. III: 3.
— supremus judicet causas ministrorum Regis aut Ducis, ad Synodum, aut Judicem venire nolentium. Colom. I: 11.
— inter duos si lis oriatur, ea per vicinum Comitem judicetur. Colom. I: 13.
— supremi habeant tertiam partem tributorum, et vectigalium. Colom. I: 25.
— qui proprios in villis suis liberos habuerint, de quibus equos accipere, et centum pensas possint colligere, loricatum unum Regi de sumtu illo procurent, si vero quadraginta pensas, militem absque lorica educant, et si minus, suis usibus reservent. Colom. I: 40.
— supremus non praesummat in Ecclesia sibi vendicare potestatem, praeter Episcopum. Colomannus. I: 65.
— denarios, qui per totum Regnum colliguntur, quantum super quovis Centuriatu fuerit collectum, nominatim cum designatione numeri, Strigonium annue usque festum St. Michaelis mittant, quin suam partem praevie inde tollant, divisione Strigonii instituenda; si usque ad hoc tempus non miserint, aut attulerint, in duplo reddant. Colom. I: 79.
— Parochiani non discutiant praedia servientium, nisi causas monetarum, et decimarum. 1222: 5.
— supremus nonnisi Causas monetarum et decimarum disquirere audeat. 1222: 5.
— supremus, si se honorifice juxta Comitatus sui qualitatem non habuerit, vel destruxerit populos Castri sui, convictus super hoc, cum restitutione ablatorum, honore suo privetur. 1222: 14. 1536: 36. 1548: 66.
— jure tantum Comitatus sui fruantur; caetera ad Regem pertinentia, scilicet: cibriones, tributa, boves, et duas partes castrorum Rex obtineat. 1222: 29.
— supremi in defraudatores lucri Camerae animadvertant. 1342.
— supremi malefactores in quorumcunque bonis capere et punire possunt. 1405. I: 5. 1486: 48. 1492: 81. 1518: 35. 1548: 48. 49. 1574: 7. 1599: 36. 1655: 26. 38.
— birsagia cum Judice Nobilium aequa parte dividat. 1435. II: 5.
— bona occupantes, primo Comitatus, deinde Judex Curiae Regiae judicat. 1435. II: 5. §. 3.
— Vice-Comites, et Judices Nobilium in Causis, coram eisdem vertentibus, duas partes birsagiorum accipiunt. 1435. II: 7. 1495: 12.
— satisfactionem Actu potentiario injuriatis absque dilatione praestet. 1454: 15.
— supremus Comitatus tantum Nobilis esse potest. 1471: 15.
— Vice-Comites, Judices Nobilium communis justitiae defensores. 1471: 31.
— Vice-Comites, contrarium Decreto facientes, ad Curiam evocati, in facto potentiae convincantur. 1471: 31.
— perpetui ex vetusta regni liberate, solius Regiae Majestatis judicio subjecti manent. 1486: 21.
— supremi nullius, praeter Regis, judicatui subsunt. 1486: 21. §. 1.
— tributorum loca revideat, et de singulis Regi relationem praestet. 1486: 35.

Comitis supremi propriorum teloniorum Causas duo vicini Comites cognoscant. 1486: 35.
— supremi Privilegia teloniorum revideant. 1486: 35.
— supremus cuilibet Comitatui praeficiatur, juret coram Rege, et ex illo Comitatu, et non aliunde teneatur notabilem aliquem virum pro Vice-Comite eligere. 1486: 60.
— Vice-Comiti, vel Judici Nobilium in Executione vim inferens; in Nota infidelitatis convincitur. 1486: 67. Nunc in poena Actus Majoris Potentiae. 1723: 10. §. 2.
— Malefactores ubique, et in bonis quorumcunque capere possunt; et si rustici restiterint, et illos capi curare potest. Si officialis restiterit, et eos statuendos promiserit, et non fecerit, prout et, si Dominus ipse quoque restiterit, Comes etiam possessionem occupari faciat, Fisco Regio in perpetuum applicandam. 1486: 48. 1492: 81
— supremus sit Hungarus. 1492: 6.
— in Slavonia non possunt ad executiones procedere, nisi de sede et Commissione, ac cum literis Regnicolarum. 1492: 9.
— in Slavonia, absque Commissione sedis, Executionem non peragat. 1492: 9.
— bona, non obstante contradictione, per Impetrantem occupata, Dominis restituat, insufficienti ad hoc Comitatus assistentiam det, nec hoc sufficiente, Rex exequatur. 1492: 59. 1635: 91. 1647: 23.
— supremus Causam ex Curia remissam, sub poena 25. marcarum gravis ponderis, intra quindenam exequatur. 1492: 73.
— violentum bonorum occupatorem, si in aestimatione bonorum et damnis convincere remoretur, officium amittat, et ipse convincatur. 1495: 11.
— supremorum, Vice-Comitum, et Judicum Nobilium judicio omnes parere tenentur. 1495: 15.
— Vice Comites, Judices Nobilium sine exmissionalibus literis Executiones non faciant. Sine exmissione Comitatuum executionem peragentes emendam capitis incurrunt. 1495: 16. 18.
— executionem absque exmissione Comitatus sub poena capitis emendae non peragat. 1495. 17.
— Aresti indebiti Judices puniant. 1495: 21. §. 1.
— supremi a Comitiis Regni neminem dispensent. 1498: 1.
— possessiones avulsas rursus Comitatui, ad quem de jure et ab antiquo pertinent, reincorporari curent. 1500: 28. 1542: 36. 1546: 53. 1618: 71.
— Comitatuum jurent coram Rege, et sedis ejus Assessoribus, a nolentibus jurare officium auferatur. 1504: 2. 1548: 66.
— Vice-Comitem cum consensu Nobilium eligat, e numero verorum ejus Comitatus Nobilium, Comitatuum honores nullus exterarum nationum habere potest, ab eis, qui haberent, Rex auferat. 1504: 2.
— honor in perpetuum nemini conferatur. 1504: 3.
— honor a Praelatis, qui in producendis literis a sanctis Regibus jam defecerunt, auferatur. 1504: 3.
— Vice-Comites, contra articulum constituti, si contra praescriptum Decreti aliqua deliberarent, nullius sint vigoris. 1504: 4.
— Executionem brachialem, si Gentes Comitatus sufficiant, peragat. 1507: 1.
— a Liberis Regiis Civitatibus Colonos recuperent. 1514: 29. §. 1. 2.
— in casu rebellionis rusticanae, Judicia generalia Palatinalia celebrare permissi sunt. 1514: 43.
— supremi bona, tempore disturbiorum occupata, restituere nolentem, cum fructibus ad id cogat, et in violentiali poena convincat. 1514: 49.
— supremi de ablatis Nobilium rebus, exceptis in praelio amissis satisfaciant. 1514: 51.
— a judicio exemtiones cassantur. 1526: 33.
— Parochialis Regi juramentum praestare debet. 1536: 35.

Comes, contra quem vera querela delata fuerit, parte prius utraque audita, officio privetur, et ejus loco, quem Comitatus commendaverit, praeficere sua Majestas non dedignetur. 1536: 36.
— quae extra locum sedis Judiciariae ex officio egerint, si mutatio loci praeter voluntatem Universitatis facta fuerit, pro irritis habeantur. 1536: 37.
— et aliorum officialium alienigenarum admonitio judicialis irrita sit. 1536: 37.
— supremus extra judicium nihil valide judicare potest. 1536: 37.
— sub amissione officii, bona occupata, et reoccupata dominis suis restituat. 1542: 1. 1638: 27.
— violentos bonorum occupatores, intra annum ex iisdem ejicit. 1542: 5. §. 2.
— coram Rege, vel Locumtenente, vel in Comitatu jurent, secus officio priventur. 1542: 28. 1546: 38. 1552: 38. 1559: 52. 1563: 66.
— qui necdum jurarunt, jurent. 1542: 49. 1545: 52.
— de milite damna inferente, vel victualia auferente, satisfaciat. 1543: 25.
— qui officia sua male administrant, comperta prius rei veritate, amittant officia. 1548: 66.
— supremi creantur ex iis, qui bona potiora in Comitatibus tenent. 1551: 19. 1554: 19.
— honores Hungaris, et non Germanis, sicut Soproniensis et Mosoniensis tenent, conferantur. 1553: 30.
— jurent; qui se coram Rege jurasse asseveraverint, testimonium authenticum producant. 1553: 30.
— de illis, qui in Comitatibus bona non habent, antiquae constitutiones observentur. 1559: 53.
— sedem Judiciariam promulgant. 1569: 11.
— supremo non existente, Vice-Comites tam in administratione Dicae, quam in aliis Juridicis procedant. 1578: 4.
— majorem, quem Grof vocant, ut sua Majestas Nicolaum Pálffy faciat, supplicatur. 1599. 48.
— perpetuum. 1599: 48.
— supremi Episcopi, Privilegia sua in futuris comitiis producant. 1609: 23.
— sicca telonia deponant. 1625: 34. §. 2.
— supremi officium minorenni non conferatur. 1638: 33. 1647: 75.
— de illatis damnis satisfactionem praestet, et damna reparari procuret. 1642: 21.
— supremi, Nobiles Comitatuum, quibus praesunt, non opprimant, non incaptivent juris ordine non convictos, sub art. 66. 1548: poena. 1647: 76.
— supremi in revisione rationum comitatensium, per se, vel per homines suos interesse possunt. 1659: 68. 1662: 27.
— haereditarii, in Comitiis post coronae custodes sedeant. 1687: 10.
— supremi in Comitiis post haereditarios, jure senii et installationis, consident. 1687: 10.
— supremi in Comitatibus, quibus praesunt, resideant. 1723: 56.
— supremi singulo triennio, vel necessitate exigente, etiam citius sedes Restauratorias indicent; ac Candidatos cum priori Vice-Comite idoneos quatuor e statu Nobilium proponendo, Restaurationem celebrare tenentur; qui Vice-Comites, et alii officiales de numero verorum Nobilium, possessionati, disinteressati, ac Dominis terrestribus, ejus Comitatus nullatenus obligati sint; qui ad hujusmodi officium cum consensu totius Comitatus eligantur. 1723: 56.
— dehonestans, violationem sedis Judiciariae incurrit. 1723: 57.
— supremi et Vice-Comites in causis activis et passivis judicatui Comitatus subsunt. 1751: 36.
— Siculorum inter Barones Regni recensetur. I: 94.
— Temesiensis inter Barones Regni recensetur. I: 94.
— Temesiensis Banderium unum ad Insurrectionem statuat. 1498: 21.

Comes Temesiensis Comitatum solum Temesiensem habeat. 1498: 44.

Comitatus Statuta inter ipsos observanda, et alios Nobiles non ligatura, in quantum Legibus Regni et Libertatibus aliorum non praejudicant, pro usu ipsorum condere possunt. III: 2. §. 5. 6. 1649: 15.
— integri honores in perpetuum non conferantur. 1222: 16. 1504: 3.
— literas circa telonium et naulum sibi exhiberi faciat, et taxas juxta modernam monetam defigat. 1435: II: 22. 23.
— honorem nonnisi Nobilis accipiat. 1471: 15.
— proclamatae Congregationes, in auditum extra Regnum hoc Judicium, et breves evocationes tollantur. 1486: 2.
— cuilibet Comes praeficiatur, qui ex illoComitatu, et non aliunde Vice-Comites eligere tenetur. 1486: 60.
— Vice-Comites, ex eodem Comitatu, e potioribus Nobilibus semper esse debent. Si publicum malefactorem dimiserint, homagium illius Comiti Parochiali, et laesis indemnitatem persolvant. 1492: 80.
— contribuentes ad reparationem pontium et viarum stringat. 1492: 87.
— Sedes Judiciariae ad antiqua loca reducantur. 1495: 29.
— honores, bene meritis, nobili prosapia ortis, ac in Comitatu habitantibus conferantur. 1498: 57.
— honores personis ecclesiasticis non conferantur, nisi qui a Sanctis Regibus collatos habent. 1498: 57.
— taxas teloniorum per Juratos Nobiles conscribat, et proximis Comitiis referat. 1498: 74.
— superiores, pixidarios loco equitum mittant. 1518: 6.
— in quolibet Rex Capitaneum constituat, et de ejus salario provideat, qui gentes etiam ante tempus belli revideat. Nobiles tamen suas gentes, in illo Comitatu, ubi resident, secum ducere tenentur. 1523: 44.
— pro necessitate communi, quod nonnunquam, non modo in rusticos, sed etiam in nobilitatem ipsam, ex unanimi nobilium consensu imponitur, nemo se, sub poena 12 marcarum argenti eximere audeat. 1537: 21.
— abstractae villae restituantur. 1542: 36.
— singulus, occasione expeditionis militaris, suum habeat Capitaneum. 1553: 4.
— pecuniarum collectores rationes dare tenentur, et ad id etiam per detentionem personarum cogi possunt, cum ex Decreto Regni, cuilibet privato Nobili de eorum officialibus id facere liceat. 1554: 20.
— officia acceptare nolentes, poena in Decreto statuta puniantur. 1559: 54.
— quibus desunt Supremi Comites, Vice-Comites plenarie officio eorum perfungantur. 1578: 4.
— Gentes, sive milites per quos lustrari debeant? 1597: 10.
— in Congregationibus, post reditum ex Diaeta, prout et in privatis conventiculis, contra illos, qui iis, quae in Comitiis conclusa sunt, contraria constituere nituntur, poena 1504: 1. statuta irrogetur. 1597: 46. 1599: 23.
— ad Judicia, praeter Juratos assessores, alii etiam Assessores, e potioribus Nobilibus, sunt juramento obstringendi; iique Sedibus Judiciariis intersint, extra hos vero Juratos nullus alter in revisione Causarum votum habeat. 1613: 24.
— contra Tybisci exundationes, ubi fluvius erumpere solet, concludant inter se de aggerum erectione. Ita etiam in aliis Comitatibus erectio aggerum fiat contra flumina exundantia. 1613: 27.
— controversias metales Palatinus dirimat. 1618: 71.

Comitatus ad Comitia Regni Nuncios suos mittant possessionatos, ex nobili prosapia oriundos. 1625: 62. §. 3.
— ne imposterum per Suam Majestatem, vel ejus succcssores, et privatorum Nobilium Arces, et Dominia concedantur, cautum esse volunt Status et Ordines. 1647: 21.
— Rationum in revisione liberum est Supremis Comitibus per se, vel per homines suos interesse. 1659: 68. 1662: 27.
— limitent pretia rerum venalium, mechanicorum, opificum, et lanionum, talique limitationi contravenientes, in majoris valoris rebus 12 fl., in hanc non attingentibus, amissione ipsius rei mulctentur. Qui se executioni opponerent, Nobilis in 100 flnis, Rusticus in 40 florenis convincantur. 1659: 71.
— Pupillis et orphanis qualiter prospicere debeat. 1715: 68.
— oppressionem plebis impediant. 1715: 101.
— Croaticorum Vice-Comitum et subalternorum officia quolibet triennio mutentur; incompatibilia per unam eandemque personam non gerantur. 1715: 123.
— in generalibus Congregationibus conclusa, per particulares Congregationes, multo minus per Supremos, aut Vice-Comites alterari non possint, conclusisque absentes, se etiam accomodare debeant. In votisatione ratio legis et consvetudinis habenda est. 1723: 58.
— omnia palam, publice; et debita cum moderatione tractent, taliterque conclusa improtocollari faciant, ac antequam dissolvantur, perlegantur, et ita fidedignitatem sortiantur. 1723: 58.
— ex uno non liceat Dominis terrestribus Subditos ad alium translocare, sub poena homagii, post admonitionem non reductorum. 1723: 62.
— Supremi aut Vice-Comites, citra vel contra publicas comitatenses dispositiones, damnosas et arbitrarias erogationes facere non audeant. 1723: 63.
— Perceptoribus, rationes suas praesentantibus, neglectaque ad summum intra bimestre spatium earum censura, demortuis, onus in tali casu nefors emergendum, non ad haeredes Perceptorum, sed ipsos ejus temporis Magistratuales, per eosdem effective complanandum derivabitur. 1723: 63.
— respectu mercedis famulorum ignobilium, circa rem agrariam et pecuariam, domesticas etiam operas servientium, non secus omnium Mechanicorum dietim laborare solitorum moderandae, et servitiorum initii, ubivis circa novum annum, praeter opiliones et Majalium Pastores, statutum servitii tempus habentes, inducendi, juxta statum et situm, ordinem, ac salutares dispositiones facere debent. 1723: 66.
— Educilla, Macella, aliaque Jurisdictionalia Dominorum Terrestrium Jura usurpare non possunt. 1723: 73.
— ubi adhuc non est, quantum fieri potest, in meditullio, aut aliqua civitate, vel majori oppido, Domum Comitatensem comparent, et ibidem etiam Jure gladii utantur: Dominique terrestres, et civitates locum sufficientem, sine tamen appertinentiis dare tenentur; erga ejus pretium etiam quoad censum. 1723: 73.
— Officiales debita, ad nomen Comitatuum levantes, si haec ad publicas necessitates conversa non essent, Comitatus ad talium debitorum solutionem non obligantur, verum creditores ad illos officiales, qui pecunias levarunt, relegentur. 1723: 84.
— filios bonarum familiarum fine accommodationis indicet. 1723: 105.
— ad tollenda quaevis publicorum, et diaetalium conclusorum effectum remorantia impedimenta, Consilio Locumtenentiali Regio Informationes suppeditabunt, quos si dare omiserint, Consi-

lium Suae Majestati repraesentabit, ut congruum remedium ordinare possit. 1723: 112.
Comitatus adulteratores vinorum praestantiorum, aut his deteriora substituentes, et ita pro melioribus vendentes, ac emtores defraudantes, amissione totalis vini puniat. 1723: 118.
— quilibet unum tantum habeat Vice-Comitem. Universitati, si solus ad munus gerendum insufficiens foret, pro ratione ac exigentia necessitatis eidem substitutum adjungere, hujusque activitatem regulare integrum erit, salvo. 56. 1723: rite et exacte observando. 1729: 15.
— excessus militares relaxare, et condonare non possunt. 1729: 18.
— Officiales judicialia Acta, post singulum anni efluxum, ad Archivum Comitatus resignare tenentur; causantibus vero in paribus, et non in origine extradabunt. Sed et extra officium constituti officiosa Acta, ad insinuationem Comitatus, sub poena detentionis literarum resignare tenentur. 1729: 25.
— Sedriae cum continuo celebrari nequeant, ideo exceptis Causis Criminalibus et Urbarialibus, et iis, quae collective Comitatus negotia seu politica seu oeconomica tangunt, caeterae omnes per Vice-Comites aut Judices Nobilium decidantur, appellatione ad Sedriam salva permanente. 1729: 35.
— literae officiosae per postae officia absque taxa acceptentur et extradentur. 1741: 31.
— Judicatus etiam in Causis Supremorum et Vice-Comitum activis et passivis, in Regnis quoque Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae observetur. 1751: 36.
— oneribus tam publicis, quam domesticam eorum cassam respicientibus, pro aequaliter ferendis, omnia eidem Comitatui ingremiata loca proportionate contribuere tenentur. 1765: 21.
— bona Pupillorum adhibitis cognatis conscribat, rationes de tempore in tempus a Tutoribus exigat. 1765: 26.
— in quo caput bonorum Pupillorum est, si de Tutore per parentem provisum non sit, Tutorem dabit. 1765: 26.
— legalis consistentia et activitas salva permanet. 1791: 14.
— invigilet, ut pro decisione querelarum urbarialium Sedes Dominales de tempore in tempus asserventur, et si celebratio talium in longius differretur, terminum asservandae Sedis Dominalis praefiget. 1791: 35. 1792: 12. §. 5.
— provideat, ne depopulatio sylvarum fiat. 1791: 56.
— Commissionibus non graventur, verum, si qui defectus emerserint, ordinaria potius Supremorum Comitum authoritate corrigi procurentur. 1805: 5.
— Commissionibus Regiis non graventur. 1805: 5. §. 3.
— cui locus controversus per articularem Commissionem subjicitur, alteri Comitatui, cui ille decessit, indemnisationem praestare tenetur. 1836: 27. §. 4.
— Sedriae urbariales cum Consilio Locumtenentiali Regio immediate correspondere possunt. 1840: 7. §. 11.
— Cassis inferentur mulctae per Judices Nobilium a damnificatoribus desumtae. 1840: 9. §. 7.
— Sedriae, quamprimum Processus Concursualis movetur, e sui gremio Deputationem e quinque membris consistentem activisabit, ut sub decursu litis, et in praestitutis pro praesentatione, et extradatione Actorum Processualium terminis, in loco judicii adsit, et Sententias interlocutorias ferat; Sententias attamen meritorias tantum plenum Sedriale Judicium ferre poterit. 1840: 22. §. 122.
— quilibet expensas Comitiorum pro suis tantum nunciis solvendas habebit. 1840: 45. §. 2. 3.
Comitatus Magistratualibus praestitae per contribuentes vecturae, his e Cassa Comitatus domestica solvantur. 1844: 9. §. 14.
— Magistratualibus praestitae vecturae pro operis publicis imputari nequeunt. 1844: 9. §. 15.
— Deputatio, quae repartitionem contributionis omni anno elaboret, etiam de operis publicis simile praeliminare projectum conficiet. 1844: 9. § 38.
— Sedria *vide Sedes Judiciaria Comitatus.*
Comitia singulo anno conveniant. 1471: 1.
— ordo defigitur, 1495: 25.
— in quiete, cum moderamine et gravitate tractentur. 1495: 25. §. 4. 1625: 62. §. 2. 1723: 7. §. 5.
— pro, Rex honorificum locum defigat. 1495 · 25. §. 3.
— in, Rex suas et Regni causas proponat, neque SS. et OO. de aliis rebus consultent. 1495: 25. §. 4. 1723: 7.
— ad, singuli Praelati, Barones, Comites, Nobiles evocentur. 1495: 26.
— ad, Barones, Magnates, Nobliles, et Liberae Regiae Civitates evocentur. 1498: 1. 1608: 1. §. 2. 1723: 7. §. 2.
— singulo triennio celebrentur. 1498: 1. 1622: 2. §. 8. 1635: 94. 1647: 154. 1655: 49. 1659: 1. §. 3. 1681: 58. 1715: 14. 1723: 7. 1791: 15. 1827: 5.
— a, nonnulli dispensantur. 1498: 1. et 4. 1.
— ad, primo die non comparentes, vel per quatuordecim dies non perserverantes Barones, Praelati, vel potiores Nobilium in ducentis marcis gravis ponderis, Nobiles inferiores in centum marcis convincantur. 1498: 1. §. 3. 1635: 79. 1662: 53.
— juxta praescriptum Decreti tertii celebrentur. 1500: 1.
— turbantes, et in iisdem verberantes, vulnerantes, notam incurrunt. 1507: 12.
— extra defixos terminos nonnisi in summa necessitate convocentur. 1518: 7. 16.
— Hatvaniensium statuta annihilantur. 1518: 7. 17.
— in, votum et sessionem habent Praepositi, Abbates, et generalis Paulinorum. 1608: 1.
— Posonii celebrentur. 1635: 79. §. 2.
— ad, Confiniorum Capitanei q a nuncii non mittantur. 1647: 62. §. 2.
— in, munera non acceptentur sub poena infamiae. 1649: 44.
— ultra bimestre non extendantur. 1649: 44. §. 1. 1723: 7.
— ad, Tricesimatores et Procuratores admittuntur. 1655: 61. 1715: 50.
— occasione inopinatae irruptionis hostilis, quo ocyus celebrentur, et de remediis peremtorie consultetur. 1715: 8. §. 3.
— in, Jesuitae et Praemonstratenses votum et sessionem accipiunt. 1715: 73.
— in, omnes usque finem sub poena legali adsint. 1723: 7. §. 7.
— Budae celebrentur. 1764: 2.
— tempore causae liquidi debiti, violentiales Repositoriae, et Fisci Magistratualis pertractentur et decidantur. 1792: 16. §. 2.
— anno 1831. convocatorum per tempus, Judicia continuo fungantur. 1830: 6.
— anno 1836 celebratorum expensae per Nobiles Regni supportentur. 1836: 44.
— tempore Causae appellatae tam criminales quam civiles in Curia Regia et Tabula Banali revideantur. 1836: 45. §. 1.
— tempore, Tabula Regia Causas appellatas revideat, et Fora primae instantiae occurrentes Processus decidant: 1840: 24.
— anno 1840 celebratorum expensae per Nobiles instar liberi oblati supportantur. 1840: 45. §. 1.

Comitiorum expensas quilibet Comitatus propriis tantum nunciis solvendas habet, repartitionemque ipse Comitatus instituit. 1840: 45. §. 2. 3.
— in loco quarteria membrorum diaetalium aere parato solvi debent. 1844: 11.
— quarteriorum classificatio. 1844: 11. §. 13.
— anno 184⅞ celebratorum expensas nobilitas in se assummit. 1844: 12.
Commassatio et respectivarum ratarum excisio, via Proportionalis Processus, quocunque Compossessorum desiderante, decernetur, et in effectum deducetur. 1836: 12. §. 19.
— peti potest etiam in locis, in quibus proportio absque tamen commassatione introducta est, commassatio ejusdem terreni tantum semel locum habet. 1836: 12. §. 19.
— pro clavi, in Jazygia et Cumania, et Districtu Hajdonum deservit actuali cujusvis possessorio correspondentis redemtionalis summae quantitas. 1840: 30 31.
Commercium et quaestum, ut Poloni in Hungaria, et vicissim exercere possint, Sua Majestas apud Regem Poloniae efficiat. 1546: 59.
— liberum inter Regnum et Provincias quarumlibet rerum exerceatur. 1681: 79.
— cum perduellibus fovens notam incurrit. 1687: 5.
— vel correspondentias cum perduellibus fovens, crimen laesae Majestatis incurrit. 1715: 49. §. 3.
— liberum Croatiae et Slavoniae cum Provinciis; vinique eductionem, quam commodissime fieri poterit, Sua Majestas se procuraturam obtulit. 1715: 119.
— quoad pecora, Sua Majestas cum Provinciis conferet, et cum iis audito etiam Consilio Locumtenentiali Regio determinabit. 1723: 119.
— per Portum Buccari, non tantum quoad boves, et eorum pulsum, verum tam terrestre, quam maritimum reseratur. 1765: 31.
— Deputatio Regnicolaris exmittitur. 1791: 67.
Comminationem qui igne, ferro, morte exercent, et minas suas executioni mancipare soliti sunt, morte damnantur. III: 23. §. 1.
Commissarii pro revidendis et rectificandis Regni limitibus constituantur. 1536: 47. 1550: 40. 45. 1604: 15. 1609: 40.
— quadrifarii nominantur, qui ante trimestre Consilium omnia perlustrent, tam Confiniorum, quam proventuum Regni negotia, ut qua ratione proventus imposterum melius administrari, atque, erogari possint? quaeve authoritas Camerae Hungaricae esse debeat? Informatione ab eis accepta, in maturam deliberationem sumta, Rex, perpensa Consilii sententia, constituat. 1588: 10.
— Provinciales, per Regni Districtus, quatuor Nationales, e Statu Nobilium constituuntur, et, si amplitudo Regni exegerit, ad Repraesentationem Consilii Regii Locumtenentialis, plures etjam constituet Sua Majestas. 1723: 100.
— Bellici ex Hungaris quoque assummantur et constituantur. 1741: 42. §. 1.
— Bellici, et Cassae Bellicae Perceptores, ex Hungaris quoque assummantur et constituantur, medio quorum statuendis, et conducendis peditibus, velut ad Fundum Contributionis Hungaricum assignatis, stipendia solventur. 1742: 42.
— Districtualis Quinque-Ecclesiensis Officium restabiliatur. 1765: 7.
— adsit pro superinspectione in Synodis Protestantium. 1790: 26.
— Supremus Bellicus Insurrectionalem Militiam foeno, regulamentari pretio providebit, deperditis ex aucto nefors pretio emersuris, per Comitatus compensandis. 1805: 1.
— nonnisi in casibus extraordinariis, ad Comitatus et Civitates mittantur, neque minori charactere ipsis delato praediti sint; Acta non truncata, sed integra, una cum fassionibus, et nominibus testium communicent. 1805: 5.
Commissarii articulares in quatuor Districtibus nominantur, in futuris Comitiis relaturi, loca controversa ad quem Comitatum pertineant? 1807: 28. 1827: 16. 1836: 27. §. 3. 5.
— articulares procurabunt, ut Comitatus Hevesiensis, Borsodiensi pro Agria aequivalens cambium praestet, et relationem de eo praestabunt. 1807: 29. §. 4.
— articulares ad Districtum Cis Tybiscanum substituuntur 1812: 4.
— ad loca inclavata exmittuntur. 1827: 16. 1836: 27. §. 3. 5.
Commissariatus Regni Supremus Director ex Consiliariis, et Statu Magnatum, per Suam Majestatem nominetur. 1723: 100.
— ad Bellicos congrua Hungarorum, caeteris paribus, habebitur ratio. 1792: 8.
Commissariaticis in negotiis Deputatio Regnicolaris ordinatur. 1790: 67.
Commissiones Limitaneae, circa differentias quoad Regni limites cum vicinis Provinciis determinandas, et metas rectificandas exmittentur, plerumque cum articulari designatione Commissariorum. 1536: 47. 1550: 40. 41. 42. 43. 44. 45. 1553: 28. 1559: 48. 1563: 60. 1574: 29. 1575: 5. 1578: 18. 1582: 6. 1588: 33. 1598: 36. 1601: 32. 1602: 23. 1603: 13. 1604: 15. 1609: 40. 1618: 12. 1622: 56. 1625: 23. 1630: 22. 1638: 37. 41. 42. 1647: 70. 1649: 26. 27. 72. 1655: 30. 1659: 66. 1662: 37. 38. 1681: 23. 1687: 15. 1715: 39. 1723: 17. 1741: 53. 1765. 26. 1790: 68. 1802: 26. 1807: 31. 1812: 4. 1827: 16. 1830: 5. 11. 1836: 27. 32.
— in merito redemtionis Castri Lublyo et tredecim oppidorum Scepusiensium ordinatur. 1608: 20. 1618: 10. 1622: 61. 1649: 40. 1681: 24.
— Comaromiensis in effectum deducatur. 1618: 6. 1635: 78. 1638: 69. 1655: 91.
— exmittitur ad partes submontanas, ob vini tam defectum, quam ejus promovendum commercium. 1627: 31.
— diversae, ut commodius in effectum deducantur, Palatinus de requisitis Instructionibus, tempore, ac sumtibus ex Camera assignandis, tempestive provideat. 1638: 40.
— Valachorum, Praedauciorum et Slavorum, de plenaria ad Regni Coronam incorporatione Viennae celebretur. 1649: 31. 1655: 66. 1659: 89. 1662: 45.
— Regnicolae inviti non graventur; demtis illis, quae ex Constitutionibus, vel ex Compromisso ad easdem obligati essent. 1649: 42.
— Generalis pro Incorporatione Valachorum, Slavorum, Praedauciorum, Varasdini celebranda decernitur. 1655: 66. Ad quam Commissionem reliqua etiam Gravamina et difficultates, quae per priores Commissiones non dum essent decisae, aut postea subsecutae essent, relegantur. 1655: 67. Ita etiam negotium Bonorum et Colonorum Caproncensium. 1655: 68. Prout et Civitatis Segniensis Gravamina et difficultates. 1655: 69.
— Jaurinensis 1647: 45. 1649: 37. 1655: 8. ordinata, necdum tamen terminata, tandem terminetur. 1659: 79.
— Viennae intra annum de Valachis, Slavis, Praedauciis, in Confiniis commorantibus servetur. 1659: 89.
— haud in aliqua remota, sed per Decreta ex utraque Cancellaria expedienda, res Valachorum plures Pagos a Jnrisdictione Dominorum eximentium terminetur; pagique hi pristinis suis Dominis restituantur. 1659: 91.
— in Viennensi Valachorum in O-Szék res decidatur, interea vero a vicinarum metarum usurpa-

tione et hostilitate in regnicolis exercenda, condigna cum animadversione arceantur, ac ad refundenda damna compellantur. 1659: 92. 1662: 46

Commissio Eperjessiensis, cum omnibus Actis pro sublatis et cassatis declaratis, tollitur et abrogatur. Captivis stante adhuc hac Diaeta dimittendis. 1687: 6.

— Neo-Aquistica pro investigandis juribus possessionariis, per disturbia amissis, Posonii, Cassoviae et Zagrabiae erigitur. 1715: 10.

— a Neo-Aquistica Comitatus Neogradiensis et familia Nyáry eximuntur. 1715: 10.

— in Neo-Aquistica, per eos, qui jus suum edocuerint, titulo juris armorum solvenda proportionata quotta, in partem sumtuum belli, in praeterito Bello Turcico, pecunia gravibus usuris mutuata, et adhuc debita factorum, conferatur. 1715: 10.

— mediante decisae praeteritis temporibus Causae, quae alias ordinaria juris et lege praescripta via promoveri debuerunt et potuerunt, tametsi penes Mandata Delegatoria decisae essent, reali tamen executioni mancipatae non sunt, et neque Pars triumphans adjudicata bona tenet, pro cassatis et annullatis habeantur, Causis ad ordinariam et consvetam Juris viam remissis. 1715: 17.

— Viennae celebranda permittitur quoad eos, qui Viennae sive Aulico charactere gaudentes, sive in Causis, et negotiis suis commorantes ipsi, aut conjuges decedunt, et res eorum ibi obsignantur; in qua, prout de modo agetur, ita etiam casus distingventur, in quibus Cancellaria etiam Hungarica ad ejusmodi Jurisdictionis Actus adhiberi debeat. 1715: 20.

— de emendatione Legum et Judiciorum nominatur futuris Comitiis relatura, et de Tabularium Judicum diurnis, eorumque firmo et immutabili fundo opinatura. 1715: 24.

— pro investigandis Protestantium querelis et gravaminibus nominatur. 1715: 30.

— Neo-Aquistica cognoscat Causam inter Abbatem Pécsváradinensem et Episcopum Quinque-Ecclesiensem. 1715: 58.

— pro systemate in Politicis, Militaribus, et Oeconomicis nominatur. 1715: 59.

— ordinatur ad revisionem Terreni inter Vunnam et Colapim fluvios, inter Regnicolas et Militiam Confiniariam, quae praevia oculata revisione, praesente Fisco Regio, necessitatem, et quantitatem Lineae Confiniariae cognoscat. 1715: 61.

— eadem ad cognoscendam quoque Causam, inter Confiniarios et Ecclesiam Zagrabiensem, ordinatur. 1715: 61.

— Neo-Aquistica cognoscat familiarum Fáncsy et Dersöffy jura, ad specificata in articulo bona praetensa. 1715: 85.

— ordinatur, quoad reducendum justum molarium lapidum pretium. 1715: 90.

— Neo-Aquisticae ex obtutu admittitur, ut ratione talium bonorum, praetendentes coram Tabula Regia, in praesentia duorum Camerae Consiliariorum, prius tamen juramento obstringendorum, jus suum prosequi possint; salvo gravatis ad suam Majestatem Recursu. 1723: 19.

— quoad incolas Provinciarum in Hungaria fundos possidentium ordinatae, in effectum deducantur. 1723: 22.

— Hungarica, cum ex parte Polonorum quoque ordinanda fuerit, quoad praetensiones Regnicolarum effectum procuret. 1723: 54.

— Aulica, quoad Comitatus in partibus existentes, in Contributionalibus Hungaricae, in aliis Transylvaniae Jurisdictioni subjectis, proxime reassummatur, et terminetur; respectu aliorum Districtuum a Turcis recuperatorum, prout et sic dictorum militarium, et cameralium locorum, sua Majestas promittit suam Benignitatem. 1729: 7.

Commissio pro reincorporatione Districtuum et Comitatuum ad Hungariam pertinentium, dum per suam Majestatem nominabitur, ex parte Hungariae quoque Palatinus, ex parte Regnorum Croatiae et Slavoniae vero Banus cum Statibus et Ordinibus nominabit Commissarios. 1741: 18.

— Neo-Aquistica tollitur. 1741: 21.

— articulares in quatuor Districtibus nominantur, ut auditis partibus eruant, loca controversa ad quem Comitatum pertineant? 1807: 28. 1827: 16. 1836: 27. §. 3. 5.

— juxta quatuor Districtus nominantur, pro locis inclavatis illis, quae pluribus Jurisdictionibus sunt obnoxia, ut uni tantum subjiciantur, rem pro justo decidant, et Contributionem, quam pars possessorii alteri Jurisdictioni applicanda solverat, in illum, cui applicabitur, Comitatum transferant. 1807: 28. 1812: 5. 1836: 27. §. 3. 5.

— pro incorporanda Possessione Felső-Sunyava exmittitur. 1827: 34.

— pro reincorporatione Partium Regni avulsarum et recuperatarum nominatur. 1830: 5.

— limitaneae, functionis suae resultatum de diaeta in diaetam referant. 1830: 11.

— articularis ad legalitatem quinque disinteressata membra requiruntur. 1836: 27. §. 2.

— articularis membrorum decedentium, vel legaliter impeditorum in locum, extra Comitia, totidem alia individua Regni Palatinus nominabit. 1836: 27. §. 3.

— articulares Decisa sua, ante procuratum eorundem effectum Regni Comitiis referre tenebuntur. 1836: 27. §. 5.

— ad limitaneas nova membra nominantur. 1836: 32.

— datae sensus, si hanc Negotiator merces expediens juxta usum in loco domicilii sui praevigentem interpretari potest. 1840: 16. §. 37.

Commissionales merces, quae designata per committentem occasione promoventur. ab illo tempore, quo illae per vendentem indicatae occasioni traditae sunt, in possessorium committentis transeunt, et hic cuncta deterioratione nefors mercium enata damna supportare tenetur. 1840: 16. §. 36.

— merces, si juxta tariffam pretia continentem consignentur, infra pretium tariffale vendere non licet, quod si commissionarius tamen faceret, pro defectu cavere tenetur. 1840: 16. §. 39.

— merces, si committens aut commissionarius edixerunt, commissionarius ex his mercibus nihil amplius vendere poterit. 1840: 16. §. 40.

— merces, si cum Massa concursuali conscriptae, et sequestro affectae fuissent, per proprietarium Actionali Libello Judicio Concursuali ante convocationem creditorum exhibendo reclamari possunt. 1840: 22. §. 38.

— merces cum massa concursuali sequestratae per proprietarium ante convocationem creditorum reclamari possunt. 1840: 22. §. 38.

Commissionarius pro pretio mercium per se venditarum ita respondere tenetur, ac si ipse emtor esset, nisi eatenus cum committente aliter convenisset. 1840: 16. §. 38.

— negotiator in concreditis sibi mercibus ad vires praetensionis apud committentem exhaerentis, jure pignoris legalis gaudet, seu praetensio haec ordinaria sit, seu cambiaria. 1840: 16. §. 41.

— negotiator ultra expensas in sequelam commissionis habitas, et legalia anticipationum suarum sex percentualia interusuria, etiam quinque percentualem venditionalem provisionem e summa percepta detrahere potest. 1840: 16. §. 42.

Communitatibus juxta antiquas Regni Constitutiones, nullo sub praetextu bona conferri possunt. 1542: 33. 1608: 6. a. c.

— a fundis, obvenientes circa praestationes, praevigens usus retinetur. 1836: 7. §. 10.

Communitates quae Primores suos et Notarios citra omnem Dominii influxum eligere, et respective conducere consveverunt, in praehabito hoc usu porro quoque relinquuntur. 1836: 9. §. 1.
— rusticanarum communia beneficia et proventus licitatione publica exarendentur. 1836: 9. §. 2.
— absque praescitu Dominii debita non contrahant. 1836: 9. §. 4.
— Rationes per officiolatum Dominalem revideantur et censurentur. 1836: 9. §. 4.
Comparitio si per Incattum ex rationalibus causis fieri nequeat, absque omni onere Incattus absolvitur: quodsi legalem rationem assignare nequeat, nisi onus judiciale deposuerit, non obstante nobilitate convincitur, et executionem subit. II: 59.
— in casu verberationis, vulnerationis, detentionis, interemtionis, invasionis personaliter fiat. 1498: 8. §. 3. 4.
— fiat in conformitate Citationis. 1723: 32. §. 2.
— occasione primae levatae, cedit totus dies. 1723: 32. §. 3.
— terminus in formali Causa Cambiali, si Incattus in loco Tribunalis Cambialis, aut in recinctu ejusdem in distantia unius milliaris habitet, ad minimum ad triduum protenditur, si tamen remotius habitaret, Tribunal eidem tantum tempus concedet, quantum necessarium est, ut ille personaliter, aut medio Mandatarii comparere possit. 1840: 15. II. §. 81. 82.
— termini neglectus, pro recognitione coram Judicio Cambiali facta consideratur, quin haec Actionem stabiliret, quam Judex subsecuta nonnisi asserti et facti ad legem applicatione determinare poterit. 1840: 15. II. §. 96.
— terminus pro convocatione creditorum concursualium praestitutus 30 diebus brevior, et 120 diebus longior nunquam esse potest. 1840: 22. §. 26.
Compassum pro executione sententiae judicii cambialis exteri expediat Cancellaria Hungarica. 1792: 17.
Compossessor in pascuatione vel glandinatione sub poena violentiali non turbetur. 1655: 59.
— a proportione ratae suae, aedificia communia reparent; ea reparare nolentes damna et expensas bonificabunt. 1715: 69.
— Kiss-Honthenses, quod inter se decident, Universitati referant. 1729: 23. §. 4.
— in dimidio territorii sui venationem prohibere possunt. 1802: 24. §. 2.
— sylvae vel dumeti, ob meliorem culturam, ad proportionem sylvarum, et sequestrum magistratualiter imponendum agere potest. 1807: 21. §. 9.
— beneficia communia objectum proportionis constituunt. 1836: 12. §. 12.
— educillum si commune sit, proventus illius juxta proportionem subdividatur. 1836: 12. §. 11.
— si quispiam, ex communi terreno plagam in proprios usus subtrahat, reliquis Compossessoribus proportionata ex communibus fundis praestari debet compensatio. 1836: 12. §. 17.
— quivis, proportionem petere potest. 1836: 12. §. 18.
— majoris partis ex consensu, erectorum aggerum et cataractarum expensas, omnis, qui exinde beneficium capit, in operis et expensis, hoc fine necessariis, partem capere obligatur, reluctansque ad hoc Actione Fisci Magistratualis coram Sedria Comitatus erigenda stringetur. 1836: 36.
— si major pars, regulationem aut derivationem alicujus paludis, stagni, aut fluvii desideraverit, et Comitatus eam determinaverit, consummationem illius impedire nemini compossessorum sub poena 100 florenorum, aut aresti licitum est. 1840: 10. §. 6.
Compossessorum si nullus, Processum Proportionalem erigere vel prosequi vellet, major tamen pars Colonorum regulationem desideraret, contra ejusmodi Compossessores Fiscus Magistratualis sub proprio Actoratu Proportionalem Causam coram Foro Vice-Comitis movere poterit. 1840: 7. §. 14.
— per canalisationem aquarum, tantum terrenum amittens, ut is a proportione possessorii prae reliquis damnificetur, per reliquos Compossessores indemnisari debet. 1840: 10. §. 11.
— quivis in Jazygia et Cumania commassationem et proportionem petere potest. 1840: 30.
— quivis in oppidis Hajdonicalibus proportionem petere potest. 1840: 31.
Compromissionali coram Judicio, per mercatores et fabricantes in re cambiaria constituto, Processus juxta normam pro Causis Cambialibus praescriptam, etiam scripto decurret, et post finalem sententiam Tribunali Cambiali pro executione transponetur. 1840: 15. II. §. 92.
— a Judicio, Causam aliquam Cambialem decidente, Appellata ad Forum Cambiale appellatorium promovebitur. 1840: 15. II. §. 92.
Computum mercantilem, ex libro extractum, si emtor subscribat, vel Notarius recognoscat, pro liquido habetur. 1723: 53. §. 2.
— laborum per dominium ordinate peragantur. 1836: 7. §. 11.
Concambium est jurium et bonorum possessionariorum permutatio, ad consequendum quietiorem statum, et percipiendos uberiores fructus inventum. I: 70.
— quilibet possessionatus homo libere facere potest, Contradictione filiorum, filiarum vel fratrum non obstante; attamen portio illa, quae illi in concambium dabitur, in fratres condivisionales, si sine prolibus decedat, devolvitur. I: 70.
— fraudulenter, et simulate factum, ubi nempe, ad palliandum venditionis et abalienationis titulum, bonum sibi datum, et fassionalibus inseri procuratum, aut ad modicum tempus, aut nunquam pro se vendicatur, sicque fratres suos, quos successio respiceret, defraudantes exhaereditant, ad instantiam fratris condivisionalis, communi aestimatione mediante, bona adjudicantur. I: 71.
— si filius, aut fratrum aliquis eo scienter, et sine juridica reclamatione usus fuerit, fructumque bonorum perceperit, retractari non potest. I: 72.
— in quo pecunia superaddita est, si utriusque sexus bona, quae data sunt, non erant, sexum foemineum non respicit, et foeminae tantum de pecuniis superadditis ratas suas habebunt. I: 73.
— comitatur evictio: ut si bona aliena in cambium dedisset cambians, talia evincere, vel paria procurare obligatur. I: 74.
Concilio in Constantiensi libertas Beneficia Ecclesiastica conferendi firmata, ac jurejurando corroborata fuit. I: 11.
— Generale ut Pontifex pro complanandis omnibus differentiis, variisque opinionibus de Religione sine diuturniori mora celebrare velit, sua Majestas authoritate sua apud suam Sanctitatem agere dignetur. 1548: 13.
— generali dirimantur Religionis quaestiones. 1550: 16.
Concionator non possessionatus, quoad subsidium, et statutionem militis a Vice-Comite et potioribus nobilibus taxetur. 1595: 12. 1596: 10. 1598: 15. 1599: 7. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— Calendarium novum non recipiens proventus amittat. 1599: 45.
Concionum sermones lingva hungarica dicantur. 1836: 3. §. 4.
Concordia, data bona perpetuantur. I: 62. §. 3.
— ante executionem utrique Parti admittitur. 1351: 24. 1435: 5. §. 2. 1439: 31. 1492: 68. 1486: 5.

Concordandi facultas cuivis semper salva est, sine onere birsagiorum. 1439: 31. 1492: 68. 1495: 13.

Concursuales Mercatorum Fluminensium Causae per Tribunal Cambiale Fluminense deciduntur. 1840: 15. II. §. 26.

— Massa-Fabricationem et venditionem fabricatorum eousque continuare potest, donec omnia superstita materialia in fabricatum conversa et vendita fuerint. 1840: 17. §. 10.

— Causas negotiatorum, et societatum mercantilium improtocollatarum semper illud Judicium decidet, in cujus recinctu institutum mercantile constituitur. 1840: 22. §. 1.

— in Causa Nobilium, qui bona nobilitaria possident, judicatus sedriam illius Comitatus respiciet, cui bona nobilitaria adjacent, si vero bona pluribus Comitatibus adjacerent, sedria illius Comitatus judicabit, in quo ordinarium habitationis locum tenent, si vero jam in alio Comitatu, aut plane extra regnum degerent, concernens Tabula Districtualis, si vero bona pluribus Districtibus adjacerent, erga recursum Creditorum unam e Tabulis Districtualibus sua Majestas delegabit. 1840: 22. §. 1. ad b).

— in Causa Nobilium, qui in L. R. Civitatibus habitant, et nulla bona nobilitaria possident, Magistratus Civicus judicabit. Nobiles vero in oppidis degentes judicatui Sedriae Comitatus subjacent. 1840: 22. §. 1. ad b).

— Causae illorum, qui sub dominali jurisdictione constituuntur, per sedriam Comitatus decidentur. 1840: 22. §. 1. ad b).

— quoad Judicatum praevigens in Jazygia et Cumania usus retinetur. 1840: 22. §. 1. ad b).

— Judicatum in Districtu oppidorum Hajdonicalium Magistratus oppidani exercebunt, ab illis appellata ad Sedriam Districtualem, inde vero directe ad Tabulam Septemviralem deducetur. 1840: 22. §. 1. ad b).

— ad Judicatum spectant omnes Causae fallimentarii, coram aliis Judiciis decurrentes, ab his ad Judicium Concursuale transderivandae, per hoc finaliter decidentur, si vero transderivanda Causa jam foret decisa, sed executione mediante conclusa non esset, Judicium Concursuale tantum de classificatione illus judicabit. 1840: 22. §. 2.

— ad Causam transderivari nequeunt Processus, intuitu bonorum nobilitarium moti, et praetensiones Montanisticae, quae coram Judicio montano pertractabuntur, terminata attamen ibidem pertractatione, scopo classificationis et excontentationis Judicio Concursuali subjicientur. 1840: 22. §. 3.

— Massae conscriptio in duobus exemplaribus adornabitur, unum Massae-Curatori, alterum Judicio Concursuali tradetur. 1840: 22. §. 22.

— Massae-Curator conscripta bona, et cunctas res fallimentarii mobiles, negotium et praetensiones respicientia documenta, juxta conscriptionem ad manus suas recipiet, mobilia, quae servari non possunt, illico vendet, caeteris bonis mobilibus et immobilibus solerter invigilabit, et praetensiones Massam active respicientes incassabit. 1840: 22. §. 23.

— Creditores edictali citatione convocabuntur. 1840: 22. §. 25.

— Creditorum edictalis Citatio portis procedentis Judicii affigatur. 1840: 22. §. 26.

— Creditorum pro convocatione praestitutus terminus 30 diebus brevior, et 120 diebus longior esse nunquam potest. 1840: 22. §. 26.

— Creditorum convocatio etiam via Consilii Lecumtenentialis Regii publicabitur. 1840: 22. §. 27. 28. 29.

— Creditores, in exteris oris degentes, de edictali citatione, via Cancellariae Regiae Hungarico Aulicae certiorabuntur. 1840: 22. §. 31.

Concursuali e Massa uxoris, maritus cunctas in domo reperibiles res mobiles praetendere potest. 1840: 22. §. 41.

— e Massa, si res quaepiam post convocationem creditorum reclamentur, Curator Massae et litis, atque Deputatio Massae invigilans audientur, et si nihil in obversum adducerent, neque reclamantis probas enervarent, quaestionatum objectum reclamanti citra cautionem et fidejussionem extradabitur. 1840: 22. §. 45.

— Creditores, praestituto termino, coram Judicio Concursuali aut in persona, aut medio legitimi mandatarii cumparere, et praetensionem suam scripto et in duplici exemplari intra triduum exhibere tenentur. 1840: 22. §. 46.

— Libelli Actionales semper contra Massam Concursualem dirigendi veniunt, in illis proinde nomen Curatoris Massae et ad lites designari non debet. 1840: 22. §. 48.

— Creditor in Actionali Libello, cuncta etiam praetensionis accessoria usque diem praesentationis obvenientia, inserere, classificationem proponere, et judicium postulare tenetur. 1840: 22. §. 49.

— Creditor, si praetensionem suam intra triduum ob inopinatum quodpiam obstaculum exhibere non posset, id ante efluxum tridui Judicio insinuare tenetur, quod novum brevem terminum praefiget. Quodsi Pars obstaculum tale insinuare negligeret, aut praefixum noviorem terminum non observaret, praetensio ejus ad Processum Concursualem amplius non assummetur. 1840: 22. §. 50.

— Creditores, in persona comparentes, aut eorum Mandatarii intra triduum a termino concursus computandum, e gremio sui pluralitate votorum Deputationem tribus membris constantem eligent, Rationes per interimalem Massae Curatorem redditas recipient, et illas Deputationi pro revisione tradent, honorarium interimalis curatoris determinabunt, pro futuro interimalem Curatorem confirmabunt, aut novum eligent, et cum hoc ratione futurae ejusdem mercedis convenient. 1840: 22. §. 51. 52.

— Creditores in electione Deputationis et Curatoris pari suffragii jure gaudent, quodsi pluralitas votorum clare elici nequiret, duarum aequali numero consistentium Partium illa constituet majoritatem, quae relate ad capitalem praetensionis summam alteram superat. 1840: 22. §. 52.

— Creditores si Deputationem et Curatorem Massae eligere negligerent, defectum hunc Judicium determinatione mediante supplebit. 1840: 22. §. 53.

— Deputatio Rationes per interimalem Massae Curatorem redditas revidere, earum intuitu observationes suas adornare, et novo Curatori Massam Concursualem resignare tenetur. 1840: 22. §. 54.

— Massae interimalis Curator, si observationibus per Deputationem ad rationes suas factis non acquiesceret, Judicium Concursuale citra moram determinationem feret, et in quantum rationans convinceretur, summam convictivam ab eodem executione mediante confestim desummet. Pars Sententia hac non contenta appellare quidem potest, revisio attamen ejusdem nonnisi post conclusionem ejusdem Processus Concursualis, et post latam intuitu Classificationis finalem Sententiam praesuscipietur. 1840: 22. §. 55.

— Massae Curator absque interventu Deputationis nihil praesuscipere potest, quapropter cuncta per Massae Curatorem edita documenta, contractus, et quietantiae Massam ferientes semper subscriptione alterutrius Deputationis Concursualis membri munienda erunt. 1840: 22. §. 56.

— Massae mobilis, distractionis tempus et modum Deputatio concursualis determinabit. 1840: 22. §. 57.

Concursuales Massae res mobiles, ad utilem bonorum nobilitarium immobilium culturam necessariae, ante exitum Processus Concursualis vendi nequeunt. 1840: 22. §. 58.
— Massae bona immobilia non nobilitaria, semper tantum subhastatione mediante, cum interventu Massae Curatoris vendi possunt. 1840: 22. §. 59.
— e Massa perceptas pecunias Deputatio talibus tantum elocabit, apud quos plena securitas adest, et a quibus, cum exitu Processus Concursualis confestim incassari, et in excontentationem creditorum converti possunt. 1840: 22. §. 62.
— Massae in coordinationem, securisationem, et manipulationem, necessarios sumtus Deputatio e percepto aere parato per Curatorem Massae exsolvi faciat. 1840: 22. §. 63.
— Massae Curator, si fuerit infidelis, aut ineptus, Deputatio concursualis penes Judicium illius amotionem sollicitabit, quod, si imputationem fundatam compererit, Curatorem confestim amovendum disponet, alium Massae Curatorem substituet, et amotum ad reddendas rationes adiget; appellata hoc in puncto locum non habente. 1840: 22. §. 64.
— Creditorum libelli actionales per Judicium in distincto fasciculo penes distinctum rotulum asservabit, alterum exemplar Curatori ad lites extradabit, huicque injunget, ut observationes suas de realitate et qualitate praetensionum intra 15 dies, aut si major creditorum numerus esset, intra 45 dies exhibeat. 1840: 22. §. 65.
— litis curator, observationes suas circa realitatem et qualitatem praetensionis, relate ad quemvis creditorem separato scripto comprehendet, et Judicio in duplici exemplari exhibebit. 1840: 22. §. 66.
— ad Causam transderivatis de praetensionibus, Curator ad lites illis tantum exceptionibus uti potest, quae realitatem et qualitatem illarum meritorie concernunt, in quantum Forum prius procedens hac in parte finalem Sententiam nondum tulisset. 1840: 22. §. 67.
— ad Judicium transderivatis in Causis, si debitor per prius procedens Forum ex contumacia convictus fuisset, aut Tribunal Cambiale Sententiam ad solutionem via summaria contra illum tulisset, Curator ad lites cunctas exceptiones proponere poterit, quae realitatem praetensionis meritorie concernunt. 1840: 22. §. 68.
— Creditor, si Curator ad lites tales exceptiones formasset, quas Creditor praevidere non potuit, ad quarum refutationem necessaria documenta intra quindenam procurari non possunt, intra triduum a Judicio dilationem petere potest, quod si motiva pro fundatis compererit, terminum judicialiter differet, dilatio tamen haec 45 dies excedere non poterit. 1840: 22. §. 70.
— Creditores responsa sua ad observationes Curatoris litis exhibenda, perinde probis requisitis fulta, praestituto termino in duplici exemplari praesentare tenentur. 1840: 22. §. 71.
— Creditor, si ad reliquorum creditorum praetensiones exceptiones obmovere vellet, in rotulo actorum cunctas reliquorum praetensiones, et factas desuper observationes inspicere, et quae ad rem faciunt, sibi exscribere poterit, observationes tamen suas intra praefixum tempus, respectu cujuslibet creditoris separatim concinnatas, in duobus exemplaribus exhibere tenetur. 1840: 22. §. 72.
— Creditorum secundam, intuitu praetensionum suarum realitatis exhibitam scripturam, Judicium in uno exemplari inter Acta asservabit, alterum vero Curatori ad lites, aut creditori, cujus praetensionem alter creditor impugnavit, extradabit, et pro adornanda finali defensa terminum unius quindenae praefiget. 1840: 22. §. 73.

Concursualium creditorum, et curatoris litis ad finalem scripturam, praestituto termino exhibitam, Judicium ex allegatis finalem Sententiam confestim pronunciabit, et indilate publicabit. 1840: 22. §. 74.
— de praetensione, in quantum semiprobae allatae essent, hae accedente juramento suppletorio plenae evadent. 1840: 22. §. 75.
— in Causa, intuitu realitatis praetensionum latae Sententiae post publicationem, Curator ad lites intra quindenam, praetensionum adjudicatarum individualem seriem elaborare, eamque motivis fulcire, et Judicio in tot exemplaribus exhibere tenetur, ut uno exemplari penes rotulum actorum remanente, cuilibet creditorum unum exemplar obtingat. 1840: 22. §. 76.
— praetensionum contra classificationem, factis exceptionibus, et contraobservationibus exhibitis, Judicium super classificatione finalem Sententiam sine mora pronunciabit, et in eadem honorarium Curatoris ad lites determinabit. 1840: 22. §. 79.
— praetensionum classificatio determinatur. 1840: 22. §. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93.
— Massae in coordinationem, securisationem, et manipulationem factae expensae, ad primam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 81. ad a).
— in causis coram Sedriis Comitatuum decurrentibus, in quibus massa concursualis mille florenos superat, sed 10,000 florenos non adaequat, taxa judiciaria in 25 florenis, a 10,000 usque 50,000 florenos in 50 florenis, ultra hanc ad summam usque indefinitam in centum florenis defigitur, quae cassae domesticae inferenda erit. 1840: 22. §. 81. b).
— Causae taxae judiciariae ad primam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 81. ad b) c).
— Massa si adeo tenuis sit, ut neque praetensionibus prima classe comprehensis, plenarie excontentandis sufficiat, praetensiones juxta seriem in prima classe allatam excontentabuntur ita, ut praetensio classis primae serie anterior tunc etiam plene exsolvi debeat, si pro reliquis ejusdem classis praetensionibus nihil remaneat. 1840: 22. §. 82.
— Massa, si plene excontentandis secundae classis praetensionibus non sufficiat, inter creditores ad 2 classam relatos, in proportione quantitatis praetensionum eorum dividetur. 1840: 22. §. 84.
— praetensio, ad quodpiam, in specie designatum, immobile cridatarii bonum intabulata, si e pretio illius boni ex integro excontentari nequiret, residua praetensio ad classem simplicium chirographorum referenda erit. 1840: 22. §. 87.
— Massa, si excontentandis praetensionibus tertiae classis non sufficeret, praetensiones intabulatae juxta seriem intabulationis classificabuntur. Praetensiones Cambiariae, quas debitor coram Tribunali Cambiali, aut legali testimonio subscripsit, prout etiam allatura uxoris cridatarii insinuata, prioritate gaudent, et sine falcidia exsolventur. 1840: 22. §. 88.
— Massa, si exsolvendis quartae quintae, et sextae classis praetensionibus non sufficeret, summa pro excontentatione illarum residua, inter creditores, absque omni praelatione, secundum proportionem praetensionum dividetur. 1840: 22. §. 90. 92. 93.
— praetensionum adjudicata interusuria, eadem, qua capitale, gaudent prioritate, sed prioritas haec interusuriis tantum per tempus concursus obvenientibus, et pro anno concursum immediate praecedente restantibus attribuitur. 1840: 22. §. 91.

Concursualis Massae Rationes, interea, ac Processus intuitu classificationum finali decisioni substernitur, Deputatio concursualis censurabit, et desuper observationes faciet, quas si Curator massae non acceptaret, Judicium concursuale eadem, quam circa classificationem pronunciat, Sententia mediante decidet, et decisum suum indilate effectui mancipabit. Appellata nonnisi extra dominium admissa. 1840: 22. §. 94.

— Causae a finali, classificatoria Sententia Curator ad lites, et quivis Creditor appellatam interponere potest. 1840: 22. §. 95.

— Processuum Forum Revisorium semper est Tribunal Cambiale appellatorium, ad quod appellata semper intra dominium locum habebit. 1840: 22. §. 98.

— ad Processum transderivatae Causae coram alio Foro decisae intuitu, Curator ad lites aut creditores appellatam interponere possunt, et tunc etiam haec cum Processu concursuali ad appellatorium Tribunal Cambiale transmittenda erit. 1840: 22. §. 99.

— Causae appellatae Sententia, si per appellatorium Tribunal Cambiale approbetur, ulterior appellata locum non habet; verum Processus pro executione remittitur. Si vero Sententia Fori appellatorii a Sententia Fori primae instantiae divergeret, Causa sine mora ad Tabulam Septemviralem transmittetur, quae illam prae cunctis civilibus Causis in revisionem summet, et Sententiam suam una cum Processu ad Forum primae instantiae remittet. 1840: 22. §. 101.

— in Causa appellata, si appellatorium Tribunal Cambiale tales etiam praetensiones adjudicavit, quas Forum primae instantiae qua irreales rejecit, et classificationi non intulit, Forum appellatorium Processum Tabulae Septemvirali substernet, unde si Sententia Fori appellatorii approbatur, Causa ad Forum primae instantiae ea cum inviatione remittitur: ut etiam praetensiones per altiora Fora adjudicatae classificationi inducantur, qua peracta, Judicium finalem Sententiam pronunciabit et Partibus publicabit, quae intra 24 horas post publicationem Sententiae appellatam interponere possunt. 1840: 22. §. 102. 103. 104.

— Causa fine executionis ad Forum primae instantiae remissa, Judicium functiones suas executionales actutum ordietur. 1840: 22. §. 105.

— Massae pecunias elocatas Deputatio concursualis tempestive edicere debet, ut illae, usque ad terminum, quo Sententia reali executioni mancipanda est, citra moram incassari possint. 1840: 22. §. 106.

— Causa finaliter decisa, Deputatio Rationes Massae Curatoris censurabit, et si difficultates erutas Curator non acceptaret, has Judicium Sententia mediante dirimet, et hanc etiam effectui mancipabit. Appellata nonnisi extra dominium admissa. 1840: 22. §. 107.

— Massae penes licitationem, summa pro bono immobili percepta, Protocollo distincte inferenda, et id, quod pro mobilibus oeconomicis perceptum est, a pretio immobilium stricte secernendum erit. 1840: 22. §. 109.

— Massae licitationali venditione si jam tantum perceptum est, quantum ad plenariam cunctarum praetensionum excontentationem sufficit, licitationi finis imponetur. 1840: 22. §. 110.

— Massa, via licitationis in pecuniam conversa, Curator Massae Seriem exsolutionis praetensionum Judicio intra octiduum in tot exemplaribus exhibere tenetur, ut uno penes Judicium remanente, cuivis creditori unum exemplar obveniat, quivis creditor occurrentes eatenus contrareflexiones suas intra triduum praesentabit, Judicium desuper actutum Sententiam pronunciabit, et seriem exsolutionis judicialiter determinabit. 1840: 22. §. 111.

Concursualibus praetensionibus classis primae et secundae, ne Massa in detrimentum creditorum tertiae classis relate ad mobilia prioritate gaudentium exhauriatur, illarum summa non tantum e mobilium, verum proportionate etiam ex immobilium pretio subtrahenda erit. 1840: 22. §. 113.

— Creditore, praetensionem suam spatio triginta dierum haud levante, curator massae competentiam illius ad manus judiciarias deponet. 1840: 22. §. 115.

— in Processu, praeter exceptionem contra judicatum, et appellatam, alia remedia juridica locum non habent. 1840: 22. §. 119.

— Causae pro pertractatione, Sedria Comitatus Deputationem, Praeside, uno Assessore, Judice Nobilium, Jurassore et Notario stabili constantem, exmittet, quae sub decursu litis in loco judicii adesse debet, et sententias interlocutorias feret; Sententias attamen meritorias plenum duntaxat Judicium Sedriale pronunciare potest. 1840: 22. §. 122.

— Creditores haud excontentati, relate ad bona cridatarii nobilitaria, quae titulo pignoris judiciarii aestimatione mediante ad alienas manus pervenerunt, aut quae cridatarius intervallo quinque annorum concursum proxime praecedentium oppignoravit, Actionem ad superinscriptionem movere possunt. 1840: 22. §. 123.

— de Causis latae leges vi retroactiva non pollent. 1840: 22. §. 132.

— Processus in litorali Hungarico Tribunal Cambiale Fluminense, in Districtu vero Magno-Kikindensi Magistratus Districtuâlis decidet. 1844: 7. §. 1.

— Processus, in quo praetensiones defixo termino insinuatae summam mille florenorum non superant, via summaria pertractandus erit, ductumque desuper Protocollum, si appellata interposita fuerit, Appellatorio Judicio Cambiali transponendum erit. 1844: 7. §. 2.

— Processus expensae ex tota massa concursuali depurabuntur. 1844: 7. §. 4.

— de processu articuli 22-i 1840: §-phi 125. 126. 127. 128. 129. immutantur. 1844: 7. §. 5. *Vide sub Cridatarius.*

Concursus ad casum extraordinarium inopinae irruptionis hostilis, aut varii et improvisi flagrantis belli ratio, si ordinariam rei tam arduae tractandae methodum, et firmam non admitteret, necessarius esse statuitur: ut quippe Palatinus, Primas Regni, item Praelati, Barones, Tabula Regia, Comitatusque, ac Liberae Regiae Civitates, quo frequentiori numero intra regnum, convocentur, qui cognita hujusmodi inopinae necessitatis causa, eaque in utilitatem et necessitatem agnita et adinventa, in puncto hujusmodi Contributionis; et non aliorum Regni negotiorum, deliberare et decernere possunt. 1715: 8. 1741: 22.

— Creditorum, correlationem juris inter negotiatorem et sodales ejus intercedentem quidem tollit, sodalis interim excontentationem ad tempus edictionis a die aperti concursus computandum e Massa concursuali praetendere potest, Massae autem Curatori necessarias clarificationes suppeditare, imo si desideretur, servitium etiam ad tempus illud continuare tenetur. 1840: 16. §. 31.

— Creditorum locum habet: 1-o si debitor, aut illo fatis functo haeredes illius, aut relictae per eum substantiae Curator coram Judicio declarant, quod debita substantiam illius superent; 2-o dum creditor unus aut plures coram Judicio comprobant, debitorem solvendis suis debitis parem non esse, et ideo concursum sollicitant. 1840: 22. §. 5.

Concursum quivis Creditor sollicitare potest, etiamsi contra debitorem tales obligatoriales aut Cambiales producerent, quarum solutionis terminus adhuc non decurrit. 1840: 22. §. 5.
— creditorum, si debitor statum suum revelat, concernens Judicium illico aperiendum disponet. 1840: 22. §. 6.
— si creditores sollicitarent, hi eatenus recursum in Civitatibus Magistratui, in Comitatibus Vice-Comiti praesentabunt, et probas adducent, e quibus debitoris incapacitas solvendi elucescit. Magistratus Civicus aut Vice-Comes debitori pro compartione brevem terminum praefiget, ut coram Magistratu aut Sedria statum suum activum et passivum documentis fultum exhibeat. Ideo Vice-Comes ad diem, debitori pro termino comparitionis praefixum, Sedriam convocabit. 1840: 22. §. 6.
— aperiendi sufficiens motivum adest: 1-o si debitor profugiat, aut semet absentet, et hujus facti nulla alia verosimilis causa subversetur; 2-o si debitor ad praefixum terminum coram Judicio non compareat, et facultatum suarum statum exhibere tergiversetur, 3-o si probetur, quod cum creditoribus intuitu remittendae partis praetensionum eorundem tractatum illa cum declaratione inchoaverit, quod debita passiva facultates suas activas superent; 4-o si e libris mercantilibus debitoris coram jure productis eveniat, quod libros suos debito tempore concludere per trimestre intermiserit, vel illos manifeste falsificaverit. 1840: 22. §. 10.
— Creditorum determinato, Judicium contextu ejusdem sententiae omnia debitoris bona mobilia sequestro afficiet, Massae-Curatorem, et alium ad lites constituet, conscriptionem bonorum fallimentarii determinabit, et pro convocatione creditorum terminum praestituet. Sententia haec statim publicari debet, eaque publicata Concursus pro aperto considerabitur. 1840: 22. §. 11.
— subjectum negotium mercantile, Massa-Concursualis usque totalem mercium distractionem continuare, vel subhastatione vendere potest. 1840: 16. §. 59.
— minorum in casibus, dum certo constat, nullum creditorum extra recinctum Jurisdictionis existere, convocatio creditorum via Consilii Locumtenentialis Regii publicari non debet. 1840: 22. §. 30.
— determinato, cridatarius Contractus onerosos stipulare nequit. 1840: 22. §. 32.
— cessante, si cridatario facultates superessent, quas in concursum summi oportuisset, aut si usque exitum concursus cridatario substantia quaepiam obtingeret, creditores plene haud excontentati extensionem executionis ad illas petere possunt, et executio judiciaria per Judicium concursuale illico disponenda, et effectui mancipanda erit. 1840: 22. §. 117.
— terminato, si cridatarius successionem quampiam nactus est, creditores necdum excontentati novum contra eundem concursum movere poterunt. 1840: 22. §. 118.
Condescensio Causae fit per Judicem et per Actorem. II: 82.
— nonnunquam ob frivolas exceptiones, quas judices admittere non debent. II: 83.
— a militum, Curiae Nobilium, et Ecclesiasticorum domus sunt liberae et immunes. 1486: 62. 1522: 36. 1523: 21 1536: 2. 1543: 24. 1567: 39. 1599: 5. 1620: 20. 1638: 44. 1662: 13. 1715: 43.
— a militari, Nobiles in Confiniis domos habentes, liberi sunt. 1618: 58. 1636: 46. 1638: 44.
— militum in montanis Civitatibus locum non habet. 1715: 43.
Confessio Augustanae et Helveticae addictis liberum Religionis exercitium admittitur. 1791: 26.
Confinforum pro usibus, decimas arendans Rex leges observare, et per suos observari curare tenetur. 1563: 68.
— in, et his vicinis in locis Rex decimas praearendare potest. 1569: 27. 1574: 22.
— per milites foenilia regnicolarum non depascantur. 1647: 43. 1655: 57. 1659: 98.
— ex parte in Slavonia justitia administretur. 1647: 56.
— officiolatus Hungaris et Indigenis conferantur. 1647: 63. 1659: 97. 1681: 70.
— in, degentes Nobiles per Capitaneos in suis juribus et privilegiis non turbentur. 1649: 81. 82. 1659: 21. 1681: 19.
— pro solutione media tricesima usque futuram Diaetam offertur. 1655: 4. 1662: 15.
— provisionem sua Majestas in se assummit. 1655: 10. 1659: 102.
— numerus elevetur. 1659: 2.
— milites pleno numero non intertenentes Capitanei, primo amissione salarii, dein capitis puniantur. 1659: 3.
— munitionibus, aliisque ad conservationem necessariis requisitis provideantur. 1659: 4.
— praedarum et captivorum detentio interdicitur. 1659: 59.
— Banalibus et Colapianis de ulteriori fortificatione sua Majestas providere dignetur. 1659: 102.
— officiales, pro eorum excessibus, in quocunque Comitatu possessionati fuerint, jure conveniri possunt. 1662: 36.
— Colapiana tormentis, et aliis munitionibus provideantur. 1681: 62.
— Colonelli et officiales, ab omnibus, in vicinis Dominorum terrestrium bonis fieri consvetis usurpationibus abstineant. 1681: 74.
— vicini Domini terrestres bona sua replere possunt. 1681: 74.
— in, stipendia merentes Nobiles, in rebus extra militaribus jurisdictioni Comitatus subjacent. 1687: 12.
— et fortalitiorum Commendantes nullas involationes in jura Comitum et Dominorum terrestrium facere, atque nullas exactiones committere audeant. 1741: 30.
— pro milite Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae, panni sine omni tricesima penes passuales induci admittuntur. 1741: 62.
— ad, transferantur Generalatus. 1745: 42.
— Banalis praesidia reparentur. 1765: 33.
— militaris exactiones abrogentur. 1765: 36.
— in militari a Nobilibus et civibus telonium non desummatur. 1791: 64.
— in, Nobiles et Cives a telonio sint immunes. 1792: 18.
— in, militari lingvae Hungaricae cognitio provehatur. 1840: 6. §. 9.
Confirmatio Libertatum Regni. 1351: 11. 1384: 1439: 1. 1453: 1. 1478: 14. 1492: 1. 1537: 29. 1546: 15. 1548: 56. 1552: 30. 1572: 2. 1582: 1. 1588: 11. 1608: 16. 1659: 1. 1715: 1. 1741: 1. 1792: 1. 1836: 1.
Confoederationes seu Conspirationes in detrimentum Regni factae interdicuntur. 1446: 5. 1519: 44.
— Polonica conchudatur. 1596: 60.
— cum Austria et Moravia observetur. 1609: 42.
— cum Bohemia, et aliis vicinis Provinciis Rex observabit. 1622: 2.
Conformitas in Paribus Literalium Instrumentorum, et Causarum necessaria est. 1566: 24.
Congregationes generales intra quinquennium non celebrentur. 1478: 7.
— Nobilium, ad collationem Regestrorum, in Comitatibus post Diaetam indicatur. 1550: 25.
— Generales limitent pretia victualium, atque opifices et mechanicos. 1625: 40.
— in Comitatuum, dilapidatoribus sequestrum imponatur. 1723: 48.

Congregationes ad Comitatuum, poena de violatione Sedium Judiciariarum lata etiam extenditur, ab excedentibus, stante eadem Congregatione, desummenda. 1723: 57.
— Generales publice, et debita cum moderatione celebrentur, conclusa improtocollentur, et Protocolla ante dissolutionem Congregationum publice perlegantur, et hoc modo approbatum Congregationis Protocollum fidedignitatem sortiatur. 1723: 58.
— Generalium Conclusa per particulares, multo minus per supremos, vel Vice-Comites, aut alios quoscunque in privato non immutentur; conclusisque absentes se etiam accommodare tenentur. 1723: 58.
— in Comitatuum, occasione votisationis ratio Legis et Consvetudinis habenda veniet. 1723: 58.
— in Generali, contra binariam oppositionem brachium resolvitur. 1807: 11.
— in Generali Comitatus fiat surrogatio Vice-Comitis, ubi in casibus repositionum uterque Vice-Comes interessatur. 1807: 13.
— in Comitatus, decernatur sylvarum sequestrum. 1807: 21.
— in Comitatus, locus et tempus pro lustratione Nobilium praefigatur et Deputatio constituatur. 1808: 3.
Conjugalis desponsatio in facie Ecclesiae peragatur. Colom. II: 15.
— mutua successio etiam in bonis, ante matrimonium aquisitis locum habet. 1840: 8. §. 9.
Conjugatos inter, sine prolibus decedentes, in bonis pignoratitiis, et rebus mobilibus mutua, et reciproca ad invicem observetur successio. 1687: 11.
Conjurationes et ligae, etiam in mutuam defensionem factae, sub nota infidelitatis cessent. 1536: 40.
Connubium libero cum ancilla alterius inire, sub amissione libertatis vetatur ita, ut perpetuo servus maneat. S. Steph. II: 27.
Connumerationem Portarum non admittens, perdit illud bonum, ubi non admisit. 1546: 5. 1638: 47. 1647: 36.
— Portarum, pro eruendo subsidio, per Dicatorem Regium fiat, cui ex Comitatu adjungatur vir nobilis, probus, et cui pro labore per Comitatum satisfiat, in cujusmodi connumeratione Judices Nobilium nullas Possessiones sub poena capitis celare praesummant. 1546: 9.
— Portarum in illa qualitate fiat, in qua Dominio suo praestanda praestant. 1567: 5.
— occasione Judex de qualitate sessionum, an sint integrae, mediae, quartariae, tertiariae? juret. 1567: 6.
Connumerator innocentem accusans poenam talionis luat. 1567: 9.
Consangvinei usque quartum gradum matrimonium inire nequeunt. I: 107.
— fratres, sorores, et uxor, pro delicto damnati nec in minimo aggravari debent. 1492: 74. §. 3.
— sui Causam Judex decidere nequit. 1500: 8.
— usque quartum gradum occidens, caput amittit cum exasperatione. 1723: 11. §. 2.
Conscriptio Regni ita peragatur: ut unus Circulus alterum conscribat; quae intra tres menses Palatino exhiberi, et per hanc suae Majestati submitti debebit. 1715: 57.
— Regni juxta ideam in Comitiis Regni acceptatam peragatur. 1723: 67.
— popularis Ignobilium peragatur. 1802: 2.
— Regni pro clavi rectificationis portarum deservitura peragatur, futurae Diaetae referenda. 1827: 7.
— Regni pro revisione, et difficultatibus superandis Deputatio nominatur. 1827: 7.
— judicialis, per exmissum individuum et Partem exequentem subscripta, exmittenti Judicio cum Relatione exbibebitur. Si inter conscripta bona tale objectum reperiretur, ad quod alter jus proprietatis praetendit, Tribunal Cambiale comperta praetensionis realitate illud e conscriptione expunget, et a sequestro judiciali eximat. 1840: 15. II. 1. §. 158.
Conscriptioni judiciali insertum ad aliquod objectum, si quis jus proprietatis se habere exponeret, ast id coram Tribunali comprobare non posset, objectum tale e Conscriptione quidem non expungetur, ast illa observatio adjicietur, quod licitationi tunc tantum possit substerni, dum debitor alia in excontentationem praetensionis deserviente mobili substantia destituitur. 1840: 15. II. §. 159.
— judicialem Tribunal Cambiale Deciso comprehendet, et Decisum suum una cum Conscriptionis copia Partibus extradabit. 1840: 15. II. §. 162.
— circa judicialem, lato per Tribunal Cambiale Deciso non contentus ad Forum Appellatorium recurrere potest, sed recursus hic executionem ad excontentationem non morabitur. 1840: 15. II: §. 163.
— pro executionali Tribunali Cambiali solvetur unus florenus. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 22.
— super executionali praestita relatio apud Tribunal Cambiale redimitur duobus florenis. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 23.
— judicialis in duobus exemplaribus adornanda, atque unum Curatori Massae, alterum Judicio concursuali tradendum est. 1840: 22. §. 22.
— relictae substantiae decedentium Ecclesiasticorum per Camerales et Ecclesiasticas personas, cum interventu concernentium Consangvineorum peragatur. 1840: 26.
— operarum publicarum per decursum anni adhibendarum quovis anno, Mense Octobri peragatur, et Mensibus Novembri ac Decembri in generali Comitatus Congregatione indagetur. 1844: 9. §. 27—30.
Consensus fassioni insertus valet. I: 35.
— Regio non indigent bona in redemtionem capitis data. I: 59. §. 8.
— Regius Statutione indiget. I: 63. §. 3.
— Regius est Jurisdictionis S. Coronae Regni, super juribus possessionariis in eam jure devolvendis, per Regiam Majestatem spontanea cessio. I: 64.
— Regio indigent bona jure perennali data. I: 65. 1715: 26.
— no indigent fassiones inter fratres, qui utrinque sibi succedunt in juribus possessionariis. I: 65. §. 2.
— Regius in fraternali adoptione est necessarius. I: 66.
— Regius ad Majoratum constituendum requiritur, 1687: 9. 1723: 50.
Consilium Hungaricum pristinae suae dignitati restituatur. 1582: 1. 1588: 3. 1608: 10. 1613: 25. 1618: 8. 1622: 17. 1630: 29.
— in Bellico duo ad minimum Consiliarii Hungari in rebus praecise hungaricis adhibeantur. 1649: 8. 1659: 14.
— Regium Locumtenentiale Praeside Palatino cum viginti duobus Consiliariis, e statu Praelatorum, Magnatum, et Nobilium instituitur, nemini absque Praesidii indultu abesse licebit, ita, ut duodecim ad latus Praesidis continuo praesentes esse debeant. 1723: 97.
— Locumtenentiale Individua pro sui gremio, cum opinione fine denominationis proponat. 1723: 97.
— Locumtenentiale ad meditullium Regni transferatur. 1723: 97. 1765: 3.
— Locumtenentialis Cancellariae Directorem, ex Consiliariis, una cum Secretariis Sua Majestas nominabit, Regestratorem, Rationum Exactorem, Expeditorem, et reliquos subalternos Consilium pluralitate votorum constituet; Expeditiones Praeses cum Cancellariae Directore, et uno Secretario subscribet; insignibus regni cum circumferentia aquilae utetur. 1723: 98.

Consilium Locumtenentiale a nullo Dicasterio aulico, sed a Sua Majestate dependeat, et abinde Resolutiones accipiat. 1723: 101.
— Locumtenentiale cum Regiminibus et Guberniis, in rebus statum publicum concernentibus non correspondeat. 1723: 101.
— Locumtenentiale contra positivas Patriae leges nihil determinet; Diaetales Conclusiones effectui mancipari faciat, et Conclusa per pluralitatem votorum in Consilio, extra illud nemini immutare licet. 1723: 102.
— Locumtenentiale, ubi ad meditullium Regni translatum fuerit, Domus Regnicolaris pro Archivo procuretur. 1723: 106.
— Locumtenentiale Suae Majestati repraesentet, si Comitatus et Civitates Informationes non praestiterint. 1723: 112.
— Locumtenentiale modum stabiliendi intra regnum commercii Suae Majestati proponet. Prospiciet, ne merces publico damnosae in regnum inducantur, verum ut publico utiles mercatores protegantur. 1723: 116.
— Locumtenentiale curabit, ne Mechanici et Opifices, per culturam fundorum, a manufacturis suis distrahantur. 1723: 117.
— Locumtenentiale curabit, ut fluvii navigabiles per diversos canales, pro facilitando commercio ad varias partes deducantur. 1723: 122
— Locumtenentiale tricesimale regium vectigal cum interventu Commissariorum Cameralium elaborabit, et Suae Majestati pro ratificatione substernet. 1729: 2.
— Locumtenentiale, Salis Officialium, et obequitatorum excessus, si de iis satisfactio data non fuerit, Suae Majestati repraesentet. 1729: 6.
— Locumtenentiale caeharum et contuberniorum opificum, in praejudicium publici factos damnosos excessus, praevie indagatos, Suae Majestati remonstrabit, ut caehalia privilegia circumscribantur, aut abrogentur. 1729: 10.
— Locumtenentiali cura incassandarum restantium Indigenatus taxarum incumbit. 1741: 17.
— Locumtenentiale, si quaepiam illegalia Mandata in regnum expedirentur, Suae Majestati subversantes reflexiones facere tenetur, Sua Majestas autem talium Repraesentationum habitura est reflexionem. 1791: 14.
— Locumtenentiali Regio nominetenus designentur Censores Librorum; tam Symbolicorum, quam Theologicorum, et ad pietatis exercitium spectantium, Augustanae et Helveticae Confessioni addictorum, nullis in Catholicam Religionem Sarcasmis, aut scommatibus inseri admissis. 1791: 26. §. 5.
— Locumtenentiale audiendum decernitur: quo modo Catholicis Parochis indemnitas pro amissis, per eliberationem Augustanae et Helveticae Confessioni addictorum, proventibus praestari possit. 1791: 26. §. 6.
— Locumtenentialis circa Pestinum translationem, dum Suae Majestati quoad sumtus, et quo modo Civitati Budensi subveniri possit, fuerit facta propositio, suam edet Resolutionem. 1791: 39. 1792: 15.
— Croatico jam sublato, omnia Comitatuum Croatiae et Slavoniae negotia in Consilio Locumtenentiali tractentur, ac proinde tam in gremio, quam in statu subalterno individua ex his regnis in justa proportione applicentur, et Banus quoque, dum venire poterit, competentem dignitati suae sessionem et votum habeat. 1791: 58.
— Locumtenentiale Regium Comitatibus Hungarice scribentibus Hungarico idiomate respondeat. 1792: 7. 1830: 8. §. 1.
— Locumtenentiale de fundi concurrentialis et deperditalis, sub regimine Josephi 2-i Imperatoris introducti quantitate, suae Majestati requisitam praestet Informationem, qua accepta, postulati eatenus facti, clementissimam rationem habere dignabitur. 1807: 18.
Consilium Locumtenentiale Regium non solum Intimata, sed etiam Circulares ordines lingva patria expediet. 1840: 6. §. 3.
— Locumtenentiale Regium edictales creditorum concursualium citationes non tantum medio circularium publicabit, sed etiam ephemeridibus inseri faciet. 1840: 22. §. 29.
— Locumtenentiale Regium in cunctis suis protocollis, Repraesentationibus, et Intimatis idiomate hungarico utatur. 1844: 2. §. 5.
— Locumtenentialis Regii jus superinspectionis relate ad operas publicas confirmatur. 1844: 9. §. 44.
— Locumtenentiale Regium intuitu sabuli fluentis occurrentes recursus intra tres menses superabit. 1844: 10. §. 5.
Consiliarii sint Hungari. 1492: 6.
— Hungari in rebus hungaricis adhibeantur. 1492: 7. 1559: 8. 1608: 10. a. c. 1622: 2. 1649: 8. 1659: 1. 1662: 4. 1741: 11.
— si in Consilio aliquid contra regni libertates egit, per reliquos in proxima Diaeta, deferatur, et ibidem tanquam reipublicae, et libertatis regni proditor, juxta demeritum puniatur. 1507: 7.
— praecipuos septem elegit Rex ex utroque ordine ex quorum numero sunt Locumtenens, Palatinus, et Capitaneus. 1536: 16.
— et omnes Judices Regni Ordinarii, ante omnes alios se purgent, et justificatos reddant: de quibusvis bonorum occupationibus et detentionibus; quibusvis item injuriis, et nocumentorum generibus, quibus post mortem Ludovici, quispiam per eos quomodo cunque fuerit affectus. 1536: 17.
— Hungari in Re Monetaria per Regem adhibeantur. 1567: 45.
— salaria ex proventibus regiis accipiant. 1566: 23. 1567: 24. 1630: 29. 1635: 14. 1723: 25. 30. 97.
— Regios verbo et scripto dehonestans Georgius Debreczeny Vice-Tavernicorum Regalium Magister, notae infidelitatis reus in Comitiis declaratur. 1588: 48.
— Hungari cum Camera Civitates Regias taxent. 1595: 38.
— trium ad commendationem possunt sollicitari Armales. 1630: 30.
— in Comitiis votum et sessionem habeant. 1608: 1. p. c. Juxta senium post supremos Comites sedeant in Comitiis. 1687: 10.
— verberans, arestans vel interimens, olim notam infidelitatis incurrebat, hodie poena mortis punitur. 1723: 11. §. 5.
— unus ex parte Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae in Cancellaria Hungarica applicetur. 1765: 35.
Consistorium Protestantium donec coordinatum fuerit, illorum Causas Matrimoniales Magistratus civiles vel Comitatus judicabunt. 1791: 26. §. 11.
— sacra in decidendis causis lingva hungarica utantur. 1844: 2. §. 6.
Conspirans in Regem et Regnum poenam criminis laesae Majestatis subit. 1715: 7.
Constantiensi in Concilio confirmata est libertas Regni Hungariae in collatione beneficiorum. I: 11.
— Concilium Regnum Hungariae in ea libertate reliquit, quod ex eo nullus per literas apostolicas evocari possit, nisi via appellationis. 1498: 63.
Constitutiones Principum seu Regni Decreta futura ligant, et non praeterita. II: 2.
— contra generalia Decreta non valet. II: 2. 3. 12. 52.
— Comitatus quoque pro usu suo condere potest. III: 2. §. 5.
— fit per Regem et Regnicolas. 1405: II. in Praef. 1635: 18.

Constitutiones contra, se erigens, in amissione omnium bonorum punitur. 1507: 8.
— Statuum et Ordinum anno 1446 congregatorum firmiter observentur. 1446: 4.
— Regni, seu Articulis, pro confirmatione porrectis, aut porrigendis, nec additamenta adjiciantur, nec diminutiones fiant. 1618: 28.
Constitutivi Sessionalis quantitas relate ad medias, et quartas Sessiones colonicales in proportione directa intelligenda venit. 1836: 5. §. 6.
Consulens Regi contra Ecclesiam, non debet audiri. S. Steph. II: 1.
Consvetudo suppleat legem, ubi defecerit lex. Prolog. 10.
— qua in judiciis generaliter utimur, e tribus fundamentis constat: 1-o e Constitutionibus et Decretis publicis; 2-o e Principum Privilegiis, 3-o e Judicum ordinariorum regni Sententiis. II: 6.
— sunt sequendae. S. Steph. I: 8.
— et libertates antiquae reducantur, redintegrentur, et in iisdem regnicolae manuteneantur. 1439: 1.
— nocivae aboleantur. 1439: 4.
— regni a judice observetur, neque in ullius favorem mutetur. 1492: 10.
— antiquae, per Protonotarios in judiciis allegari solitae conscribantur. 1498: 6.
— quae in judiciis allegari solent, per Consilium conscribantur, explanentur, et in futuris Comitiis exhibeantur. 1500: 10.
Conti Antonius fit indigena. 1715: 133.
Contoalibus per debitorem subscriptis et authenticatis, aut si libellus Actionalis intra defixum tempus judicio exhibeatur, libri mercantiles vigorem suum ad impetendum porro etiam conservabunt. 1840: 15. II. §. 109.
— legalisatione non attenta, si Incattus authentiam librorum in dubium vocet, librorum eorundem coram Tribunali Cambiali fiendam productionem exigere potest. 1840: 15. II. §. 112.
— si per civicum Magistratum aut legale Comitatus testimonium authenticentur, libri mercantiles tribus annis ad impetendum deservire possunt, contoales per debitorem subscriptae semper valent. 1840: 16. §. 19.
— pro extractu et judiciali legalisatione unus florenus solvi debet. 1844: 6. §. 25.
Contractu, prout quis se obligavit, ita judicium et justitiam recipiat. 1486: 17. 1492: 38.
— alicujus Praelati, vel Ecclesiastici, de bonis ad Regem devolvendis, etiamsi Consensus Regius superinductus sit, nullus est, sed pecunia reddi debet. 1498: 65.
— fraude, dolo, vi, metu extortus rescinditur. 1715: 53.
— cum saecularibus initos, Superiores Religiosorum, eorumque successores observent. 1715: 97.
— Statutionem requirentes, intra annum Statutione roborentur. 1542: 23.
— coram locis authenticis, Judicibus regni ordinariis, eorumque Proto-Notariis, celebrati valent. 1729: 24.
— inter Abbatem Montis Pannoniae et Comitatum Simeghiensem intuitu decimarum initus inarticulatur. 1729: 45.
— privati bona fide, in negotio Josephinae dimensionis initi, in via juris praetendi possunt. 1791: 34.
— de desumtione Juris Montani, in usu relinquantur. 1802: 7.
— usurarius ipso facto nullus est. 1802: 21.
— filiorum et filiarum familias citra parentum, et pupillorum citra tutorum consensum, nullius sunt roboris. 1802: 21.
— emtio-venditionalium Protocollum penes singulum Dominium, et in singula communitate praeexistat. 1836: 6. §. 1.
— urbariales, certis conditionibus affecti, his dumtaxat cessantibus, poterunt via juris rescindi. 1836: 8. §. 1.
Contractus antiqui, ante introductum urbarium initi, vel via urbariali adusque stabiliti, ab omni quaestione manent exemti. 1836: 8. §. 1.
— perpetuos, ratione praestationum, laborum, et datiarum, subditi inire possunt. 1836: 8. §. 2.
— perpetui, vi et metu extorti, vel fraude et dolo procurati, aut per tales, qui jure contrahendi destituebantur, initi invalidabuntur. 1836: 8. §. 3.
— urbariales, conditionibus impossibilibus affecti, invalidari nequeunt, verum his via urbariali aliae conditiones substituendae erunt. 1836: 8. §. 4.
— urbariales temporaneos, non tantum ratione praestationum, laborum et datiarum, verum etiam circa jura regalia, et curialia, subditi inire possunt. 1836: 8. §. 5.
— quoad urbariales, ad indeterminatum tempus stipulatos, in quibus nullus edictionis terminus pactatus est, ab utraque parte semper annualis edictio observetur. 1836: 8. §. 5.
— Urbarialium unum exemplar ad Archivum Comitatense reponetur, alia duo respectivis partibus contrahentibus tradentur. 1836: 8. §. 6.
— urbariales, annuas praestationes involventes, tam perennales, quam temporanei, semper in praesentia Fisci Magistratualis et legalis testimonii debebunt iniri. 1836: 8. §. 6.
— impopulationales, guerales, scultetiales, inscriptionales, futurae terrarum regulationi obstare non possunt. 1836: 8. §. 7.
— urbarialium ad invalidationem motae Causae, usque ad supremum Forum Judiciarium intra dominium promovebuntur. 1836: 10. §. 4.
— perennales redemtionales in uno exemplari ad archivum Comitatus reponantur, in altero via Consilii L. R. altissimae Ratificationi substernantur. 1840: 7. §. 9.
— circa perennales, de redemtione praestationum urbarialium stipulatos, si Consilio Regio Locumtenentiali quaedam reflexiones occurrerent, has intra sex menses concernenti Jurisdictioni intimet, et si nulla reflexio occurreret, desuper Jurisdictionem intra sex menses edoceat. 1840: 7. §. 9.
— Societatum mercantilium et industrialium apud Tribunal Cambiale improtocollari debent. 1840: 15. II. §. 18.
— societatis, communis lucri causa coalitae, si ad plures phyleras protenderetur, occasione improtocollationis zona sericea persuendus, hujusque extremitates sigillo Tribunalis Cambialis, et alterutrius contrahentium muniendae erunt. 1840: 15. II. §. 39.
— socialis apud Tribunal Cambiale improtocollati, et depositi paria authentica, coram omni Foro et Jurisdictione plenam probam praestabunt. 1840: 15. II. §. 41.
— sociales apud Tribunal Cambiale improtocollati, cuivis interessatae parti in authentica copia extradari debent. 1840: 15. II. §. 42.
— Arendales, coram testimonio legali initi, etiam in casum concursus vigorem suum retinebunt. 1840: 22. §. 37.
— ex onerosis promanantes obligationes, in casu concursus ad quartam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 89. ad d).
— socialis pro improtocollatione Tribunali Cambiali sex floreni solvi debent. 1840: 15. II: 16. §. 1.
— de emtione et venditione mercium scripto exarandi, quantitatem et qualitatem mercium, tempus et locum traditionis atque solutionis designare debent. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 1—8.
— de emtione et venditione mercium etiam feminae, sacerdotes, et Monachi bonorum possidendorum capaces inire possunt. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 8.
Contradictoribus pecunia occasione Statutionis numerata, nullum foeminis jus tribuit. I: 28.
— antea coram Palatino, serius coram Judice Curiae Regiae cognoscebatur. I: 30.

Contradictionem interponentes pupilli in Statutione et Reambulatione evocati respondere per Tutores tenentur. I: 131.
— civis, praescriptionem impedire volentis, si Judex civicus ex rancore non improtocollavit, illa coram ordinario regni Judice, vel loco authentico interponi potest. III: 15. §. 2.
— occasione Statutionis, in Bonis per Mathiam collatis, intra annum ita in dominio relinquantur, ut literas suas Regi producant; et si jus suum non edocuerint, bona cum fructibus Donatariis cedant. 1481: 15.
— ratione sufficienti non reddita, Contradictor ad fructuum perceptorum refusionem obligatur. 1486: 27.
— si occasione Statutionis intervenit, Impetrator possessionem non ingrediatur, secus eum Vice-Comes ejicit, et in perennali bonorum aestimatione convincit, et penes assistentiam Magistratus exequitur. 1492: 59. 1647: 130.
— si interveniat, statutus nomine proprio, non vero Regis, litiget. 1492: 61.
— non opitulatur in executione bonorum post mortem Ludovicii II. occupatorum. 1536: 9. 10.
— si quis statutioni interponere nequeat, quia ad 15. diem statutio ad notitiam ejus non pervenit, cum Literis Admonitoriis novum Impetrantem ad Curiam evocare potest; et comprobato eo, quod usque Statutionem in pacifico possessorio bonorum persteterit, non obstante nova Impetrantis novi sine Contradictione facta statutione, bona sua recipit, et novus Impetrans jus suum extra dominium prosequi tenetur. 1536: 46.
— non opitulatur in revindicatione bonorum injuste occupatorum. 1542: 8. 1552: 27.
— non opitulatur ei, qui non obstante Contradictione occasione statutionis interposita, Dominium bonorum adivit. 1563: 44.
— locum habet in bonis, titulo notae infidelitatis impetratis, si contradictores palam factionem adversarii secuti non sunt, et tunc Causam sedes Judiciaria Majestatis decidat. 1563: 47.
— in executione injuste decimam desummentis robore caret. 1574: 23.
— non opitulatur Vice-Comiti, vel Judici Nobilium, quem Fiscus ob negligenter exactum subsidium in triplo exequitur. 1601: 6. §. 1.
— Fisci et Civitatum contra articulos prioris Diaetae annihilantur. 1649: 14.
— si occasione statutionis non intervenit, et Donatarius tamen possessorium adire non potuit, coram Proto-Notario olim, nunc coram Tabula Districtuali jus suum persequitur. 1715: 28. 1723: 34.
— si absque haerede decedat, statutio purisatur. 1715: 28.
— revocatio, inhibitio Procuratoris vel Plenipontentiarii, nisi his nota reddatur, invigorosa evadit. 1729: 24. §. 7. 8.

Contrascriba in cusione monetarum sit Pisetarius Archi-Episcopi Strigoniensis. 1557: 15. §. 2.
— tricesimarum tollantur. 1647: 146. 1649: 46. §. 2. 1655: 11. 1681: 13. 1715: 18. 91.

Contributio denariorum octo, qui a liberis colligebantur, a modo non accipiantur. Colom. I: 45.
— a, immunes declarantur Nobiles unius Sessionis, domus allodiales Nobilium familiarii, eorundem, villici, et nimium pauperes. 1478: 4.
— et subsidia in Diaetis unanimi consensu offerantur. 1504: 1.
— regiae a solutione, combusta tempore disturbii rusticana loca per triennium eximantur. 1514: 71.
— a singulis sessionibus 50 den: offertur. 1518: 9.
— Civitates Liberae Regiae, et Montanae. 1536: 34.
— in Regno Slavoniae a singulo fumo 10 denariorum pro regni necessitate decernitur. 1538: 25.
— unius floreni a singula sessione offertur. 1542: 26.

Contributione unius floreni a singula sessione oblata, Domini terrestres sexagesimam partem colonorum suorum, per 40 florenos perennali valore aestimandorum, dare tenentur. 1542: 28.
— hujus occasione Nobiles unius sessionis sexagesimam partem rerum omnium, demtis vestibus, equis, et apparatibus bellicis dare tenentur. 1542: 29.
— hujus occasione Liberae Regiae et Montanae Civitates omnium domorum et rerum suarum sexagesimam partem dare obligantur. 1542: 30.
— hujus exigendae scopo, Judici Homo Regius e Camera addendus erit: ut contributio haec pro navali exercitu destinata sine mora importari possit. 1542: 31.
— ad hanc omnis sive dominus, sive civis, ab ea pecunia, quam servitoribus suis, et mercenariis annue solvere debet, a singulo floreno 5 numos solvat, in mercedem servitoris imputandos. 1542: 38.
— ultra hanc cives non graventur. 1542: 39.
— hujus titulo fuggeri et alii mercatores externi, quadragesimam partem mercium valoris solvant. 1542: 40.
— per nonnullos vi exacta, amplius a colonis non exigatur. 1543: 19.
— dicatione terminata, intra quindenam ad manus Dicatoris Regii resignetur. 1546: 10. 12.
— ab hac eximuntur mercenarii, servitores nobilium, coloni civitatum montanarum, et judices villarum. 1546: 13.
— ex hac, nulla salaria dependantur. 1546: 14.
— a singulis sessionibus duorum florenorum offertur. 1566: 4. 5. 6. 1567: 3. 4. 5.
— hujus in dicatione judices loci de quotalitate sessionis jurent. 1567: 6.
— in hac, Dicatores utensilia domus in sex florenis non computent. 1566: 7.
— Dicatori, ex parte Comitatus Nobilis adjungatur, sed ipse Dicator Nobilis sit, bona in Comitatu habens ut Fiscus contra eum regressum habeat. 1567: 7.
— in objecto, sive per Dicatores. sive per alios, si falsa contra delatio contingeret, in poena talionis tales falsi delatores puniantur. 1567: 9.
— Dicatores pro redemtione schaedarum nihil exigant. 1567: 11.
— a, eximuntur praediales Nobiles et libertini Dominorum, qui cum equis suis exercituare tenentur. 1567: 14.
— restantiae incassentur. 1567: 16. 1595: 43. 1597: 12. 1598: 19. 1659: 12.
— Nobiles in terris alienis residentes solvant. 1595: 6.
— sub Strigonio particulariter facta oblivioni tradatur. 1595: 42.
— pro desummendis rationibus Deputati nominantur. 1595: 44. 1597: 11.
— a singulis domibus tam colonicalibus, quam inquilinariis, singuli 100 denarii offeruntur. 1598: 4.
— huic ex propria Dominorum bursa addantur 50 denarii, quibus equites bene armati statui debebunt, qui ex castris nullo modo per Dominos suos avocentur. 1598: 5. 6. 7.
— unius floreni, connumeratione domorum peracta, Dicator exigat, et ad manus regias administret, non alio, quam in usus militum hungarorum convertendam. 1598: 9.
— hujus pro incassatione exmissos Dicatores non admittentes in poena tripli convincantur. 1598: 11. 17.
— rationes exigantur, si qui mortui essent, haeredes dare tenentur. 1599: 24.
— seu subsidii titulo unus et medius florenus offertur, unus quidem a subditis exigendus, medius vero per Dominos terrestres solvendus; ea tamen interjecta solenni cautione, ne contributio

haec in praejudicium praerogativae nobilitaris ullo unquam tempore vergat. 1601: 2.
Contributionum rationes exigantur. 1601: 7. 15. 1622: 35. 1635: 9. 1659: 3. 1715: 57. 1723: 63.
— titulo a singulis colonis quatuor floreni offeruntur. 1608: 14. p. c.
— annue extranei Indigenatu donati in medium Hungariae conferant. 1609: 51.
— quatuor florenorum a singula porta, ad quam quatuor domus colonicales et similiter 12 inquilinares connumerantur, offertur; quarto floreno in exsolutionem coronae Custodum, item legationum, ac coemtionem et aedificationem domus pro conventibus regnicolarum convertendo. 1609: 62. 1613: 9
— de restantiis, et de perceptis, ac erogatis, Commissarii in singulis Comitatibus diligenter inquirant. 1609: 63.
— solutione Rasciani in insula Rábaköz habitantes taxentur. 1613: 30.
— Valachorum in Croatia et Slavonia in bonis nobilium habitantium, juxta priores Constitutiones limitetur. 1613: 39.
— priorum annorum quoad restantias Commissarii denominantur. 1618: 16.
— quaslibet Nobiles de Szent-Gál in medium Comitatus Veszprimiensis praestent. 1618: 24. 1647: 128.
— a singulis portis ad duos annos per tres florenos offertur, in Slavonia dimidium solvendum, et in Confinia convertendum. 1618: 36. 1622: 32. 1625: 8.
— omnis generis restantiae exigantur. a haeredibus et successoribus Perceptorum, intra mensis spatium in simplo, hoc expleto in poena dupli. 1625: 27.
— trium florenorum a singula porta pro uno anno offertur. 1630: 5.
— pro Coronae Custodibus a singula porta unus florenus, et pro aedificatione domus regnicolaris 50 denarii offeruntur. 1630: 6.
— exactores et perceptores ad reddendas rationes stringantur. 1635: 9.
— Regni si officiales Dominales aliorsum convertant, ex propriis terrestris Domini bonis satisfactio procuretur, hi vero ab officialibus indemnitatem sibi procurent. 1647: 37.
— dicalis loco, 3900 milites equites et pedites offeruntur, e Regno non educendi, sed contra Turcas applicandi. 1649: 3.
— hujus titulo Regnum Slavoniae 500 milites Colapianos intertenebit. 1649: 4.
— quoad, in articulis contentas, Camerae Praefectus et Consiliarii quieti redduntur. 1649: 74.
— loco 1100 milites offeruntur, in medietate e bursa dominorum, in altera vero a portis intertenendi. 1655: 5.
— loco 400 milites, horumque sumtus intertentionales offeruntur. 1659: 8.
— tredecim oppida Scepusiensia obnoxiantur. 1659: 11
— anni 1655, pro Confiniis, anni vero 1659: pro duobus annis decreta, ad regni necessitates convertatur. 1662: 22. 23.
— et subsidiorum materia cum statibus et ordinibus diaetaliter deliberanda statuitur. 1715: 8.
— in puncto, cognita inopinae necessitatis causa, aut improvisi flagrantis belli ratione, Status et Ordines intra et non extra regnum convocentur. 1715: 8. 1741: 22.
— cum militari, Comitatus domesticae impositiones non confundantur, neque mixtim exigi permittantur. 1715: 57.
— Austriaci in Hungaria fundos et vineas possidentes in medium Hangariae solvant. 1715: 72. 1723: 64.
— oppida Szvetlier, Szomolnok et Sztocz in Comitatu Scepusiensi, Botsza-Bánya in Lyptoviensi, Possessio Steffulto in Hontensi, Sóvár cum Só-Bánya in Sárosiensi ferant. 1715: 96.
Contributiones publicas cum censibus dominalibus officiales non confundant, si pecuniae in cassatae ad Cassam Comitatus administratae non fuerint, Domini terrestres Cassae Comitatensi satisfaciant. 1723: 63.
— repartitiones, statim sub initium hybernalium mensium, Possessionibus cum expositione obtingentis in libello eatenus praeparando extradentur, quae per Supremos Comites aut Vice-Comites authoritate privata alterari nequeunt. 1723: 63.
— defalcatae inter portas proportionate subdividantur. 1723: 63.
— Perceptores, exacta a nonnullis Possessionibus contributione, aliorum in ulterius tempus remittere non audeant. 1723: 63.
— debent extranei non indigenae in regno fundos tenentes. 1723: 64.
— pro conservatione statuitur: ne militia et militares officiales discretiones praetendere et exigere possint. 1729: 18.
— ab omni Nobiles eximuntur. 1741: 8.
— appertinentiae Districtus Kuttina subjiciantur. 1741: 51.
— et oneribus regni Bona Zriniano-Frangepaniana subsint. 1741: 52.
— pro coordinanda Deputatio Regnicolaris ordinatur. 1791: 67.
— quantitas pro intertentione stabilis militiae destinatae, semper in Comitiis regni, ab una Diaeta ad aliam determinabitur. 1791: 19. 1827: 4.
— Regni Croatiae, et trium superioris Slavoniae Comitatuum, semper in Diaeta Hungarica, separatim tamen a Contributione Hungariae tractetur, neque extra Diaetam Hungariae augeri possit. 1791: 59.
— et subsidiorum materia, a Diaetali Tractatu, quorsum spectat, in nullis extraordinariis etiam casibus abstrahetur, neque cum eadem contributione, relate ad speciem et quantitatem comitialiter determinatam, quaepiam extra Diaetam mutatio suscipietur, verum haec, prout ab una Diaeta ad aliam in Comitiis determinata fuerit, exigatur. 1827: 4.
— restantiis, tam iis, quae a tempore 1-mam Nov-Nembris 1822 praecedente exhaerent, quam iis, quae a 1-a Novembris 1825 enatae sunt, per suam Majestatem pro cessantibus declaratis, a sollicitatione imputationis praescissum est. 1827: 6.
— ad repartitionem individualem inter Colonos instituendam, dominium evocetur. 1836: 9. §. 3.
— a fundo subtractae sessiones colonicales denuo impopulentur, et ad fundum contributionalem reaplicentur. 1836: 11. §. 10.
— a publica immunitantur desertarum sessionum cultivatores. 1836: 11. §. 13.
— intuitu restantiarum per Nobiles a fundis colonicalibus, et per terrestrem Dominum a desertis sessionibus pendendarum, Forum Judicis Nobilium et Jarassoris stabilitur. 1836: 11. §. 14.
— a publica semitae ferreae et canales eximuntur. 1836: 25. §. 7.
— obtingentiae et restantiae, in casu concursus creditorum ad primam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 81. ad c).
— ad Casam illius Jurisdictionis solvatur, cujus gremio objectum contributioni obnoxium adjacet. 1840: 37.
— Perceptor omni mense dum contributionem incassat, juxta exhibendas eidem quietantias in libro possessionis praestitas decursu praeterlapsi mensis vecturas et statutos operarios praenotabit. 1844: 9. §. 35.
— repartitionem claborans Deputatio Comitatus etiam de operis publicis praeliminare projectum conficiet. 1844: 9. §. 38.

Contubernium sigulum Agazonum Regalium Magistro cum Rege per civitatem, oppidum, villam liberam transeunti, unum opus dabit. 1405. I: 73. §. 3.
— opificem artis gnarum, absque gravioribus taxis recipiat. 1715: 79.
— opificum, mechanicorum regulentur, abusus eorum tollantur, opifices gratis absque majoribus taxis recipiant. 1715: 79. 1723: 74. §. 2.
— Privilegia confirmantur. 1715: 79. §. 1.
— servos, opificia in gratiam dominorum exercentes, sub poena violentiae non turbent. 1723: 74. §. 3.
— Privilegia Rex conferre aut tollere potest. 1723: 74. §. 4.
— si Privilegia sua filialibus communicaverint, statuta condiderint, taxas nimias exegerint, nationales non admiserint, Consilium Regi pro castigatione repraesentet. 1729: 10.
— quodvis militem dimissum, post 20 annorum servitia, facto paradigmate, acceptare obligatur. 1807: 1. §. 11.
Contumucem in solvenda decima, Rex brachio suo conpescat. 1596: 55.
Contumaciae in sententia Judex ante occasum solis neminem convincat. 1723: 32. §. 4.
— ex, pars non comparens, in totali aquisitione partis comparentis convincitur. 1723: 32. §. 8.
— in, convictus si rationes legitimas intermissae comparitionis intra quindenam reddat, nullo onere gravari potest, sed expensas morae alteri parti solvere debet. 1723: 32. §. 9. 1729: 38. §. 7.
— ob, executio una cum expensis fiat. 1723: 32. §. 10.
— sententia in Comitatu illico effectui mancipari debet. 1729: 35. §. 8.
— sententia si in causa plurium terminorum lata sit, et sufficientes inrermissae comparitionis rationes adductae fuerint, causa continuari potest, sed expensas morae tardius comparens alteri parti solvere debet. 1729: 38. §. 7.
— sententia in Causa unius termini, si intra quindecim dies nulla legitima non comparitionis ratio assignata fuerit, citra omne juris remedium executioni datur. 1729: 38. §. 8.
Contumeliam alteri in Comitiis irrogans illico evocetur, et plectatur. 1625: 62.
— alium in Comitiis afficiens, per Tabulam Regiam in ducentis florenis convincatur. 1723: 7. §. 8. 9.
Conventicula privata post comitia celebrantes, ut infames in bonis et personis puniantur. 1504: 1. 1597: 46. 1599: 23.
— Hatvaniense interdictum. 1526: 17.
— Rosenbergense cassatum. 1715: 31.
Conventualem capitularem, vel regium hominem interimens, vulnerans, verberans, notae infidelitatis reus fiebat. I: 14. §. 13. Hodie actum majoris potentiae incurrit. 1723: 10. §. 2.
— si ipsi larvam finxerunt, ut falsarii et perjuri amittant beneficia, et stigmate in fronte et genis signentur. II: 16. §. 3. 4. 1498: 14.
— duos Szigethinum mittat Abbas de Szalavár pro constitutionibus procuratoriis. 1563: 53. §. 4.
— pro expeditione destinati, juramentum deponant. 1723: 44. §. 2. 3.
— interemtores capitali poena cum exasperatione puniuntur. 1723: 11. §. 5. 6. 7.
Conventus publicos olim convocandi modus et formula. I: 3. §. 2.
— publicus duravit usque S. Stephanum. I: 3. §. 2.
— ad publicos non comparentes, cultro per media viscera scindebantur, aut servi fiebant. I: 3. §. 4.
— debet esse de eodem Comitatu, penes cujus testimonium evocatio, statutio, reambulatio, admonitio et executio fit, secus causa condescendit, excipe, si non daretur in Comitatu Capitulum vel Conventus, tunc vicinior peragere potest. Capitulum Albense, Budense, Bosznense, et Conventus Crucigerorum de Alba per totum regnum valide omnia peragunt. II: 21. 1351: 21.
Conventus Cruciferorum de Alba per totum regnum executiones peragere potest. II: 21.
— si commiserint actum potentiarium, seu bona privata habeant, seu non, ex loco delicti personaliter citantur. II: 46. §. 1. 2.
— delinquentes ut singulares personae gravantuur. II: 46.
— si bona a Praelato separata habeant, intuitu actuum potentiariorum patrans solum evocatur, juramentum deponit, et in rata ejus executio peragitur, si vero indivisi sint; omnes in corpore evocantur, et in communibus bonis executio peragitur. II: §. 49.
— minuti cessent. 1351: 3. 1486: 59. 1492: 39.
— nonam et decimam partem pecuniae litigiosae apud se depositae retinere potest. 1435. II: 10. §. 18. 1486: 75.
— sigilla habentes, Patronum habent Regem. 1471: 18.
— sub amissione beneficii redemtionem literarum, et executiones juxta Decretum Sigismundi faciant. 1471: 22.
— non amplius penes trinam inquisitionem, sed penes privilegiales literas Suae Majestatis, possessiones retinere vel aquirere potest. 1486: 57.
— de Szent Jób ab emanatione lilerarum cesset. 1486: 59. 1492: 39.
— ad minus septem sacerdotes pro fidedignitatibus habeat. 1492: 44. §. 2.
— taxas defixas excedentes sigilla amittant. 1495: 23. 1523: 56.
— Szent Jób sigillum restituitur. 1498: 11.
— de Ságh in Comitatu Gömöriensi procedere potest. 1498: 13.
— decimas non habentes, a singulis triginta sex portis unum equitem statuant. 1498: 15. §. 2.
— sedecimam parochis det. 1498: 50.
— a viginti sessionibus unum equitem statuat. 1518: 3. Toln.
— a decem sessionibus equitem statuat. 1523: 19.
— et Capitula, vicina licet hosti, executiones valide peragunt. 1536: 58.
— quivis ad insurrectionem e gremio sui unum pro Capellano castrensi mittat. 1542: 41. 1659: 85. §. 3. 1662: 5. §. 5. 1681: 46. §. 5. 1741: 63. §. 13.
— testimonia sua ad executiones mittant. 1543: 29.
— de Csorna restituatur, factae hactenus per Capitulum Castriferrei executiones in suo vigore sint, quod expost etiam in partibus Soproniensibus versus Csepreg, et aliis, extra Districtum Rábaköz, cum Csornensi Conventu aequaliter procedere potest. 1547: 32.
— a decimis gentes statuat. 1547: 35.
— ad minus quinque personas adjuratas pro functionibus publicis et fidedignitatibus habeat. 1552: 41. 1723: 39. §. 5.
— Lelesziensis ad minus quinque Monachos habeat pro executionibus faciendis. 1559: 49.
— ab exmissis pro testimonio individuis juramentum exigat, secus actus nihil valet, et Conventus punitur. 1559: 50.
— Lelesziensis bona restituantur. 1567: 31.
— Csornensi credibilitas restituatur. 1578: 21.
— Thurocziensis Protocollum transferatur ad Capitulum Strigoniense. 1578: 21.
— Thurocziensis restauratio petitur. 1597: 40.
— de Kapornak restauretur. 1598: 38.
— de Szalavár restauretur. 1598: 38.
— Thurocziensis restauretur. 1599: 35. 1609: 50.
— in Lelesziensi sacerdotes pro executionibus sufficienti numero interteneantur. 1600: 26.
— Lelesziensis requisitores officio suo fungantur, usque futuram decretorum reformationem. 1608: 12. p. c.
— Jászoviensis requisitores officio suo fungantur usque futuram decretorum reformationem. 1608: 12. p. c.

Conventu in Lelesziensi factae executiones et fassiones in suo permaneant vigore. 1609: 49.
— annonariae tres in regno erigantur. 1655: 6. 1659: 6.
— pro arce Comaromiensi dirutae exsolvantur. 1655: 91. 1659: 81. 1662: 39.

Domus communis, pro rata sua per compossessores reparetur, et reparare negligentes damnum, et expensas solvere tenentur. 1715: 69. §. 1.
— Regnicolaris pro regnicolarum dispositione et dominio in perpetuum resignatur. 1715: 93.
— Comitatensem quivis Comitatus erigere potest, pro qua Dominus vel Civitas fundum absque appertinentiis et regalibus erga pretium assignare obligatur. 1723: 73.
— Regnicolaris, si Consilium Locumtenentiale, Tabula Regia et Septemviralis ad meditullium translata fuerint, pro conservando ibidem Archivo comparari debebit, interea vero Domus Posonii existens restauretur. 1723: 106.
— civiles executione judiciaria partialiter subhastationi exponi nequeunt. 1836: 15. §. 17.
Donatio Juris possessionarii nobilitat. I: 4.
— Regia pura est, vel mixta. I: 13. §. 1. 2. 3.
— aquisita bona, natura sua masculinum sexum, ut principalem aquisitorem concernunt. I: 21.
— Regia, nisi intra annum statutione roboretur, nulla est. I: §. 32.
— si cum clausula: *Dicitur nobis* intervenit, praeter Statutorias, Donationales quoque perlegi debent. I: 34. §. 1.
— cum clausula: *Cum nos* facta, ad probandum jus introductoriae et statutoriae sufficiunt. I: 34. §. 2.
— nova unde ortum ducat? I: 36.
— nova cum solita clausula, est legitimae donationis roboratio. I: 37.
— nova defectus veteris possessionis reparat. I: 37. §. 5. 7.
— nova absque mentione pacificae possessionis donationem strictam redolet. I: 37. §. 6.
— novam impetrans, si non fuit in possessorio bonorum, ut falsarius punitur. I: 37. §. 9. 1741: 19.
— nova Jus Regium latens tollit. I: 37. §. 8. 9.
— nova est nulla, si impetrans bona violenter occupavit, etsi uno anno in possessorio fuerit. I: 37. §. 10.
— in nova, ad excludendum sexum foemineum, non sufficiunt expeditoriae super quartalitio, sed originalis donatio vel fassio produci debet. I: 37. §. 12.
— nova, sexum alium fraude excludens, in proditione fraterni sangvinis et perjurio convincitur. I: 38.
— quot nomina habet, in tot partes bona dividantur. I: 43. §. 1.
— si utriusque conjugis nomen contineat, hi sibi mutuo succedunt. I: 48. §. 1. 2.
— si clausula: *utriusque sexus* careat, mortua uxore, filiae non succedunt. I: 48. §. 3.
— si post divisionem fratribus facta sit, non sibi invicem, sed Fiscus deficienti succedit. I: 50. §. 3.
— omnes pistrinarum revocantur, praeter S. Stephani Regis. Colom. I. 15.
— vinearum, terrarum, et mansionum in suo vigore maneant. Colom. I: 17.
— solis Hungaris conferantur. 1439: 16. 1492: 9. 1495: 2. §. 5. et 1498: 26. 1536: 42.
— et inscriptiones bonorum coronalium non fiant. 1439: 16.
— Elisabethae et Uladislai I. demta Ecclesia Albensi facta, cassantur. 1453: 5.
— Joannis Hunyady confirmantur. 1453: 8.
— Ladislai Posthumi a 1. aprilis 1461 intra unius anni evolutionem confirmationi substernantur. 1464: 23.
— cum clausula: *De manibus Regiis* per Judices non attenduntur. 1486: 23. 1492: 60.
— ab anno 1485 usque epiphaniam 1486 contra jura et consvetudines Regni factae, intra mensem restituantur. 1486: 24.
— Mariae viduae Reginae post mortem Ludovici Regis factae, validae sunt. 1527: 4.
— Joannis Wajwoda in irritum revocantur. 1527: 7.
Donationes legitimae quindecim annorum disturbiis post fata Ludovici II. factae valeant, sed statutio intra annum peragatur. 1542: 23. Decr. Neoz. 1608: 21. p. cor.
— Ferdinandi I. aut Joannis Regis, quovis justo titulo factae valeant. 1552: 20. 21. 22.
— Regiae, Isabellae, ejus filii, vel Episcopi Varadinensis Fratris Martinusii, vel Petri Petrovich irritae sint. 1552: 23.
— venditiones, alienationes bonorum ecclesiasticorum saecularibus factas, praeter eas, quae in fundationem scholarum conversae sunt, annihilat et revindicari jubet Ferdinandus I. Decreto speciali. 1560: §. 7.
— Bocskaianae in proxima Diaeta revideantur, et quae judicabuntur legales, confirmentur. 1606: 14. Pacif. Vien. 1608: 17. p. cor.
— more antiquo, in Cancellaria Hungarica expediantur. 1608: 9. a. c.
— Bocskayanae perennales de simplici et plano cassentur, et pro nullis habeantur. 1609: 3. 1622: 7.
— Bocskayanae, post pacificationem Viennensem in Comitatibus Ugocsa, Beregh et Szathmár factae salvo jure Fisci et ecclesiarum in suo vigore relinquantur. 1609: 8.
— Procuratoribus et Secretariis factae, sint invigorosae. 1609: 56.
— bonorum ad Fiscum devolutorum Palatinus ad vires triginta duarum sessionum conferre potest. 1609: 66. 1659: 30. 1715: 33. Non tamen ut tales ex majoribus bonis exscindi possint. 1715: 33. §. 1.
— per Gabrielem Bethlen, aut ejus plenipotentiarios factae, pro invigorosis declarantur. 1622: 7. 8. 9.
— per Cancellariam Hungaricam cum insolitis clausulis non expediantur. 1647: 122. 1741: 19.
— circa, domus civilis coram Cancellaria Hungarica impetratam, si contradictio interveniat, donatarius jus suum extra dominium quaerat. 1655: 78.
— Palatinales ultra vires triginta duarum sessionum factas Fiscus impugnare potest. 1715: 33. §. 1.
— Palatinales intra unum annum per Palatinum, vel impetrantes cum Camera Hungarica in genuinis paribus communicari debent. 1715: 33.
— Palatinales de bonis per Fiscum Regium possessis fieri non possunt. 1723: 4.
— novae absque influxu Camerae concedantur. 1541: 19. §. 1.
— stylo antiquo expediantur. 1741: 19.
— et Armales Literae benemeritis patriae filiis elargiendae, stylo, et norma ab antiquo consveta, per Cancellariam Hungaricam expediantur. 1741: 19.
— Bonorum in Comitatibus Temes, Krasso, Torontal, Bács, Arad, et Csanád, in minoribus portionibus conferantur. 1741: 19. 1791: 36. §. 3. 1792: 13.
— Palatinales cum Camera Hungarica quidem communicari debent, ast intermissa communicatio juribus donatariorum obesse nequit. 1741: 20.
— Josephinae, hominibus possidendorum bonorum incapacibus facta, donec Deputatio hoc in merito principia elaboraverit, et talia in futuris comitiis retulerit, in suspenso maneant. 1791: 36.
— Josephi II. bonorum possidendorum incapacibus factae, usquedum capaces sese reddiderint, suspenduntur. 1791: 36. 1792: 13.
— in minoribus corporibus fiant. 1792: 13.
Dongó Michael, Jaurinensis Canonicus, ad Deputationem Regnicolarem nominatur. 1791: 67.
Donum civitates, oppida, villae liberae, quod in in privilegio exponitur, Regi, ejusque officialibus omni anno dare tenentur. 1405: 13.

Donum dat quilibet caetus Agazonum Regalium Magistro cum Rege transeunti. 1405: I: 15. §. 3. *Vide Honorarium.*

Dorfner Jacobus ad Deputationem Regnicolarem. 1790: 67.

Doria Joannes Marchio indigenatum consequitur. 1687: 28. §. 19.

Dos ecclesiae singulae assignetur. S. Steph. II: 34. S. Lad. I: 5.

— ecclesiae vel monasterii inconvulsa maneat. Colom. I: 1.

Dos uxori etiam e bonis deficientis exsolvi debet. I: 29. §. 4. 1492: 64. 1486: 27. §. 4.

— cum paraphernis etiam fratres ex bonis, sexum masculinum concernentibus exsolvere, et filias intertenere debent. I: 67. §. 2.

— et quartalitium praescriptioni non subest. I: 78.

— et dotalitium jure hungarico synonima sunt I: 93.

— mulieris definitur. I: 93.

— uxori datur e bonis mariti. I: 93.

— legalis viduae Baronis Regni sunt centum marcae, seu 400 floreni; caeterorum Magnatum, et Nobilium 50 sessiones possidentium quinquaginta marcae, minus possidentium a proportione possessorii competit. I: 93. §. 3. 4. 94. §. 3.

— haereditant successores legitimi mulieris. I: 93: §. 6.

— mulieris aestimatur ratione sessionum nobilitarium, vel jobbagionalium, et vel pecunia, vel mobilibus exsolvitur. I: 95. 134.

— mulieri a primo marito integra, a secundo dimidia, et sic porro, cum diminutione competit. I: 96.

— matris vel aviae puella petere potest. I: 96. §. 3.

— matris et aviae eadem persona quaerere non potest. I: 97.

— in defectu fundi, etiam ex pignoratitiis bonis extrahi potest. I: 103.

— uxor ob delictum mariti non amittit. I: 104. II: 60. §. 4.

— amittit uxor adultera, si maritus delictum non approbavit. I: 105.

— et parapherna retinet uxor, ob consangvinitatem vel affinitatem divortiata, si matrimonium ignoranter contraxit, si vero scienter, dotem, non item parapherna amittit. I: 106.

— potest mulier in articulo mortis relaxare. I: 109.

— si mulier marito ex metu relaxavit, etiamsi fassio superinducta sit, illa non valet. I: 109. §. 1.

— causa est brevis termini. II: 18.

— cum paraphernis amittit uxor, si ad ea levanda, bonaque remittenda, terminum ob fructus tollendos fraude distulit, neque facti rationem reddere potuit. II: 24. §. 7.

— amittit mulier ob sententiam redemtionis capitis. II: 43. §. 4.

— legalis viduarum Baronum in Slavonia et Transylvania eadem est, quae in Hungaria. III: 3. §. 5.

— mulieris in duabus tertiis aere parato, in una tertia mobilibus distrahibilibus solvitur. III: 3. §. 9.

— uxores quomodocunque occumbentium non frustrentur. 1222: 12. 1490: 64.

— olim judicabat forum spirituale. 1458: 9. 1462: 3. §. 4. 1464: 17. 1490: 40. Hodie judicat Judex saecularis. 1647: 16. §. 5.

— in defectu seminis etiam Fiscus Regius solvere debet cum aliis juribus vidualibus. 1492: 63.

— extra seriem judicatur. 1500: 16.

— solam habens vidua in bonis, instrumenta literaria haeredibus sub juramento resignare debet, damnum desolatione bonorum maritalium illatum, ex dote reparet, si bona alienavit, foenerator pecuniam amittit, si nupsit, bona cedere debet, secus per Vice-Comitem ejici potest. 1618: 61. 1622: 67. 1647: 105. 1655: 125.

Dotem praeter, nihil aliud habens dicitur dotalista simplex. 1622: 67. 1647: 105.

— usque sexcentos florenos judicat Comitatus. 1647: 126.

— uxoreae pro improtocollatione Tribunali Cambiali solventur sex floreni. 1840: 15. II. 16. §. 1. 7.

— uxoris occasione improtocollationis firmae per negotiatorem specificari et protocollo inferri debet, secus nulla prioritate gaudet. 1840: 16. §. 9. 10.

— legalis uxoris cridatarii ad tertiam excontentationis classem refertur, haec ordinarie e substantia immobili exsolvetur, et praecedit illa etiam cridatarii debita, quae jam ante initum matrimonium intabulata fuerunt. 1840: 22. §. 85. ad b).

Döme Carolus pro Erudita Societate Hungarica offert tercentos florenos. 1840: 42.

Dömölky Andreae Judicis Nobilium Castriferrei processus ad repurgationem fluvii Rabae applicetur. 1647: 129. Ad Pápam laboret. 1649: 86.

Draganits in possessione prope Carolostadium depascuatio et silvarum succisio interdicitur. 1681: 73. 1751: 34.

Drágffy de Belthök Barth. inter banderiatos specificatur. 1498: 22. et concl.

— Joannes Dapiferorum Regalium Magister. 1514 concl.

Draskovich C. Adamus, in elaboratione systematis. 1715: 59. Ad commissionem ad Vunnam et Colapim. 1715: 61. Ad metales controversias. 1715: 116. Ad unionem Crisiensis civitatis. 1715: 127. Ad reincorporationem terreni generalatus Varasdinensis. 1723: 88.

— Casparus ad revisionem appellationum. 1572: 4. 1588: 30.

— Georgius, Episcopus Quinque-Ecclesiensis, ad commissionem quoad Valachos. 1630: 24. Ad revisionem appellationum. 1635: 14. Episcopus Jaurinensis quoad querelas regnicolarum in Slavonia exmittitur. 1638: 52. Contra illum positae querelae per Palatinum et Judicem Curiae investigentur. 1647: 113. Per eum legata pro arce Érsekujvár summa exquiratur. 1655: 40. Ejus e legato 50000 florenorum pro Érsek-Ujvár, 10000 fl. pro Szendrő, 10,000 fl. pro Domo Regnicolari Posoniensi, 10,000 fl. pro restauratione Episcopatus Jaurinensis 10,000 fl. exsolvantur. 1659: 5. De ejus convictione vidua Palatini Pálffy quietatur. 1659: 122.

— C. Georgius ad Deputationem intuitu pontis stabilis inter Budam et Pestinum struendi exmittitur. 1836: 26. §. 12.

— Joannes Cubiculariorum Regalium Magister. 1608: concl.

— Joannes, Tavernicorum Reg. Magister, pro revisione appellationum. 1609: 70.

— Comes Joannes secundus, ad querelarum in Slavonia investigationem. 1638: 52. In Palatinum eligitur. 1647: 1. Ei resignantur Diplomata post mortem Palatini Nicolai Eszterházy. 1647: 139. Ejus vidua Barbara Thurzo super resignatis instrumentis quietatur. 1649: 90.

— C. Joannes tertius, Curiae Regiae Magister, ad commissionem limitaneam. 1681: 23.

— C. Joannes quartus, ad Commissionem limitaneam. 1836: 32.

— Mathias, Tinniensis Episcopus ad revidendas de subsidiis rationes. 1601: 7.

— C. Nicolai et Joannis circa curiam per extraneos judicatam et executam, statuitur, ne hoc amplius fiat. 1659: 120.

— C. Nicolaus ad commissionem limitanem. 1662: 37. Ad revisionem rationum contributionalium. 1681: 16. Ad commissionem limitaneam. 1681: 23.

Draskovichianae familiae respectu bonorum Stenichnyák justitia administretur. 1723: 92.

Dráveczky familiae in causa, Camerae judicatus de facto nullum vigorem et locum habeat. 1659: 46.
Dravus fluvius in Insignibus Hungariae refertur. I: 11.
— Ejus piscatura in Tánya aestimetur. I: 135.
— Nobiles praeter lucrum Camerae ab omni marturinarum et collectarum immunes sunt. 1351: 12.
— in fluvio molitores a dica eximantur. 1567: 12.
— per ejus defluxum metas inter Slavoniam et Comitatus Simeghiensem ac Baranyensem controversas Palatinus decidat. 1715: 40.
Drazsánszky Joannes, Parochus ad S. Benedictum, pro Academia Ludovicea 500 florenos offert. 1808: 7.
Drégely fortalitii provisioni Rex provideat. 1546: 44. Quoad ejus fortificationem 1602: 14. 1604: 8. 1608: 15. 1613: 8. 1635. 92.
— sub fortalitio existens possessio Oroszfalva fugitivos colonos sub poena restituat. 1613: 36.
— Palánk quoad fortificationem. 1638: 70. 1647: 151: 1659: 130.
Drenovbok pro banali jurisdictioni reaplicatione gratiae aguntur. 1807: 25.
Dresmiczer Josephus Canonicus Jaurinensis ad Deputationem regnicolarem pro revisione operatorum systematicorum nominatur. 1827: 8.
Drevenyák Franciscus ad Deputationem Regnicolarem. 1791: 67.
Drnovszky Franciscus pro Erudita societate confert decem aureos. 1840: 42.
Drohin Martinus Antonius in indigenam regni cooptatur. 1687: 29.
Drugeth de Homonna Georgio bona Therebesiana restituantur. 1613: 41. Ad ejus consortis Catharinae Nadasdy requisitionem, arcis Ecsed negotium per Palatinum revideatur. 1618: 25.
— de Homonna Joannis arces: Barkó Terebes et oppidum Zemplin, per Georgium Széchy occupatae, per ejus viduam et haeredes restituantur. 1625: 44. Idem Comes in sede Judiciaria Comitatus Ungensis siccarios fratres Baranyay puniat. 1635: 83. Idem Judex Curiae in revisione appellationum. 1638: 23. Ad limitaneam commissionem. 1638: 37.
— de Homanna Valentinus, Judex Curiae Regiae 1608. Concl.
— alter Valentinus Episcopus Corbaviensis. 1687. Concl.
Druskóczy Baro Stephanus ad commissionem inter Vunnam et Colapim. 1715: 61.
Dubicza est capitalis tricesima. 1715: 91.
Dubniczky Proto-Notarius ad commissionem limitaneam. 1715: 39. Ad commissionem Trenchiniensem ad Vagum. 1715: 89.
Duboczky e manibus tricesimae eliberentur. 1546: 54.
Dubovácz arcis, in utilitatem Carolostadiensis arcis conversae de pretio Sua Majestas cum Bano Comite Nicolao Zrinyi conveniat. 1659: 109.
Duborczky Georgius Episcopus Csanádiensis ad octavas. 1625: 51.
Dubraviczky Simeon Vice-Comes Comitatus Pestiensis ad Deputationem intuitu pontis stabilis inter Budam et Pestinum struendi exmittitur. 1836: 26. §. 12.
— — ad Deputationem de institutis correctoris. 1840: 5.
Duces domum euntes relinquant sigilla vices gerentibus, neque nisi aulicis, et voluntariae venientibus jus dicant, secus 55 pensas solvant. S. Ladislaus III. 3.
— Comitatum intrans accipit equum castrensem, qui si periverit, domino 15 pensae, si vero solum laesus fuerit, dimidium solvatur. Colomannus I: 36.
— pro viribus facultatum statuant exercituantes. 1492: 21.
Duces militiae confiniali in comitatibus praeficiantur. 1655: 4. §. 4.
Dudvágh in fluvio inductae per officiales militares exactiones ad Leopoldopolim tolluntur. 1681: 20.
Duello mediante in casu capitali convictus, tribus diebus detinebatur, quibus si non accordavit, adversario pro executione tradebatur. 1351: 9.
— nonnisi deficientibus omnibus aliis probis nonnisi per Curiam militarem decerni poterat. 1486: 18. 1492: 37.
— vel inquisitione se purgare debebat de occisione nobilis accusatus, et si absolutus, Actor in emenda capitis poena convincebatur. 1471: 28. §. 5. 6. 7.
— rixae, certamia insurgentium, poena delicto commensurata puniantnr. 1808: 11. §. 11.
Duellarium literarium taxa sunt denarii ducenti. 1486: 76. §. 11.
Duka Constantini oblatum pro Academia Ludovicea. 1827: 18.
— Petrus districtualis Insurrectionis Generalis. 1805: 1. 1808: 2. §. 20.
Dujardin Joannes Franciscus fit indigena. 1715: 135. §. 17.
Dumeta in defectu sylvarum prohiberi possunt. 1729: 22. §. 8. 1802: 24.
— aquaticorum depastio sub poena 100 florenorum interdicitur. 1840: 10. §. 12.
Dunagor ad arcem Budetin vigens metalis controversia decidatur. 1659: 64.
Dunavecz in, templum Evangelicis restituatur. 1647: 6.
Duplica in exceptivis, triplica in merito admittitur in causis ad divisionem proportionalem silvarum sequestratorum motis. 1807: 21. §. 13.
Duplum defectus solvat Vice-Comes in exigendis subsidiis segnis. 1550: 25. §. 6.
— solvit Vice-Comes, qui ob denegata subsidia birsagium exigenti auxilium denegat. 1550: 26.
— exhaerentis apud se subsidii solvat dicator, perceptor, vel dominus terrestris post convictionem satisfacere recusans. 1622: 35. §. 6.
— Contributionis solvat Perceptor vel ejus haeredes, si intra mensem rationes non reddiderit. 1625. 27. §. 2. 1635: 9. 1638: 10. 1647: 39. 1655: 40. 1659: 3.
— solvat Comitatus gratuitos labores praestare nolens. 1649: 6. §. 4.
— solvat Magistratus Comitatensis, civicus, vel oppidanus in discretiones militiae vel officialium consentiens. 1729: 18. §. 2.
Duraccio Caroli filium Ladislaum rebelles contra Sigismundum in Regem Hungariae elegerunt. 1404: §. 2.
Durville Baró Carolus indigenatum consequitur. 1791: 73.
Dvornikovich Michael Episcopus Csanadiensis ad Commissionem limitaneam. 1687: 15.
— Nicolaus ad Commissionem limitaneam. 1662: 37.
Dvornikovits Joannis oblatum pro Academia militari Ludovicea. 1827: 18.
— Nicolaus ad Deputationem urbarialem nominatur. 1791: 67.
— — ad Deputationem de Banderiis. 1808: 4.
— — pro Academia militari Ludovicea offert. 1000 florenos. 1808: 7. §. 18.

E.

Ebeczk praedicatum familiae Tihanyi. 1802: 30.
Ebenfurth capitalis tricesima. 1715: 91.
— ad castrum ductus agger revideatur. 1655: 30.
Ebergényi praedicatum familiae de Eadem. 1791: 67.

Ebergényi Stephanus ad Commissionem Ecclesiasticam. 1791: 67.
Ecclesiae Patronus Rex est. I: 11. §. 1. S. Steph. II: 1.
— ne detrimentum capiat, Rex curabit. S. Steph. I: 2.
— si quis aliquid promisit, id praestare tenetur. S. Lad. I: 5.
— desolatas Rex aedificet. S. Lad. I: 7. 1715: 60.
— Bona ab ea non auferantur. S. Lad. I: 23. Colomannus I: 1.
— res apud aliam ecclesiam repertae, ad illam redire debent. S. Lad. I: 24.
— ad asylum confugiens fur, servus ejusdem ecclesiae fiebat. S. Lad. III: 4.
— dos inconvulsa servetur. Colom. I: 1.
— Gubernantur per Episcopos, et neque Comites, neque milites habent potestatem super illa. Colomanus I: 65. II: 11.
— potestatem praeter Episcopum nullus habeat. Colomannus I: 65.
— asylum, furem furtum confitentem a mutilatione salvet, neganti convicto nihil opituletur. Colomannus I: 84.
— potestatem laici non habeant. Colom. II: 11.
— Bona a contributionibus regiis libera sunt. 1222: 2. 1492: 28.
— bona ab omnibus taxis libera sint. 1439: 19.
— in res, Comites et Bani se non immisceant. 1486: 37.
— infringentes milites, si nobiles sint, bona sua amittant, si ignobiles fuerint, comburantur, idque per suprenum Capitaneum exercitus executioni detur. 1486: 61.
— cathedraticum Archi-Diacono solvat. 1498: 53.
— proventus si diminuti fuerint, ante restitutionem dimidium cathedraticum solvat. 1500: 38.
— desolata cathedraticum non solvat, sed Episcopus de tali provideat. 1500: 38.
— violans morte puniatur. 1522: 36.
— mulierum et puellarum violatores capite plectantur. 1522: 36. 1595: 27.
— Parochialis in sua immunitate conservetur. 1536: 51.
— res auferentes citra processum plectantur. 1546: 25.
— Bona ad eam inscripta, restituantur. 1550: 17. 1604: 22.
— imagines destruens, per Regem puniatur. 1553: 7. §. 4.
— Bona non impignorentur. 1567: 31. §. 12.
— spolians miles bona et caput amittat. 1595: 27.
— desolatas Rex reparabit. 1715: 60.
— quas Ecclesiastici desolari permittunt, Rex ex sequestratis eorum proventibus reparari procurabit. 1723: 71.
— Rex in suis juribus conversabit, et fundationes ad mentem fundatorum administrari faciet. 1791: 23.
Ecclesiastici cum saecularibus nobilibus aequali libertate gaudent I: 2. II: 44.
— ratione sui officii digniores sunt saecularibus. Ibidem
— successor est Rex. I: 10.
— ratione bonorum temporalium judicio saeculari subsunt. I: 12.
— ad homagium fidelitatis Regi praestandum obligantur. I: 12.
— jurant ad conscientiae puritatem, coram Capitulari aut Conventuali ad id per Judicem deputato. II: 40.
— infulati et annulati pro decem nobilibus habent jurandi potestatem. II: 40.
— capitalem poenam non subeunt, sed poenam emendae capitis incurrunt. II: 42. §. 6.
— in crimen laesae Majestatis, aut notam infidelitatis incidentes, nec non homicidium voluntarium patrantes, capite plectentur. II: 44. §. 1—6.
— solutiones debitorum in parato facere debent, secus ex proventibus beneficii desummuntur. II: 45. §. 1.
Ecclesiastici sub nomine Archi-Episcopi, Episcopi, Praelati, Abbates, aliaeque personae spirituales et regulares comprehenduntur. II: 49.
— novi Praelati annua prorogatione gaudent. II: 50.
— pro delictis personae, bona Ecclesiae non amittunt. II: 51.
— jus possessionarium et debitum non judicant. II: 52. 1498: 61. 62.
— decimam et nonam exigant. 1351: 6. §. 1.
— non penes triplices inquisitorias, sed penes literas privilegiales possessiones aquirere et retinere possunt. 1351: 20. 1486: 57. 1492: 57.
— Bona non occupentur. 1435. II: 21. 1498: 55. 1542: 33. abalienata restituantur ibidem 33.
— in bello cum aliis insurgunt. 1439: 19. 1552: 2. 3. 1559: 40. 1567: 25. 1741: 63.
— cum suis banderiis militent. 1454: 3.
— juxta conscientiosam limitationem milites statuant. 1454: 3. §. 2.
— Scholares, et nobiles telonia non solvunt. 1458: 10.
— contra saeculares et vicissim agentes, paribus mulctis subsint. 1464: 14. 1486. 72. 1492: 76. 1514: 32.
— unus duo beneficia non possideat. 1471: 13. 1498: 56. 1507: 13. 1514: 59. 1518: 15. Bách. 1548: 6. §. 7. 4723: 55. §. 3.
— non dicantur. 1471: 24.
— more antiquo insurgant. 1471: 24.
— qui causam transmittere nolunt, amittunt officium. 1492: 46.
— a subditorum vineis et frumento nonam et decimam desummant. 1492: 48. 1518: 6. Toln.
— ad loca tributorum et vadorum sub poena homagii vivi ire non cogantur. 1492: 85.
— decimas habentes a proportione bonorum et subditorum banderia statuant. 1498: 15. 1500: 22. 1555: 5.
— decimis carentes a 36 portis equitem dabunt. 1498: 15. §. 2.
— dignitates extraneis non conferantur. 1498: 30. 31. 32. 1741: 15.
— tricesimam non solvunt. 1498: 35.
— bona saecularia non emant, neque a Rege impetrent. 1498: 55.
— dignitatem saecularem ex privilegio tenentes, privilegium producant. 1498: 57. §. 5. 6. 7.
— Fiscales in pertetuum cessant et tolluntur. 1500: 34.
— beneficiis privantur, si contra Regni statuta et decreta se opponunt. 1507: 8.
— a singulis viginti sessionibus unum equitem statuent. 1518: 3. Toln.
— etiam sub juristitio insurrectionali inter se libere litigant. 1522: 56. §. 2.
— in visitandis et puniendis Parochis non turbentur. 1536: 51. 1557: 10. 1559: 41.
— in Regno Slavoniae contributionem ad regni necessitates pendant. 1538: 16.
— decimam proventuum partem pro subsidio belli conferent, quam Episcopus per hominem diaecesanum exiget. 1542: 35.
— praeter bonorum decimam ratam, pro personis suis equitem statuent. 1543: 13. 1545: 22.
— decimas habentes, praeter equitem a decem sessionibus, a singulis 100 florenis quinque equites statuent. 1545: 17.
— decimas in natura desummere possunt, neque tenentur eas exarendare. 1548: 60.
— decimam pro anno amittant, si eam ante festum Georgii alteri, quam Domino terrestri elocaverint. 1548: 61. §. 5.
— si tamen de censu cum domino convenire non possent, libere in natura exigere, vel alteri elocare possunt. 1548: 61.
— quorum proventus Turca dissipavit, a centum florenis non quinque, sed duos tantum equites statuent. 1552: 3. §. 6. 1578: 11.

Ecclesiastici cum brachio exequuntur deliberationes suas. 1552: 25. 1562: 29.
— super decimis protestantur. 1553: 8.
— in libertatibus serventur, Ecclesias libere visitent, neque Patroni aut Praelati defunctorum Plebanorum bona et res pro se occupent. 1557: 10.
— a decimis milites interteneant. 1559: 14. §. 2.
— in confiniis ternos equites a centum colonis porro quoque interteneant. 1563: 18.
— judicia continuo celebrent. 1563: 27. 1567: 25.
— a vineis suis decimas non solvunt. 1574: 22. §. 6.
— decimas, nonas, quartas possidentes, pro subsidio belli per Vice-Comites et potiores Nobiles taxentur. 1596: 10. 1598: 15. 1599: 7. 1602: 2. §. 2.
— Episcopi supremi Comites privilegia sua producant. 1609: 23.
— pro redemtione literarum minoris dignitatis solvant 20 florenos. 1609: 73. §. 37.
— a condescensione militum sunt immunes. 1618: 58. 1635: 46. 1638: 44.
— post parium petitionem et deliberationem, non obtemperant Declinatoriis Mandatis. 1630: 13.
— bona saecularia non abalienantur. 1647: 17.
— in comitiis querulantem occidens, damnificans notam incurrebat. 1647: 114. Hodie poenam actus majoris potentiae incurrit. 1723: 10. §. 5.
— equites pro personis et bonis expediant. 1659: 7. 1741: 63.
— possessionati a viginti domibus unum equitem et unum peditem ad insurrectionem generalem statuent. 1662: 5. §. 4. 1681: 46. §. 3—7. 1741: 63. §. 13.
— ducentorum florenorum proventum habentes pro generali insurrectione equitem statuent. 1662: 5. §. 7.
— militem competentem pro insurrectione generali non statuentes, pro singulis mensibus in homagiis, et aestimatione communi bonorum convincuntur. 1662: 5. §. 23.
— contractus de bonis immobilibus cum saecularibus initi observentur. 1715: 97.
— domum nobilitarem invadentes, Nobilem, Hominem Regium vel Capitularem arestantes, verberantes, vulnerantes occidentes emendam capitis incurrunt. 1723: 10. §. 7.
— in beneficiis suis resideant. 1723: 55. §. 1. 1741: 16.
— beneficiati, si ecclesias desolari permittant, Rex ex proventibus eorum sequestratis restauret. 1723: 71.
— extranei beneficia ecclesiastica in Regno tenentes, taxam indigenatus solvant. 1791: 70.
— a personali insurrectione eximuntur, non item a statutione equitis vel peditis a proportione proventuum. 1805: 1. §. 6. 1808: 2. §. 7—10.
— Jurisdictiones cum saecularibus Jurisdictionibus lingua hungarica correspondeat. 1840: 6. §. 4.
— cambiarie se obligare nequeunt. 1840: 15. §. 11.
— ordinatum quaestum exercere nequeunt. 1840: 16. §. 2. b).
— personarum decedentium substantia non solum per camerales et ecclesiasticas personas exclusive, sed etiam cum interventu consangvineorum conscribatur. 1840: 26.
— emtio venditionales contractus inire possunt. 1844: 6. §. 28. B. §. 8.
Eckstein Adolphus ad Commissionem de alimentatione militiae. 1840: 3.
Ecséd et Tokay arcem Comitatus Tibiscani reparabunt. 1567: 17. §. 23.
— arcis ad reparationem Comitatus Szathmár concurret. 1567: 17. §. 25. 1578: 27. §. 3. 1602: 14. §. 6.
— ad reparationem concurrent Comitatus Szathmár et Szabolcs. 1569: 19. §. 2. 1578: 27. §. 3.
— arcem Bona Báthoriana muniant. 1604: 8. §. 8. 1608: 15. §. 32. p. coron.
— arcis intuitu, per Regem retentae, causam Palatinus cognoscat. 1618: 25. 1622. 71. 1630: 38.
Ecséd arcem propriae appertinentinentiae reparabunt. 1618: 49. 1622: 36. §. 7.
— Actores ab extraordinaria via absolvuntur, et ad ordinariam viam juris relegantur. 1638: 26.
Edericz possessionis gratuiti labores deputantur ad Szigliget. 1635: 92. Ad Szalavár: 1638: 70.
Edictio semestralis praecedat, si quis Capitale Academiae Militaris Ludoviceae deponere velit, vel ab eo deponi petatur. 1808: 7. §. 20.
— sub directione Palatini fiat. Ibidem §. 19.
Educatio filiorum vel pupillorum si mala sit, Comitatu negligente, parentes vel tutores per Consilium Regium moneantur. 1723: 105.
— pro juventutis, systema generale elaboret Deputatio Regnicolaris 1791: 15.
Educillatio rusticis a festo S. Michaelis usque festum Georgii admittitur. 1550: 36. 1553: 12. 1836: 6. §. 2.
— in propriis cuivis permittitur. 1567: 38.
— in curiis privilegiatis est licita. 1598: 35.
— vini in bonis regiis juxta seriem domorum instituatur. Ibidem.
Educillator vini dominalis robottas domino non praestet, et a quavis urna educillati vini accipiat denarios hungaricos quatuor. 1550: 36. §. 7.
Educillum Camerarius Montanus nisi pro sua familia habere potest. 1519: 8.
— vinum judex loci revideat, et digno pretio educillari curet. 1553: 12.
— dominale subsidium 100 denariorum non solvat. 1598: 4. 1603: 3. §. 2.
— per Confiniarios Regni Slavoniae introductum tollitur. 1647: 49
— liberum habet domus Eremitarum S. Pauli Posonii. 1649: 89.
— Nobilium in S. Georgio domos habentium civitas non turbet. 1649: 53. 1655: 60.
— aliorum vicini domini terrestres pro se arendare possunt. 1655: 31. §. 3.
— si dominus terrestris, neglecta vicini vel compossessoris admonitione, extraneo elocavit, deposita apud Vice-Comitem arenda, talem pro se occupare potest. 1655: 31. §. 5. 1659: 47. 1715: 63.
— ubi antea rustici non habuerunt, neque deinceps exerceant. 1655: 31. 1659: 47. 1836: 6. §. 2.
— in praesidiis miles non usurpet 1681: 22. 1729: 4. 1751: 37. 1764: 37.
— Jaurinensium et Comaromiensium, mensibus Julio et Augusto per praesidiarios impeditum, Commissio revideat. 1715: 82.
— Regiorum arendatores, legibus regni subsint. 1723: 76. §. 2.
— et Macella per statum militarem in provinciali territorio erecta sufferantur. 1765: 37.
Eductio vini e regno interdicitur. 1609: 43.
— iterum admittitur. 1613: 29. 1647: 80.
— vinorum tractandam Sua Majestas in se assumsit. 1655: 113. 1659: 59.
— militis extranei. 1659: 25.
— et inductionis vini terminorum pro rectificatione Commissarii nominantur. 1659: 61.
— eorum, quae in regno procreantur, facilitanda. 1741: 27.
Eger Friderico Baroni indigenatus confertur. 1802: 34.
Egerszeg bona Episcopatus Veszprimiensis a se occupata remittere offert Petrus Pető. 1542: 24. Decr. Neoz.
— castellum ad reprimendas Turcarum incursiones milite provideatur. 1601: 29.
— propriae appertinentiae reparabunt. 1608: 15. §. 15. p. c. 1613: 8. §. 10. 1618: 49. §. 10. 1622: 36. §. 31. 1630: 3. §. 11. 1635: 92. §. 34.
— Capitaneus dedititios, Turcis labores praestitutos in itu exactionibus non oneret. 1625: 35.
— Capitanei cessent ab inductis exactionibus. 1630: 44.

Egerszeg bona arcis Kőszeg reparent. 1638: 70. §. 8. 1659: 130.
— confiniarii dependant decimas Episcopo Veszprimiensi. 1647: 97.
— praesidiarii nec teloniis, nec educillis, nec proventibus Episcopi et Capituli se immisceant. 1647: 141.
— tercentos equites et centum quinquaginta pedites alat. 1655: 3. §. 23.
— praesidium ex 1500 florenis restantiam gratuitorum laborum per Capitaneum loci exquirendis, reparetur. 1662: 24.
— Capitaneus exquirat restantias Petri Keglevich pro gratuitis laboribus, et convertat in reparationem ejusdem praesidii. 1662: 34.
— Districtus Quinque-Ecclesiensis reparabit. 1681: 7. §. 18.

Egervára nomen et praedicatum familiae. 1492: 1495: 1514: concl.
— palatinalem arcem bona ejus transdanubiana reparabunt. 1559: 30.
— ad muniendum concurrat Comitatus Castriferrei. 1602: 14. §. 24. 1604: 8. §. 25. 1608: 15. §. 8. p. cor. 1613: 8. §. 11. 1618: 49. §. 11. 1622: 36. §. 32. 1630: 3. §. 12.
— praesidii pro Sua Majestate recipiendi intuitu cum possessoribus tractetur. 1613: 17.
— ad muniendum Comitatus Transdanubiani praeter labores gratuitos, etiam pecunia concurrant. 1618: 35. §. 2. 1622: 41.
— Austriaci reparent. 1625: 20. 1630: 2. §. 4.
— reparent propriae appertinentiae Episcopi Veszprimiensis. 1630: 3. §. 12. 1635: 92. §. 35.
— ad muniendum concurrant Mindszent, Barabás et Vaspör. 1635: 116. §. 17. 1649: 86. §. 14. 1659: 130. §. 14. 1681: 7. §. 19.
— ad reparandum concurrant Olszkö et Oszászka. 1659: 130. §. 14.
— alat viginti quinque equites, et quinquaginta pedites. 1635: 3. §. 26.

Egerváry Michaelis Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Albam Regiam et Pápa. 1602: 14. 1604: 8.
— Nicolai Judicis Nobilium gratuiti labores ad Pölöske. 1608: 15. p. cor. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36.

Eggenberg Capitaneus in Slavonia miserae plebis depopulator. 1596: 46.
— Udalrico indigenatus confertur. 1622: 78.

Egresdy Balthasarus Commissarius pro abolendis teloniis siccis. 1647: 91. Ad Commissionem limitaneam. 1649: 26. Judex civitatis Soproniensis pro tollendis abusibus et reformando vectigali tricesimarum in partibus ultra Danubianis. 1655: 100.

Egyed Antonii oblatum pro Erudita Societate Hungarica. 1840: 42.

Egyháza (Nyir) ad statum colonicalem redigitur. 1638: 67.

Egyházaskeszö oppidi gratuiti labores deputantur ad arcem Keszö. 1622: 36. 1630: 3.

Ekker Lucae haeredum negotium revideatur. 1647: 151: §. 3. 1609: 64. 1655: 111. 1659: 124. §. 8.

Eklér Josephus pro Academia militari offert centum florenos. 1812: 2.

Elecske castrum reaedificetur. 1681: 6.

Electio Palatini. 1681: 1. 1715: 5. 1741: 5.
— Magistratus in Regiis Civitatibus est libera. 1681: 41.

Eleemosynariae pecuniae proveniunt de restantiis et ratione exigendarum restantiarum. 1599: 32.
— Protestantium ne adimantur, ademptae restituantur, et administratio fiat per eos, ad quos spectat, salvo jure inspectionis supremae. 1790: 26. §. 10.

Elementares ob eventus si operae publicae praesuscipiendae forent, Judex Nobilium robottas reservatas applicabit, et si illae majoris indaginis essent, idem a Vice-Comite instructionem deposcet. 1844: 9. §. 41.

Elerpoch de Monyorókerék Joannes Banderiatus. 1498: 22.

Eleske locus inter Nitriam et Leopoldopolim pro confinio praesidiandus. 1681: 6.

Eleskő ad castrum in Slavonia praetensio familiae Dersöffy complanetur. 1715: 85.

Elisabethae Reginae privilegia, a Sigismundo firmata, vigorem habent. II: 14. §. 26.—30.
— filiae Sigismundi et relictae Uladislai viduae privilegia non servantur II: 14. §. 34.
— donationes, demta Ecclesiae Albensi facta, cassantur. 1453: 5.

Ellywelgh Joannes Protonotarius Palatinalis. Trip. Exord.

Elocatio filiarum Regis cum consilio Statuum fiat. 1439: 20.
— decimarum non fiat, si tamen eam fieri necesse foret, conductor tenetur limitatione Sigismundi Decreto secundo defixa, secus arbitrio Regis punietur. 1481: 8.

Eltz Kempenich Anselmus Casimirus fit indigena. 1764: 47.
— Comes Emericus Josephus pro Academia militari Ludovicea offert 5000 flor. 1808: 7. §. 18. 1836: 39.

Emancipatio filiorum fit per divisionem, filiarum per desponsationem et nuptias. I: 51. §. 1.

Emenda capitis punitur evocans puerum vel mortuum, aut Nobilem juri statui commitens. I: 132. II: 2. 23.
— perjurus et fidefragus condemnatur. II: 30.
— inter consangvineos, et contra Ecclesiasticos atque foeminas non fertur, nisi Notam, aut Criminale incurrant. II: 42. Vel actum majoris potentiae committant. 1723: 10.
— apud Praelatos et Barones 400 florenos, apud Nobiles 200, et apud rusticum 40 florenos efficit. II: 43. 1495: 19. §. 5.
— damnatus nec capitur, nec punitur in persona. II: 43.
— in duabus tertiis Judici, et in una tertia actori cedit. II: 43. 72.
— Praelati vel Baronis soli actori attribuitur. II: 43.
— incurrunt Liberi Barones, Comites, Judices, aliique, qui malefactores dimittunt. 1495: 19. §. 3. 1655: 38. 1659: 15. §. 6.
— judicat Judex saecularis. 1647: 16. §. 9.
— incurrunt foeminae et ecclesiastici, domum nobilitarem invadentes, bona occupantes, Nobilium item, Judicum, in Comitiis querulantium, Hominis Regii, Palatinalis, Capitularis et Conventualis verberatores, detentores, vulneratores, et occisores. 1723: 10. §. 7.

Emendam lingvae incurrit 1). qui bona injuste impetravit. I: 25. 2). qui in fidefragio convincitur. II: 30. 3). qui turpia et inhonesta verba protulit. II: 72. 4). qui injuste conqueritur et exponit judicibus. II: 72.
— convincitur impetrator bonorum ex nota infidelitatis, si eam probare non possit I: 25. §. 2.
— Solvitur pecuniis aut rebus mobilibus et venalibus. I: 134. §. 2. 25 marcis gr. p. 100 florenos auri facientibus compensatur. II: 72. In Comitatibus stante sessione 25 florenis dependi potest, extra sedem 100 florenis fit executio, appellatione nonnisi extra dominium admissa. 1635: 89. 1649: 94.
— causa non perditur, sed deposita poena libere resuscitatur. II: 72.
— differt a calumnia, per calumniam enim causa perpetuo amittitur. II: 72.
— in duabus tertiis judici, et in una tertia actori cedit. II: 72.
— incurrit dehonestatione et vituperiis judicem afficiens. II: 72. 1635: 89.

Emenda lingvae prorogationem impetrans, si nec castrum extra confinia habeat, nec reipublicae causa absit. 1464: 6. 7. §. 5. 1492: 71. §. 4.
— decimam injuste desumtam allegans et non probans. 1481: 13.
— lingvae olim incurrebant Comites, Judices Nobilium absque exmissione Sedriae executionem peragentes. 1507: 17.
— Inhibitioaem faciens, qui eodem termino in judicio adest. 1550: 55.
— Mandata illegitima contra judices impetrans. 1655: 55. §. 7.
Emödy Joannes Vice-Comes Comitatus Nitriensis ad Commissionem limitaneam. 1840: 32. 35.
Emtio est triplex: simplex, rationabilis, et necessaria. I: 59.
— simplex non valet, rationabilis aliquando, necessaria autem semper. I: 59.
— olim fiebat coram judice, teloniatore et testibus. S. Lad. II: 7. §. 3.
— inter christianum et judaeum quomodo fieri debeat Colom. II: 3.
— et praeemtio domorum in Civitatibus regnicolis admittitur. 1655: 34.
— exsolutione pretii fieri solet. 1659: 49.
— et venditionum sub nundinis interventarum rescissio, et pretii soluti renumeratio ad Judicium nundinale pertinet. 1836: 18. §. 5.
— venditio fundorum colonicalium libere admittitur. 1836: 4. §. 6. 7.
— venditionales contractus mercatorum absque consensu alterius partis in tertium transferri nequeunt. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 5. Horum contractuum vigor post duos annos exspirat. Ibidem §. 6. Similes contractus Tribunali Cambiali subsunt. §. 7.
— venditionales contractus mercantiles etiam feminae, sacerdotes et Monachi bonorum possidendorum capaces imire possunt. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 8.
Emtor debet esse cautus, prout literas formabit, ita bonorum successionem habebit. I: 21.
— bonorum sub lite existentium litem non suo, sed venditoris nomine prosequitur. I: 27.
— bonorum per impetitores in litem attractus, venditorem in defensionem causae ante decisionem litis evocare tenetur. I: 75.
— si cupit uxori placere per bona haereditaria, ponat nomen illius in emtionalibus. I: 102.
— etsi nobilis quaestus gratia vina evehens a singulis vasis 40 denarios solvet. 1649: 19. §. 2. 1715: 63.
— juris et usus in silvis, ad processum sequestratorium silvarum, fine divisionis proportionatae, si citatus non fuit, absque citatione litem ingredi debet. 1807: 21. §. 12.
— bonorum licitatione judiciali venditorum eodem jure, quo anterior possessor illa tenuit, gaudebit. 1836: 15. §. 20.
— rerum per cridatarium a massa concursuali abstractarum, erogatas pro illis pecunias amittit, et res illas massae restituere debet. 1840: 22. §. 34.
— mercium contractum emtio venditionalem non observans damnum refundere, et vadium, quod tamen decem percentum superare nequit, solvere tenetur. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 3.
Endrödy Josephus pro Erudita societate Hungarica offert centum florenos. 1840: 42.
Entsents portio Comitatui Szabolcsensi incorporatur. 1827: 34. §. 2.
Enzinger Joannes fit indigena. 1715: 136. §. 18.
Eödönffy Susannae C., Stephani olim C. Szirmay Conthoralis Reversales cassantur. 1715: 84.
Eör possessionis Nobilium terrae et metae per Austriacos avulsae restituantur. 1575: 5. 1578: 18.
Eör villa laboret ad Legrád. 1618: 49. 1622: 36. 1603: 3.
— portio Comitatui Szabolcsensi incorporatur. 1827: 34. §. 2.
Eörs, *vide Felső-Eörs.*
Eörségh familia Batthyány jure priori tenet. 1681: 55.
Eörsi Vice-Comes Comitatus Soproniensis ad commissionem limitaneam. 1630: 37.
Eötvös Franciscus pro Academia militari Ludovicea offert 1000 florenos. 1808: 7. §. 18.
— Baro Ignatius Pincernarum Regalium Magister ad Deputationem pro revisione operatorum systematicorum. 1827: 8.
— ad Commissionem pro restabiliendo vini Tokajensis commercio. 1827: 31.
— ad revisionem collectionum Musaei Nationalis. 1836: 37.
— ad Deputationem de alimentatione militiae. 1840: 3.
— Josephus ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
Eperjes civitas subest jurisdictioni Tavernici. III: 8.
— civitatis et civium certae causae cum Nobilibus coram Comitatu et Personali Praesentia judicentur. III: 19. 1498: 38.
— Ejus libertas a telonio notoria est. 1500: 41.
— pertinet ad bona et proventus regios inabalienabiles. 1514: 3.
— in suis libertatibus conservetur. 1547: §. 21.
— Ibi Judicia Octavalia celebrentur pro Comitatibus a Lyptoviensi incipiendo. 1563: 24. 1566: 21. 1574: 16. 27. 1575: 3. 1578: 16. 1582: 4. 1588: 30. 1630: 45.
— Ad Judicia e medio sui eligant Comitatus assessores. 1566: 22. 1574: 17.
— civitatis gratuiti labores deputantur ad Cassoviam. 1569: 19.
— ad arcis Szendrő reparationem concurrat. 1578: 27. §. 9.
— exemtio quoad contributionem et insurrectionem invigorosa est. 1635: 21.
— Ejus querelae contra Franciscum Revay revideantur. 1647: 112.
— Ibidem exigantur rationes a Perceptoribus proventuum publicorum in partibus Regni superioribus. 1647: 39.
— Ibidem celebrentur congregationes Comitatus Sárosiensis. 1647: 109.
— Judex et Senator deputantur ad rectificandos abusus tricesimarum et reformandum vectigal in partibus superioribus. 1655: 100.
— Ad celebranda ibi Judicia octavalia ex Slavonia appellantes propter distantiam comparere non debent. 1659: 84.
— Negotium domus Ledererianae Rex decidet. 1715: 89.
— Tricesima capitalis stabilitur. 1715: 91.
— pecuniam pro milite impensam liquidet. 1715: 97. §. 6. 1751: 15.
— Est Sedes Tabulae Judiciariae Districtualis Cis-Tybiscanae. 1723: 31.
— ejus praetensiones Rex cognoscat. 1751: 32.
— pro Musaeo Nationali confert 762 florenos 4 xr. 1827: 35.
— in civitate Tribunal Cambiale erigitur. 1840: 15. II: 1. §. 1.
Episcopatus vacantes Rex conferat. 1567: 24. §. 10.
Episcopi honorentur. S. Steph. I: 3.
— res ecclesiasticas secundum canones dispensent. S. Steph. II: 2.
— adsint judices saeculares in executione justitiae. S. Steph. II: 2. §. 2.
— violationi decretorum connivens a Rege vel synodo judicabatur. S. Lad. I: 4.
— ecclesiam desolatam reaedificabit, et providebit. S. Lad. I: 7. 8.
— Monasteria monialium et monachorum visitabit. S. Lad. I: 21 §. 1.

Episcopus absque titulo certi loci neminem, monachum vel monialem ordinare audeat. S. Lad. I: 21: §. 2.
— accipit decimas ab abbatibus de manumissis. S. Lad. I: 27.
— sui episcopatus Presbyteris dat quartam decimae pecorum, in alio episcopatu progenitorum. S. Lad. I: 33.
— cum quibus illi intrare videbitur, admittetur, osculum tamen non in ecclesia, sed in claustro accipiat ab abbate et Monachis. S. Lad. I: 35.
— decima competit, modusque eam desummendi. S. Lad. I: 40.
— olim parricidas, raptus reos et adulteria judicabant. Colom. I: 50. 59. 61.
— solus habet potestatem in ecclesia. Colom. I: 65.
— a fidelibus ex omnibus decimam accipit. Colomannus II: 5.
— tenentur decimam in natura acceptare. 1222: 20.
— equis regalibus decimas non solvent, nec subditi eorum decimas ad praedia regalia ferre tenentur. 1222: 21.
— contra nobiles litigantes, sine Placeto Regio, adversarios suos excommunicare non audeant. 1351: 1.
— causa cadentes, eadem poena afficiuntur, qua ipsi adversarios affici volebant. Ibidem.
— bona saecularia impetrare, vel emtione, pignore aquirere, episcopalia vero alienare non possunt. 1351. in Confirm. Decr. Andr. §. 11. 1493: 55. 65. 1647: 17. 1715: 16. §. 5.
— Abbatias et Praepositurас bis per annum visitent. 1486: 12.
— tenent forum primae instantiae in causis suae dioecesis, quod praeteriri non potest. 1495: 10.
— Parochis sedecimam dent. 1498: 50.
— si de bonis ad Fiscum devolvendis contraxerunt, contractus nullus est, sed pecunia restituitur. 1498: 65.
— non sinant Parochos a comparitione ad Synodum se redimere. 1498: 68.
— Parochos pro redemtione bullarum suarum nonnisi semel, idque post quatuor annos taxent. 1498: 69. 1504: 12.
— invitis Patronis Parochos non teneant. 1504: 26.
— in beneficiis suis resideant. 1548: 6. §. 6. 1723: 55. 1741: 16.
— Archi- et Vice-Archi-Diaconi praedicatores verbi Dei pro reducenda Religione vera dimittant. 1558: 6. 1550: 13.
— ecclesiis praeficiantur, qui verbo et exemplo plebem doceant. 1548: 6.
— Parochos in omnibus villis et oppidis constituant. 1548: 6. §. 3. 1550: 13.
— Scholas erigant. 1548: 6. §. 4.
— plura beneficia non possideant. 1548: 6. §. 7.
— si a residentia sua impediantur, Vicarium idoneum constituant. 1548: 6 § 8. 1550: 13.
— providebunt, ut ex bonis desolatarum ecclesiarum parochi, magistri, et studentes bonis artibus, subsidium accipiant. 1548: 12.
— decimas in natura exigere possunt. 1548: 60.
— populo verbo et exemplo praesint. 1550: 13.
— bona ecclesiarum revindicent. 1550: 20. 1547: 11.
— synodum celebrare possunt. 1559: 41.
— habita ratione nobilitatis eligantur. 1606: 5. §. 3. Pacif. Vienn.
— an saeculares dignitates gerere possint, in futuris comitiis discutiatur. 1608: 6. §. 1. ante cor.
— jura possessionaria episcopalia in regno non habentes ad consilia non adhibeantur. 1608: 6. §. 2. ante cor. 1647: 99.
— dioecesani in conventu Baronum et Praelatorum votum et sessionem habent. 1608: 1. §. 4. p. c.
— una Supremi Comites privilegia sua producant. 1609: 23.
— pro redemtione literarum solvant centum florenos. 1609: 73. §. 34.

Episcopi titulares pro redentione literarum in Cancellaria Majori solvant 50 florenos. 1609: 73. §. 34.
— ad Insurrectionem generalem unum equitem statuant. 1662: 5. §. 5. 1741: 63. §. 13.
— personaliter insurgant. 1681: 46. §. 6.
— de sacerdotibus pro publicis expeditionibus in conventu et capitulo, eorumque subsistentia provideant. 1723: 39. §. 6.
— aliique Beneficiati Ecclesiasiastici in suis dioecesibus et Beneficiis resideant. 1741: 16.
— exteri, si episcopatum in Hungaria habeant, taxam indigenalem 1000 aureorum solvant. 1741: 17. 1790: 70.
— Parochos, demtis pauperioribus, pro insurrectione taxabunt. 1741: 63.
— solutionem vinculi matrimonialis inter Protestantes per judicem saecularem adinventi, agnoscere non cogantur. 1791: 26. §. 11.
— exteri in regno episcopatum tenentes juramentum et taxam indigenatus deponant. 1791: 70.
— non uniti in Comitiis votum et sessionem habeant. 1792: 10.
— ad insurrectionem generalem equitem statuant. 1805: 1. §. 6.
— ratione proventuum equitem vel peditem ad insurrectionem personalem statuant. 1805: 1. §. 6. 1808: 2. §. 12.

Episcopolium hominum munus in statutionibus 1723: 39. §. 13.

Epocillatio vini rusticis proprias vineas possidentibus a festo S. Michaelis usque festum S. Georgii admittitur. 1836: 6. §. 2.
— cremati colonis sub poena confiscationis interdicitur. 1840: 7. §. 2.

Eppele Paulus in Archi-Ducatu Austriae possessiones Gmailebern et Detendorf consortis Jacobi Dobner occupat. 1655: 94.

Eques auratus pro redemtione suarum literarum solvat florenos duodecim. 1609: 73. §. 30.

Equitem unum armatum statuant domini terrestres a 33colonis ad Insurrectionem generalem 1435. I: 2.
— quatuor, pedites duo instructi statuantur a 100 portis colonicalibus. 1454: 4. §. 1.
— occasione Insurrectionis monitus statuat, aureis sedecim redimat, secus ductor ex bonis ejus desummat. 1454: 11.
— unum statuant 36 portae. 1493: 16.
— armatos statuat a 24 portis Comitatus Posega, Valkó, Syrmium, Bics, Temes, Békes, Csongrád, Csanád, Zaránd, Torontál, Arad. 1498: 16.
— statuant a 36 portis ecclesiastici et religiosi decimas non habentes. 1498: 15. §. 2. 20.
— unum statuant a singulis 20 sessionibus ecclesiastici. 1518: 3. Tolo. 1523: 19. 1542: 32.
— vel pedes compareat Nobilis ad Insurrectionem. 1518: 36. Bách. 1523: 20.
— unum statuant Nobiles, Magnates, Praelati a singulis 10 sessionibus. 1523: 19.
— unum statuat singulus Canonicus, praeter alium a 10 sessionibus statuendum. 1523: 42.
— unum a viginti domibus dabit dominus terrestris ad insurrectionem. 1537: 13. 1662: 5. §. 2. 1681: 46. §. 1.
— gravis armaturae a 36 colonis statuatur. 1542: 21. Decr. Poson.
— unum a 20 domibus statuant Nobiles aliis servientes. 1542: 44. Decr. Neoz. 1542: 22. Decr. Pos. 1545: 11. 1601: 9. 1662: 5. §. 19.
— duos statuant Praelati in singulis Comitatibus a bonis suis. 1543: 13 1555: 4. §. 8.
— statuant ratione colonorum et personarum capitulares, Praepositi et Abbates. 1543: 13. 22.
— decem statuent Parochi, et altarium rectores. 1545: 23. 1662: 5. §. 6. 1681: 46. §. 7.
— a proportione bonorum statuant ad Comitatum Civitates Liberae et Montanae. 1545: 24.

Equitem unum statuat cum aliis Nobilis 10 sessiones non habens. 1545: 6.
— unum non statuens, bona amittat. 1545: 7.
— alienum occasione lustrae generalis statuens, aut alteri commodans, caput amittat. 1545: 8.
— unum a decem colonis Nobilis serviens praeter personam statuet. 1545: 11.
— unum loco sui ad Insurrectionem generalem statuent infirmi, servitiis addicti, viduae, bello inhabiles. 1545: 13. 1566: 18. 1597: 7. 1598: 22. 1601: 9. §. 5. 6. 7. 8. 1622: 21. §. 6. 1625: 10. 1635: 88. 1659: 7. 1662: 5. §. 19. 1681: 46. §. 19. 1741: 63. §. 7. 1808: 2. §. 10.
— nullum salarium habens, titulo salarii habeat menstruos tres florenos et viginti denarios. 1552: 13. 1553: 16. 1609: 12. §. 2.
— unum statuat ad expeditionem particularem Nobilis a 20 colonis. 1553: 4.
— duo statuantur a singulis 100 colonis. 1555: 4. 7.
— etiam tempore insurrectionis personalis statui debent. 1555: 6.
— decem a 100 colonis statuet dominus terrestris. 1556: 20. 22.
— tres a centum colonis in praesidiis alantur. 1556: 19. 1563: 18. 1566: 15.
— suos domini in pluribus Comitatibus bona possidentes ad unum praesidium mittere possunt. 1556: 19. § 2.
— decem pixidarios statuant coloni 100 ad insurrectionem generalem. 1556: 20. 1557: 2.
— tres a centum colonis dabunt bona, ad arces regias occupata. 1563: 54. §. 2. 3.
— tres ex 100 colonis perpetuo alendis, ad locum, quo necessitas exiget, Rex disponat. 1566: 16.
Exstirpaturam si migrans colonus retineat, ab ea nonam domino solvat, licet antea non solverit. 1547: 29. §. 6.
— migrantis coloni, facta praevie per Judicem Nobilium et villanos aestimatione, dominus exsolvere potest. 1547: 29. §. 7.
— si quaepiam constitutivum sessionale ingressa fuisset, talis ab eodem avelli nequit, neque intuitu reluitionis aut reluendae mercedis exstirpaturalis per colonum praetensio formari poterit. 1836: 5. §. 3.
— post fundualitatem haud ingressas, donec per Dominium relutae fuerint, coloni usuabunt. 1836: 6. §. 1.
— reclamente Dominio efformatae per Dominium absque bonificatione impensi laboris recipi possunt. 1836: 6. §. 1.
— non reclamante Dominio efformatae nonnisi penes depositionem inhaerentis summae recipi possunt. 1836: 6. §. 1.
— deinceps citra consensum dominalem fieri vetantur, verum consensus dominalis in scriptum redigi, et summa reluitionalis protocollo dominali inseri debet. 1836: 6. §. 1.
Extabulatio exsolutarum obligatorialium coram eadem Jurisdictione instituetur, coram qua intabulatio praesuscepta fuit. 1840: 21. §. 22.
Exteros ad turbandum inducens notatur. I: 14. §. 8. 1723: 9. §. 5.
— lex obligat uno mense post publicationem. II: 5.
— in Regno foveantur. S. Steph. I: 6.
— sine fidejussione non recipiantur. Colom. I: 4.
— terram colens aut expeditionem faciat, aut septem denarios solvat. Colom. I: 35.
— et Slavi in Hungaria terras colentes a libertate, non ab opere denarios solvant. Colom. I: 80.
— etsi probi, absque consilio Regni ad dignitates non promoveantur. 1222: 11.
— fruantur libertate initio iis concessa. 1222: 19.
— appellata admittatur. 1405. I: 4.
— nec ad dignitates saeculares, neque ecclesiasticas admittuntur, sed illae solis Hungaris conferantur. 1439: 5. 1453: 3. 1458: 7. 1523: 17. 1536: 42. 1546: 15. 1552: 42.
Exteri per Praelatos et Barones in Regno non conserventur. 1439: 5. §. 2.
— tricesimae et minerae non elocentur. 1439: 6.
— possessiones aquirere non possunt. 1439: 16. 1535: 42. 1599: 31.
— praedones et pacis turbatores ad Regnum inducentes notam incurrunt. 1462: 2. §. 7.
— fortalitia finitima non committantur. 1471: 6.
— a consilio de negotiis Regni suscipiendo excluduntur. 1492: 7.
— beneficia ecclesiastica non conferantur. 1495: 30.
— Vicarius et officialis esse non potest. 1495: 32. et 1500: 35.
— tricesimator et vectigalium exactor esse non potest. 1498: 30.
— ab eductis animalibus tricesimas solvant. 1504: 28.
— ad civitates montanas victualia inferentes moderata telonia solvant. 1518: 11. §. 2. Bách.
— laboratores fordinarum advocentur. 1523: 39. §. 1.
— officiales amoveantur, et Hungari eis substituantur. 1525: 4. 1563: 34.
— si servire et in confiniis militare voluerint, serventur. 1525: 4.
— donationes et inscriptiones illegaliter eis factas restituant. 1542: 12. §. 2. Decr. Neoz.
— a praefecturis arcium amoveantur. 1536: 33.
— cum consensu statuum indigenatu donentur. 1550: 77.
— indigenatu donati juramentum deponant, quod libertates servare et leges tueri velint. 1550: 77. 1791: 70.
— tantum qua castellani in arcibus relinqui possunt. 1552: 30. §. 3.
— praefecti officiales damna inferentes per ordinarios judices juxta leges patrias judicentur et puniantur. 1552: 30. 31.
— pro operis arcium conducantur, si coloni pro mercede laborantes non sufficiant. 1553: 5. §. 8.
— ne Hungaros colonos citra dimissionem recipiant, Rex provideat. 1556: 33.
— in administrationem proventuum regalium influxum non habeant. 1608: 5. ante cor.
— in gubernium regni se non misceant. 1608: 10. a. cor.
— bene meritis duas confiniorum Praefecturas Rex conferre potest. 1609: 9. Pac. Vien.
— ex Hungaria simpliciter non excludantur, sed stipendia sub Hungaris Capitaneis mereri possunt. 1609: 11. §. 6.
— indigenatum adepti, repressalium jure quotannis juxta limitationem Thesaurarii, certam summam pecuniae solvant. 1609: 51.
— pro literis indigenatus solvant ducentos florenos. 1609: 73. §. 31.
— indigenatum non adepti armales non consequantur. 1630: 30. §. 2. 3.
— portas non habentes pro confiniis per Comitatus taxentur. 1647: 26.
— in Promontorio Rusztensi decimam in specie solvant. 1655: 63.
— in nundinis per neminem impediantur. 1659: 77.
— ut passiva sua debita solvant in Hungaria Rex provideat. 1659: 82.
— bona pignoratitia possidentes pro insurrectione generali unum equitem et unum peditem a viginti domibus statuant. 1662: 5. §. 10.
— terras et vineas in Regno possidentes pro insurrectione per Comitatum taxentur. 1662: 12. 1681: 46. §. 21. 1741: 63. §. 17.
— debita regnicolarum emere vel vendere non audeant. 1662: 41. §. 2.
— indigenatum adepti mille aureos pro regni necessitatibus solvant. 1687: 26.

Exteri fundos et bona in Hungaria possidentes, contributionem et omnia onera publica ferant. 1715: 72. 1723: 22. 64.
— beneficia majora possidentes mille aureos titulo taxae solvant, minora beneficia habentes ducentos aureos pendere tenentur. 1741: 17. 1791. 70.
Extra dominium quaerat jus suum, si occasione statutionis in castris rebellium fuit, vel negligentia contradictionem intermisit. 1563: 46. 1635: 91.
— quaerant jus suum occupatores bonorum, si quod se habere praetendant. 1622: 6. §. 5. 1647: 23. 1802: 22.
— quaerat jus suum contra protestantem Civicum Magistratum literas exemtionales super domo civili impetrans. 1655: 78.
Vide appellata extra dominium.
Extraordinariis in causis appellata non admittitur. 1492: 33.
— Causae quae sint. 1599: 46. 1635: 15.
— Causae ad Tabulam Regiam relegantur. 1723: 26.
Extra seriem judicantur parapherna. 1500: 16. 1647: 16. §. 6.
— causae dotis. 1500: 16. 1647: 16. §. 5.
— causae novae occupationis. 1514: 69. 1588: 29. §. 1.
— causae pauperum, quae primis judiciorum diebus etiam in Comitatibus judicantur. 1563: 52. 1723: 26. §. 3. et 32. §. 6.
— causae contra calumniatores ad poenam talionis motae. 1604: 18.
— causa contra statutum mota, cujus statutioni ob distantiam debito tempore contradici non potuit. 1625: 60.
— causae criminales. 1729: 43. §. 4.
— causae fiscales. 1729: 43. §. 4.
— causae piae. Ibidem.
— causae transmissionales. Ibidem.
— causa ob impeditam executionem resuscitata. Ibidem.
Exule cum patre proficiscentem contra filium non praescribitur. 1: 79. §. 1.
— in Comitatu receptus, per Comitatum pro insurrectione taxetur. 1662: 12.
Vide: Nobilis fugitivus.
— resipiscentes, prioribus libertatibus donantur. 1681: 59.
— generalis amnistia promulgatur. 1681: 80. 1687: 5. 1715: 49.

F.

Fabian Franciscus pro Academia Militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Fabricalia aedificia ab illocatione militum sunt immunia. 1840: 17. §. 8.
— negotia in libro Strazza compellato serie chronologica praenotari debent. 1844: 6. §. 13.
Fabricam omnis, qui commercium exercere potest, erigere valet. 1840: 17. §. 1.
— etiam Ecclesiastici, et milites, bona immobilia possidentes erigere possunt, hi tamen Firmae Ductorem constituere obligantur, cui partialem fabricae directionem concredere debent. 1840: 17. §. 2.
Fabricans in instituto suo operarios subsidiarios, omnis generis officia exercentes, libere adhibet. 1840: 17. §. 5.
— pueros et puellas quo aetatis anno ad labores applicet? quamdiu his incumbant, cujusve speciei sunt? 1840: 17. §. 6.
— fabricata sua tam in fabrica, quam etiam in separato fornice in majori quantitate, et minutim vendere, et depositorium aperire potest. 1840: 17. §. 6.
Fabricantium libri per concernentes jurisdictiones legalisati semiplena proba gaudent. 1840: 16. §. 23. et 17. §. 3.
Fabricatorum ad venditionem cunctae leges de negotiatoribus et commercio latae extenduntur. 1840: 17. §. 10.
Fabry Jacobus Episcopus Dulciensis. 1741. Concl.
— Stephanus ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
Factiosi gratiae Regis reservantur. 1527: 2.
— obedire detrectantes puniantur. 1528: 2.
— gratiam adepti, intra mensem bona recipiant. 1536: 5. 54.
— qui resipuerunt, bona sua, non obstante donatione, recipiant. 1536: 6.
— resipiscentes bona per se occupata proprietariis restituant. 1536: 7.
— cum hoste tractantes, legationes ad illos mittentes, vel ab iis suscipientes, vel eosdem evocantes, concitantes, aut arma iis administrantes, notam infidelitatis incurrunt. 1622: 20.
— His tempore disturbiorum proscriptis, et bonis executis, data jam generali amnestia, ad sua reverti licet. 1622: 74.
Falkensteinii Comes, titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1791. 1792. Exord.
Factores Regii absque pecunia a nullo quidpiam accipere audeant. 1471: 20.
— apparatus bellici, fideles deligat Thesaurarius. 1525: 7.
— navium globorumque provisionem faciant. 1525: 7.
Faisz possessionis proventus praesidiarii non turbent. 1647: 141.
Falconarii, caniferi et agazones in villis servientium non condescendat. 1222: 15.
Falkenberg Ernestus indigenatum adipiscitur. 1687: 29. §. 1.
Fallimentarii libros mercantiles probam praestantes ducere nequeunt. 1840: 15. II. §. 106. i).
— si ob valetudinem, senium, aut corporis infirmitatem, victum quotidianum sibi procurare non potest, Judicium eidem intertentionem e sequestrata massa concursuali dependendam assignabit, intertentio haec dietim ad minimum sex crucigeros efficiet, viginti crucigeros autem nunquam excedere potest. 1840: 22. §. 12.
— si cum suis congenerationalibus in statu indivisio constituatur, illa tantum ejusdem bona conscribentur, quae directam et exclusivam illius proprietatem constituunt. 1840: 22. §. 19.
— si officium publicum gerat, ad ejus salarium, et bona uxoris, nisi haec etiam obligatoriales subscripsisset, conscriptio judicialis extendi nequit. 1840: 22. §. 18.
— creditores in exteris oris existentes de aperto concursu via Cancellariae Regiae Hungarico Aulicae certiorandi sunt. 1840: 22. §. 31.
— contractus onerosi, quos ille ante quindenam cum consorte aut consangvineis inivit, tunc tantum retinent vigorem, si partes remonstraverint, quod factum contractuale reipsa acciderit. 1840: 22. §. 32.
— ad bona post apertum concursum, executio judiciaria dirigi nequit. 1840: 22. §. 32.
— bonum, quod is post indictum concursum successione, aut ex testamento aquirit, conscribendum, et Massae Concursuali adjiciendum est. 1840: 22. §. 36.
— opificis instrumenta necessaria sequestrari nequeunt. 1840: 22. §. 42.
Fallimentum fraudulenter faciens, ut fur detentus conveniatur et puniatur. 1807: 12. 1840: 22. §. 130.
— dolosum actione criminali vindicetur, et reus pro gradu imputationis poena carcerum a medio ad tres annos extendenda puniatur. 1840: 22. §. 130.
— ex incuria culposa promanans via processus criminalis vindicetur et aresto ab una hebdomada ad sex menses extendi queunte puniatur. 1840: 22. §. 131.
Vide: Concursus, Cridatarius.

Falsarii literarum vel his scienter utentes, notam infidelitatis incurrunt. I: 14. §. 3. 4. 1495: 4. §. 2. 1723: 9. §. 3. 4.
— qui aurum et argentum clam liquefaciunt, commutant, vel alteri, quam Camerae vendunt, vitam et bona amittant. 1342: §. 5. 34.
— monetae si neque ad Sedriam Comitatus statuere velit dominus vel officialis, villam amittat. 1486: 48.
— dicuntur etiam de damnis per insurgentes illatis false querulantes. 1492: 22. §. 7.
— Conventualis vel Capitularis beneficium amittat, et in utraque gena stigmate uratur. 1493: 14.
— poena afficiuntur, protocolla vel sigilla capitulorum restituere nolentes. 1622: 15.
— Monetarum vitam et bona amittant. 1723: 9. §. 4. 11.
— sigillorum vitam et bona amittant. 1723: 9. §. 3.
— cambialium aut falsis cambialibus scienter utentes ut fures puniendi sunt, et processus talis etiam tempore juristitii, et quidem intra sex menses decidatur. 1844: 6. §. 28.
Falsas cambiales acceptatas acceptans exsolvere tenetur. 1840: 15. §. 185. 1844: 6. §. 6.
Falsum vel falsificatum ob Indorsatum Trassatus ab acceptatione et exsolutione cambialium inhiberi potest. 1840: 15. §. 176.
Falu-Dobos possessionis incorporatio ad Comitatum Szatmáriensem inarticulatur. 1836.
Falusy Nicolaus in Partibus Cis-Danubianis Commissarius super bonorum confiscatorum restitutione. 1681: 11.
Fames si praemetuatur, evectio frugum prohibeatur. 1807: 6. §. 3.
Familia Nobilium quaevis unum ad Insurrectionem personalem statuat, etiam indigenae, aliique etiam extra regnum commorantes. 1808: 2.
— residua ab Insurrectione personali non immunitatur, si unus ex illa actu in militia serviat. 1808: 2. §. 7.
Familiares Dominorum, qui ex horum gratia vivunt, per Exactores Camerae non taxentur. 1411: 3.
Famuli sine passualibus dominorum commeantes delineantur. 1723: 66.
— mercedem moderetur Comitatus. Ibidem.
— merces per cridatarium uno anno ante apertum concursum haud exsoluta, ad secundam excontentationis classem refertur. 1840: 22. §. 83. b).
Famulitium ad Academiam Militarem Ludoviceam e bene moratis individuis eligatur. 1808: 7. §. 10.
Fánchy Paulus contra Nicolaum super detentione universarum rerum mobilium et literalium instrumentorum Bona Kobaldiana concernentium conqueritur. 1647: 149. In facto incestus convictus bonis exuitur. 1655: 98.
Fáncsy de Gordova familiae circa bona a Turcis revindicata, et per Cameram retenta. 1715: 85.
Farkas Alexander pro Erudita Societate Hungarica confert ducentos aureos. 1840: 42.
— Andreas ad Commissionem limitaneam. 1655: 30. Pro reincorporatione Valachorum, Slavorum et Praedauciorum. 1655: 66.
— Emericus Canonicus ad Deputationem de alimentatione militiae. 1840: 3.
— Francisci Nobilis familiae jura discutiantur. 1599: 31.
— Mathiae in oppido Sellye sessio pro exercitio Helveticae Confessionis assignatur. 1649: 11.
— Stephanus pro abolendis teloniis siccis. 1635: 72.
Farkasd ad Confinium milites deputantur. 1681: 5.
Farkasfalva seu Wolfsthal possessionem inter et Civitatem Posoniensem ad rectificandas metas Commissarii nominantur. 1681: 23.
— inter et Köpchin metalis controversia complanetur. 1715: 39.
Farna in loco restituitur Evangelicis templum. 1647: 6.
Fassio si huic nomen uxoris insertum sit, haec deficienti viro succedit. I: 48. §. 5.
Fassio vel est simplex, vel rationabilis, vel necessaria, prima non valet, secunda dum et quando, tertia nunquam invalidatur. I: 59. §. 9.
— neglecta praemonitione condivisionalium facta non tenet, et communi aestimatione recipi potest. I: 60.
— debet fieri coram loco authentico, vel Judicibus Regni ordinariis, eorumque Protonotariis, vel Cancellaria Aulica. I: 60. 1729: 24. §. 4. 12.
— in redemtionem capitis vel libertatis facta valet. I: 60. §. 3. 4.
— fratris indivisi, per alterum fratrem aut patris filium non contradicentem retractari non potest. I: 62.
— portionis alicujus, ob dubium litis eventum facta, tanquam ex transactione promanans retractari, et invalidari non potest. I: 62. §. 2. 3.
— inter consangvineos, vel extraneos facta, si e bonis particula aliqua per modum amicae cedatur, retractari non potest. I: 62. §. 2. 3. 4.
— perrennalis inter condivisionales coram judice facta, nec statutione, neque consensu Regio indiget. I: 63. 65.
— perrennalis intra annum statutione firmari debet. I: 63. §. 6.
— perrennalis per proximos defectui suscepta, Consensu Regio opus habet. I: 65.
— cum clausula: *Nullum jus, nullamve juris et dominii proprietatem pro se reservando* facta, deficiente emtore fatenti omne jus adimit et Fisco tribuit. I: 69.
— evictio inseratur, si venditor alieno fatendo, ea evincere non posset, alia bona paris emolumenti procurare tenetur. I: 74. §. 2.
— perennalis, pignori superinducta, si illegalis sit, per legitimos haeredes retractari potest. I: 82. §. 5.
— neque perennalem, neque temporaneam puella in capillis existens, in praejudicium fratrum aut successorum celebrare potest. I: 91.
— in bonis fassione aquisitis uxor non succedit, nisi nomen uxoris fassioni insertum sit, ejici tamen non potest, donec secundo nupserit. I: 102.
— ab inducta ex metu ad relaxandam dotem uxore non tenet. I: 109.
— perennalem uxor viro et vir uxori, in bonis liberae dispositionis celebrare potest. I: 110.
— inter conjuges titulo pignoris facta, nisi ob evidentem rationabilem utilitatem fiat, non valet. I: 110. §. 3. 4. 5.
— pupilli absque consensu tutoris nulla est. I: 126. §. 2.
— in illegitima aetate, absque consensu tutoris facta, ante perfectam aetatem coram quovis Judice Regni ordinario revocari, et causa per fatentem intra 32 annos moveri potest. I: 128. §. 1—4.
— perennales per Judices Regni Ordinarios et loca authentica sub propriis sigillis celebrari poterant. II: 13. §. 7. 8. Hodie jam non possunt praeter Procuratorias et Plenipotentiales. 1723: 41.
— civium de mobilibus et immobilibus coram Civico Magistratu facta valet. III: 13.
— civium, si novus possessor fundi coram duobus juratis civibus introducitur, et si contradictio intercessit, illico coram iis ratio ejus expetitur, si contradictio tunc neglecta fuit, intra annum et diem coram juratis civibus et judice fieri potest, et improtocollatur. III: 14.
— bona fassione adepta nulli haeredum adimantur, sed testimonio confirmentur. Colom. I: 21.
— coacta nullius vigoris est. 1471: 26. 1552: 17. 1687: 13. 1715: 53. §. 2.
— coacta, vel successoribus praejudiciosa, de facto sit irrita. 1542: 40. Decr. Poson.
— ab obitu Regis Joannis legitime factae robur habeant. 1552: 23. §. 3.

Fassiones coram Capitulo Scepusiensi et Conventu Lelesz factae valent. 1609: 49.
— tempore disturbiorum coram Vice-Comitibus et Judicibus Nobilium celebratae, si admonitio praecessit, sunt legitimae. 1622: 60.
— peregrina lingva concinnatae fatentibus explanentur, easque viva voce hi confirment, secus nullae sint. 1687: 13. 1715: 53. §. 2.
— testium sunt de verbo ad verbum conscribendae. 1723: 39. §. 7.
— coram locis authenticis, Judicibus Regni ordinariis, eorumque Protonotariis, etiam extra Regnum constitutis factae valent. 1729. 24. §. 4. 12.
— perennales coram Cancellaria Aulica factae valent. 1729: 24. §. 12.
— tam perennales, quam pignoraticiae in exteris oris commorantis, juxta usitatas, sed fidedigne recognitas solennitates celebratae sunt validae. 1729: 24. §. 10. 11.
— perennales ab anno 1785 usque 1790 celebratae pro vigorosis declarantur. 1791: 54. §. 2.
— testium ab anno 1785 usque 1790 factae, pro vigorosis declarantur. 1791: 54. §. 3.
— quoad sextam proventuum et centesimam mobilium valoris partem, pro subsidio belli promissam quisque faciat. 1807: 2. §. 14.
Fautor Evangelicorum una cum his in amissione bonorum et capitis puniatur. 1523: 54.
— malefactoris caput amittat. 1527: 6.
Fáy praedicatum familiae de Eadem. 1791: 68. 1802: 26.
— Andreas ad Deputationem intuitu pontis stabilis inter Budam et Pestinum struendi. 1836: 26. §. 12.
— Antonius ad Commissionem pro restabiliendo vini Tokayensis commercio. 1827: 31.
— Augustinus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Barnabas ad Commissionem de locis inclavatis. 1807: 28. Ad Commissionem limitanem. 1807: 31. Ad Deputationem de banderiis. 1808: 4. Ad revisionem operatorum systematicorum. 1827: 8. Ad Commissionem circa restabiliendum vini Tokayensis commercium. 1827: 31.
— Franciscus ad Deputationem de alimentatione militiae. 1840: 3.
Faysz nomen et praedicatum familiae. 1518: 39.
Fechtig Baroni Ferdinando indigenatus confertur. 1627: 41. §. 7.
Fejéregyház possessionis gratuiti labores deputantur ad Tihan. 1659: 130.
Fejérkövy Stephanus Episcopus Veszprimiensis judiciis intersit. 1582: 5. Ad Commissionem limitaneam. 1582: 6.
Fejérváry Josephus ad revisionem conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
Fekete C. Franciscus pro Academia Ludovicea omnem suam militarem penum offert. 1808: 7. §. 18.
— ad revisionem operatorum systematicorum. 1827: 8.
Felfalu in possessione fiat nova portarum connumeratio. 1659: 67.
Felhéviz Praepositurae gratuiti labores deputantur ad Ujvár. 1559: 27. 1567: 17.
Felistal praedicatum familiae David. 1630: Concl.
Fellner Baro Andreas pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Fel-Némethi intuitu possessionis controversiam jurisdictionalem inter Comitatus Borsod et Heves Palatinus decidat. 1715: 40.
— hujus partem Comitatus Borsodiensis Hevesiensi in cambium cedit. 1812: 5.
Fel-Sebes in possessione restituitur Evangelicis templum. 1647: 6.
Felsö-Bánya tricesima filialis ad Nagy-Bánya. 1715: 91.
— pro Musaeo Nationali offert 552 florenos 45 xr. 1827: 35.
Felső-Bánya pro Academia Ludovicea offert quingentos florenos. 1836: 39.
Felső-Bük praedicatum familiae Nagy. 1751: 26. 1765: 16.
— **Eör** in possessione Nobiles unius sessionis nulla molestia afficiat Honorius Königsbergher. 1547: 37.
— pro loco articulari exercitii Helveticae Confessionis nominatur. 1681: 26.
— **Káld** praedicatum familiae Káldy. 1662: 37.
— **Kubin** praedicatum familiae Kubiny. 1659: 65.
— — locus liberi exercitii religionis in Comitatu Arvensi. 1681: 26.
— **Lelócz** in villa portionem occupatam Alexius Thurzo restituat Andreae Szászy. 1578: 24.
— **Lindva** praedicatum familiae Széchy. 1559: 55.
— — castrum Thomae Széchy per Dionysium Széchy resignetur. 1647: 138.
— — Ejus pertinentia est possessio Tuksincz. 1655: 87.
— — Ejus gratuiti labores deputantur ad Mura-Szombath. 1655: 116.
— **Sicz** possessionis pertinentiae Dominii Bernstein differentia metalis cum Nobilibus in Felső-Eör ad rectificationem metarum Regni rejicitur. 1638: 37.
— **Sunyava** intuitu posssessionis Deputatio Regnicolaris constituitur. 1827: 28.
— **Szigeth** insulae danubialis intuitu, controversia Dominii Dévén cum civitate Hamburg revideatur. 1655: 30.
— **Szopor** praedicatum familiae Szily. 1791: 68.
— **Vadász** praedicatum familiae Rákoczy. 1625. 1630. 1635. Concl.
Fenyesy Georgius Episcopus Almisiensis. 1681: 23. Episcopus Agriensis. 1687. Concl.
Fenyő-Kosztolán in loco Evangelicis restituitur templum. 1647: 6.
Feram laesam, etiam in parte sylvae prohibita prosequi, non item venationem continuare licet. 1729: 22. §. 4. 5. 1802: 24. §. 6.
— rapacem integro anno venari licet. 1729: 22. §. 10. 1802: 24.
— in prohibita sylva, vel tempore foetificationis trajiciens, in tribus marcis gravis ponderis coram Judice Nobilium convincatur. 1729: 22. §. 11.
— ad viam, etiam in prohibito, demtis phasianis, perdicibus, et urogallis Nobilis trajicere potest. 1802: 24. §. 7.
— in territorio non prohibito damna inferentem, in loco damni intercipere, necare, vel etiam trajicere licet 1840: 9. §. 16.
Ferdinandus I. spondet exteros a praefecturis castrorum se amoturum. 1536: 43.
— spondet fodinas, civitates, arces, Tricesimam Posoniensem, et Decimas Episcopatus Jaurinensis, a Maria Regina se revindicaturum. 1536: 44.
— Donationes, fassiones et alienationes bonorum ecclesiasticorum, praeter eas, quae in scholas conversae sunt, annihilat, et revindicari jubet Decreto speciali. 1560.
— II. libertates regni et Pacificationem Viennensem confirmat. 1622: 2. §. 7.
— III. acceptatis conditionibus sibi propositis futurus Rex eligitur et coronatur. 1625: 3.
— confirmat Decreta Mathiae, Rudolphi, et Pacificationem Viennensem. 1638: 1. §. 2.
— IV. Rex eligitur et coronatur. 1647: 2.
— V. Rex coronatur. 1830: 1.
— V. neocoronato Regi Honorarium offertur. 1830: 3.
— V. oblatum sibi Honorarium in medietate ad sublevandam contribuentem plebem, in altera medietate ad augendum Academiae Hungaricae fundum convertit. 1830: 4.
— V. Diploma Inaugurationale. 1836: 1.
Ferenczy Franciscus ad commissionem limitaneam. 1687: 15.
Feriae observentur in omnibus Judiciis et Causis, excepta matrimoniali. 1723: 29.

Ferraris C. Josephus Joannes citra taxam fit indigena. 1802: 32.
— pro Academia militari Ludovicea offert sex mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Ferreas semitas struentibus societatibus per Regni Jurisdictiones omnis assistentia praestetur. 1836: 25. §. 2.
— semitarum structura causata damna per localem jurisdictionem via summaria judicabuntur. 1836: 25. §. 2. 8.
— pro semitis cedendorum fundorum expropriatio qua ratione sit instituenda. 1836: 25. §. 3.
— semitae pro usuandis fundis condignam bonificationem praestare debent. 1836: 25. §. 3.
— semitarum tempus privilegiale et desummendas taxas supremum in politicis Dicasterium determinabit. 1836: 25. §. 4.
— semitarum opifices, custodes et servitores contributionem solvere debent. 1836: 25. §. 7.
— semitis illata damna per politiam campestrem judicentur. 1840: 9.
Ferrum externum, ubi domesticum sufficiens, et bonum adfuerit, non inferatur. 1723: 121.
Ferreti Comes titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1715: 2. 1741. Exord. 2.
Ferto facit quatuordecim grossos seu denarios octuaginta quatuor. 1351: 4.
— unum accipit scriba a donationalibus literis. 1351: 7.
Festetics Antonius pro Musaeo Nationali confert mille florenos. 1827: 35.
— pro Academia Ludovicea offert 600 florenos. 1836: 39.
— Antonius pro Academia Ludovicea confert in fundis et aedificiis 6666 florenos 40 crucigeros. 1836: 39.
— C. Emericus ad Commissionem limitaneam. 1807: 31.
— C. Georgius pro juventute hungara in militari Academia educanda quadraginta millia florenorum offert. 1802: 4.
— C. Ignatius pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— C. Juliana pro Academia Ludovicea offert bis mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Ladislaus C. pro Academia Ludovicea offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— C. Ladislaus pro Academia Ludovicea offert 37.500 florenos. 1836: 39.
— C. Leo ad Commissionem limitaneam. 1840: 32.35.
— C. Vincentius ad Deputatioem intuitu Theatri Hungarici Pestiensis. 1840: 44.
Festo die laborans puniatur. S. Steph. II: 7. S. Lad. I: 11. 12. 15. 16. 25. 1723: 29.
— die negligenter venientes ad templum, vapulent. S. Lad. I: 11.
— die venationem exercens, amittat canes et equum. S. Lad. I: 12.
— die vendens pretium amittat. S. Lad. I: 15. Colom. II: 13.
— vigiliae observentur. S. Lad. I: 37.
— dies decretales recensentur in Decretis. S. Lad. I: 38.
— non colens, si liber est, tribus diebus poeniteat, si servus, septem plagis mulctetur. Colom. II: 14.
— dies S. Stephano sacer annue celebretur. 1222: 1.
— et dominicis diebus forum non celebretur. 1464: 25.
— Catholicorum quoad forum externum Evangelici observare obligantur. 1791: 26. §. 17.
— diebus Cambiales praesentari nequeunt. 1840: 15. I: §. 54. 55.
Fiáth Franciscus ad Deputationem intuitu Theatri Hungarici Pestiensis. 1840: 44.
Fideicommissum redolent bona Majoratus, et Senioratus. 1687: 9. 1723: 48. §. 4.
Fideicommissa familiae sunt inalienabilia. 1723: 48.
Fidejussio extorta non obligat. 1536: 59.
— Judices a causantibus Nobilibus non extorqueant. 1647: 79.
— in criminalibus casibus, sed praesertim in nota infidelitatis, crimine laesae Majestatis, et perduellionis locum non habet. 1715: 7. §. 6.
Fidejussor si de ejus manu fur elabatur, cum isto in alienis oris vendebatur, et Fiscus bona illius occupavit. S. Lad. II: 1. §. 3.
Fideles apud manus depositas res non restituentis poena est amissio honoris et restitutio duppli. 1622: 16. 1638: 28. 1647: 106.
Fidelitas praestita Superiori per inferiorem vocatur homagium. III: 5.
— Regi Status et Ordines Regni spondent. 1536: 22. 1569: 3.
Fidei literarum, vel publicae fidei violatores olim notam incurrebant. I: 14. Hodie poenam actus majoris potentiae. 1723: 10. §. 3.
— bona ad praescriptionem non requiritur. I: 23.78.
— magis datur visui, quam auditui. II: 27. §. 5.
— et ejus poena personalis est, quae exstincta persona, exstinguitur semper in judicio. II: 52. §. 5.
— si in aliqua re saeculari interveniat tractatur in foro saeculari. Ibidem.
— malae possessor tenetur requirenti Actori ante completionem praescriptionis de proventibus bonorum medio tempore perceptis satisfacere. II: 71.
— cautio admittitur in solutione damnorum et debitorum, tam ex parte rusticorum, quam nobilium praestanda. III. 28.
— mortua est sine opere. S. Steph. I: 1.
— Christianae violator secundum canones ab Episcopo primum puniatur, poenae huic se opponens eadem septem vicibus afficiatur, et si nec tunc sapuit, judicio saeculari tradebatur. S. Steph. II: 12.
— Romano Catholica sola est vera. 1741: 46.
— Romano Catholica sola observetur in Croatia. 1741: 64.
Filiae ex juribus emititiis non quartalitium, sed congruas portiones accipiunt. I: 6. §. 4.
— posteritates dicuntur. I: 17.
— in bonis pro sexu utroque regulatis haeredum nomine veniunt. I: 17. §. 2. 3.
— ob delicta parentum non puniuntur. I: 20. II: 60. §. 2.
— per gratiam amissa bona recuperant. I: 20. et II: 60.
— in dubiosis bonis usque ad rectificationem manent. I: 29. 1435. II: 18.
— in domibus paternis, quousque non nupserint, permanent. Ibidem.
— impossessionato nuptae, pro quartalitio bona habent. I: 29. §. 7. 1435. II: 20.
— ex bonis deficientium parentum domum paternam et quartam partem accipiunt. I: 29. §. 5. 30. §. 6. 92. 1435. II: 19. 1486: 26. §. 9. 1492: 63. §. 5.
— nuptui debent tradi, sed cum consensu patris vel fratris, qui quartalitia solvere tenentur. I: 30.
— literarum conservatio non competit, sed fratri natu majori. I: 42
— paria literarum a fratribus habeant. I: 42. §. 3.
— succedunt in bonis, si in donationibus nomen uxoris insertum fuit, et bona pro utroque sexu collata sint. I: 48. §. 3. 4.
— duorum fratrum, seorsive in haeredes masculinos praefectae non succedunt in bonis, sed altera deficiente, bona ad Fiscum devolvuntur. I: 50.
— usque ad desponsationem et earum nuptias alterius potestati subjacent. I: 51. 112. 113.
— avita per patrem vel fratrem absque consensu alienari non possunt. I: 58.

Filiae in bonorum venditionibus, si easdem non concernunt, non sunt admonendae, nam pro extraneis reputantur, et tanquam vicini agere permittuntur, ante omnes tamen vicinos. I: 60. §. 9.
— nutriuntur et elocantur a fratre natu majori. I: 67. §. 2.
— e bonis sexus masculini, per fratrem occupatis, intertentionem usque nuptias, et elocationem competentem habent. I: 67. §. 2.
— quarta ex mobilibus solvitur. I: 89.
— uni si extradatur quarta, altera quoque quaerere potest. I: 90.
— in capillis existentes, etiam perfectae aetatis fassiones seu perennales, seu temporales, successoribus praejudiciosas celebrare non possunt. I: 91.
— minorennium fratrum tutelam gerere non possunt. I: 91.
— emancipatae ex defuncti patris sui mobilibus, nisi ita disposuisset, nihil participant, sed vidua omnia occupat. I: 99. §. 4.
— quae acceperunt ex bonis fraternis, cedunt pro emaritatione. I: 101. §. 4.
— anno aetatis duodecimo sunt legitimae. I: 111. §. 3.
— duodecimo aetatis anno Procuratores constituere, anno decimo quarto de debitis, pignoribus, auro et argento ac mobilibus, decimo sexto anno super quartalitio dote et aliis juribus possessionariis in sensu legis disponere possunt. I: 111. §. 7.
— in capillis existentes fassiones celebrare possunt. I: 111. §. 7.
— rustici non emancipata, patri cum fratre aequaliter succedit. III: 29.
— nisi eas jura aequaliter concernant, non evocantur. 1486: 13, §. 2.
— rustici libere migrare potest. 1514: 21.
— et filii rustici, virginem vel mulierem nobilem violantis, perpetuae servituti addicebantur, et ad omnia servitia incapaces fiebant. 1514: 47.
— interemti per rusticos Nobilis deficientis in semine bona accipiunt paterna, si tamen ignobili nupserint, nonnisi quartam partem. 1514: 62.
— violatores capite plectantur. 1522: 36.
— portiones suas ob notam patris non amittunt, sed judex exequens tales exscindit. 1659: 104. 1723: 9. §. 12.
— e matrimonio mixto progenitae catholice educentur. 1791: 26. §. 15.
— minorennes contractus inire nequeunt. 1802: 21. §. 2.
— ex nobili patre et ignobili matre nati, veri nobiles censentur, sed non e converso. I: 7. 51.
— patris bona amittentis, post adeptam gratiam nati, si pater aquisitiones faciat, in his illi succedunt. I: 16. §. 1.
— ante condemnationem genitoris natis gratia non valet. I: 16. §. 2.
— legitimi, id est, quos lex facit legitimos, ex testamento succedunt. I: 27. §. 4. 66. §. 2.
— minori cedit domus paterna. I: 41. §. 2.
— ante divisionem inventa bona dividunt cum aliis. I: 43.
— emancipantur per divisionem. I: 51.
— in patria potestate constitutus de bonis paternis invito patre nihil alienare, contrahere, vel testamento disponere potest. I: 51. §. 4.
— in potestate patria constituti, de bonis paternis invito patre nihil alienare, contrahere, vel testamento disponere possunt. I: 51. §. 4.
— pater ob demerita castigare et incarcerare potest. I: 51. §. 5.
— per patrem pro obside loco sui dari potest. I: 51. §. 8.
— a patre ad divisionem cogi potest. I: 52.
— ex aviticis per patrem exhaereditari nequeunt. I: 52.

Filii patrem ad divisionem cogere possunt. I: 53. §. 1—5. 1659: 36.
— patrem criminaliter non accusant. I: 53. §. 6.
— furiosi semper sub tutoratu sunt. I: 55.
— fassiones praejudiciosas retractant. I: 58.
— Eorum avita per patrem vel fratrem absque illorum consensu abalienari nequeunt. I: 58.
— iniquitatem patris haud portant. I: 79.
— tutelam foeminae gerere nequeunt. I: 91.
— incestuosi, ex damnato coitu nati, nullis parentibus succedunt. I: 106. §. 2.
— legitimae aetatis Procuratorem constituere, anno decimo sexto de debitis et pignoribus, decimo octavo de auro, agento et mobilibus fateri, vigesimo quarto de omnibus bonis disponere potest. I: 111. §. 6.
— posthumi aeque subjiciuntur Tutelae testamentariae paternae. I: 114.
— legitimae aetatis invito non datur Tutor. I: 124. §. 2.
— patris in sententia capitali, vel emenda capitis convicti, in aestimatione jurium paternorum, non item in poenis convincitur. II: 51. §. 4. 5. 1486: 55. §. 3.
— ob delicta patris non puniuntur. II: 60. 1492: 19. 1492: 74.
— ob violentiam patris capitalem poenam non subeunt. II: 60. §. 2.
— posthumi aequaliter succedunt. II. 62. §. 2.
— ante sententiam capitalem patris nati portionem suam de bonis paternis amittunt, ante alios tamen vicinos bona patris redimere possunt. II: 62. 63.
— cum patre sententiatis gratia valet. II: 64.
— ob delictum genitoris bona amittentis, portiones suas, aut materno avita non amittunt, sed judex exequens exscindit. 1486: 55. §. 3. 1659: 104. 1715: 9. §. 3. 1723: 11. §. 11.
— legitimae aetatis bona materna juxta primaevas literas dividunt. 1659: 36.
— Magnatum juxta dispositionem parentum succedunt. 1687: 9.
— indivisi patris crimen laesae Majestatis commitentis bona amittunt, et nonnisi ex clementia Regia, si in crimen patris non influxerunt, portionem suam accipant. 1715: 9. §. 2. 1723: 9. §. 12.
— larvae, scienter nomen familiae continuantes, in poena falsariorum convincuntur. 1723: 46. §. 3.
— parentes, fratres, sorores pro amentibus, furiosis, vel incapacibus bonorum administrandorum praetendentes, proditionem fraterni sangvinis incurrunt. 1723: 46. §. 4.
— Presbyterorum graeci ritus in statum colonicalem non redigantur, sed si capaces fuerint, ordinari possunt. 1723. 69.
— presbyterorum graeci ritus fundum colonicalem colentes, domino juxta conventionem omnia praestent, et onera communia ferant. 1723: 69.
— bonarum familiarum delitescentes accommodentur. 1723: 105. §. 3.
— parentibus inobedientes per Magistratum compescantur. 1723: 111.
— Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae ad omnia applicari possunt. 1741: 61.
— e mixtis matrimoniis nati, religionem patris sequantur. 1791: 26. §. 15.
— officialium militarium in academiis militaribus educentur et applicentur. 1792: 9.
— unici in tota familia, non item in linea ab insurrectione personali, sed neque a statutione equitis vel peditis a proportione proventuum excusantur. 1808: 2. §. 7—10.
— exemtorum ab insurrectione personali non eximuntur. 1802: 2. §. 9.
— minorennes citra parentum consensum contrahere nequeunt. 1802: 21. §. 1.

Fillerii hungarici ex argento cudantur. 1553: 23.

Firmae Ductori Trassati, cambiales pro acceptatione exhiberi possunt. 1840: 15. I: §. 59.
— Ductor, cui post mortem mercatoris coordinatio negotii congredita est, firmam subscribere potest. 1840: 16. §. 58.
— mercantilis improtocollatio apud Tribunal Cambiale aut Jurisdictionem procurari debet. 1840: 15. II. §. 27. 28. a. 16. §. 3.
— protocollum serie alphabetica personarum improtocpllatarum, seriali et paginali numero subscriptionum, nec non regestraturali numero fasciculi providendum erit. 1840: 15. II: 32.
— Ductores nomine societatis subscriptiones facere queuntes semper in persona una cum commembris societatis coram Tribunali Cambiali comparebunt, ubi post improtocollationem contractus socialis, Firma societatis protocollo Firmarum inferetur. 1840: 15. II: §. 40.
— improtocollatae imspectio cuilibet admittenda venit. 1840: 15. II. §. 42.
— pro improtocollatione per unam personam 2 floreni, per societatem vero sex floreni solvi debent. 1840: 15. II. 16. §. 1.
— ductoris ad subscribendas Principalis sui Cambiales activisati subscriptio apud Tribunal Cambiale, ad subscribendas solum correspondentias plenipotentiati subscriptio, apud concernentem Jurisdictionem improtocollari debet. 1840: 15. II: §. 40. a. 16. §. 48.
— suam improtocollari curans, etiam allaturam, dotem et paraphernum uxoris improtocollari faciat. 1840: 16. §. 9.
— socialis Ductor si absque speciali activisatione negotium quodpiam mercantile suscepit, eatenus societati stare tenetur, haec attamen contractui per illum inito stare obligatur. 1840: 18. §. 12.

Fiscalia Bona in minoribus corporibus conferantur. 1791: 36. 1792: 13.

Fischer Baro Franciscus ad Commissionem pro restabiliendo vini Tokayensis commercio. 1827: 31.
— Stephanus Archi-Episcopus Agriensis pro Academia Ludovicea offert. 1827: 18.
— pro Musaeo Nationali offert quinque mille florenos. 1827: 35.

Fiscus in juribus possessionariis omnium Baronun Magnatum et Nobilium absque haerede decedentium succedit. I: 10. 1715: 26.
— Regii juribus possessionariis centum annis praescribitur. I: 23.
— Regius succedit coimpetratori bonorum, si is in semine deficiat. I: 47. §. 3.
— Regius seu Rex juramentum per Causarum Regalium Directorem deponit. II: 39. §. 2.
— Regius occupat bona convicti in crimine laesae Majestatis. II: 57. §. 2.
— Regii res intactae sint. S. Steph. II: 6.
— Regius occupat bona notae infidelitatis, et perduellionis reorum, vel e regno profugorum. S. Steph. II: 35.
— succedit in bonis Nobili, nullam generationem habenti, sed nec de bonis disponenti. 1222: 4.
— Regius possessiones fodinis salis, auri et argenti provisas, nonnisi aequivalenti cambio accipere, vel sibi adscriptis fodinis possessiones domino relinquere potest. 1351: 13. 1486: 49.
— bona injuste occupans, solum in aestimatione illorum convincitur. 1439: 24.
— pari cum reliquis nobilibus jure gaudet. 1439: 24. §. 1.
— ad simplicem querelam bona occupare non potest, sed communi juris via quaerat. 1464: 18. 1471: 10. 1478: 9. 1486: 46.
— in bonis ex defectu seminis devolutis filias et uxores excontentare debet. 1486: 26. §. 8—14. 1492: 63.
— Regius bona, quae occupavit si quis ea doceat sua esse restituat. 1554: 15.

Fiscus si colonum alienum abduxit, vel fugientem retinuit, post primam admonitionem in centum florenis, post secundam in ducentis, post tertiam in amissione possessionis convincitur. 1556: 31. §. 9.
— salis fodinas in fundis privatorum ex privilegio occupat, ex aliis urburas accipit. 1592: 30.
— bona Nobilium non vi occupet, sed via juris quaerat. 1597: 27. 1598: 39. 1604: 18. 1638: 24. 1659: 46. 1681: 37.
— Vice-Comitem et Judicem Nobilium subsidium negligenter colligentes ad poenam tripli evocat. 1600: 6. 1601: 6.
— evocat Commissarium minus fidelem. 1600: 19.
— citra viam juris neminem turbare potest. 1618: 15.
— civitatis succedit civibus ab intestato sine haerede decedentibus. 1649: 16. Non tamen notam infidelitatis incurrentibus, quorum omnia Fiscus Regius occupat. 1647: 87. 1649: 16.
— R. bona juxta sententias coram foro extero latas non occupat. 1662: 47.
— bona, quae occupavit, praeter casus notae etiamsi abalienata sunt, proprietariis restituat. 1681: 11. 1687: 7.
— instrumenta literalia cum bonis occupatis restituat. 1681: 38.
— occupat bona criminis laesae Majestatis reorum. 1715: 9. §. 2. 3. 1723: 9. §. 12.
— R. patrem crimen laesae Majestatis committentis, ad divisionem cogere non potest. 1715: 9. §. 4.
— Regius nonnisi in manifesto defectu seminis bona occupare potest, quodsi praetendens nexum cum deficiente illico deduxerit, possessorio bonorum immaneat, secus sequestro afficiantur. 1715: 25.
— R. via facti occupat deficientis, si praetendens nexum suum cum deficiente intra annum non educuerit. 1715: 25. §. 4. 5.
— Regius Donationem Palatinalem ultra 32 sessiones factam impugnare potest. 1715: 33.
— habet Actionem ad amissionem privilegii juris gladii contra eum, qui malefactores impune dimittit. 1715: 48.
— R. usurarios ultra legale sex per centuum interusurium desummentes ad amissionem capitalis conveniat, et damnificatos debitores indemnes reddat. 1715: 51. 1723: 120. 1802: 21.
— R. nec capitalia, nec res mobiles in usus publicos conversas rebellibus, per amnistiam reversis, refundere obligatur. 1715: 52. §. 7.
— R. succedit deficienti libertino vel nobili, fundum colonicalem excolenti in omnibus, praeter fundum dominalem, etiam in summa fundo colonicali investita. 1715: 62.
— dominalis succedit rustico ignobili in semine deficienti, ab intestato mortuo, vel notam incurrenti. 1715: 62. §. 1.
— R. onera et damna per notam incurrentes causata exsolvere obligatur. 1723: 9. §. 12.
— R. active et passive communi jure agat. 1723: 51. 91. 1741: 23.
— R. salem altiori pretio in privatis depositoriis vendentes, vel colonos in depositorio regio emere prohibentes, in 500 florenorum poena toties, quoties conveniat, quorum una tertia denuncianti cedit. 1729: 5. §. 4.
— R. in actione contra criminis laesae Majestatis reum nomen accusatoris inferat. 1741: 26.
— Magistratualis erigit actionem pro ignobilibus in causis potentiariis et personalibus, eique cedunt expensae adjudicatae. 1802: 20.
— M. convenit renitentes in reambulatione metarum. 1802: 23.
— M. vindicat damna plebi per feras illata. 1802: 24. §. 10.
— M. ad vindicandam in sylva sequestrata violentiam, desummendas item poenas 200 florenorum, da-

— mnorum compensationem, et honorarium suum procedit. 1807: 21. §. 3.
Fiscus M. causam intra annum concludere tenetur. 1807: 21. §. 5.
— M. est Actor in judicio statario quoad insurgentem, seditionis, conspirationis, praedocinii, latrocinii reum, vel violentam manum contra superiores injicientem. 1808: 11. §. 17.
— Magistratualis evocat subsidium bellicum non solventes. 1812: 1.
Flagranti in, ob homicidium, vulnerationem et verberationem quivis detineri potest. I: 9. 1492: 91.
— propter spola, rapinas, furtum et oppressionem quivis detineri potest. 1545: 44.
Flandriae Comes, titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo austriaca. 1715: 2. 1741: 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord.
Florenus unus ubique denarios centum valeat. 1405. II: 7. 1723: 68.
— a centum denariis computetur in redemtione decimarum. 1495: 41.
— hungaricum efficiunt 25 grossi a tribus crucigeris computati. 1622: 77.
— Rhenensis solus deinceps in usu sit. 1807: 22. §. 7.
Flödnig Eduardus et Adolphus Barones indigenatum absque voto in comitiis adipiscuntur. 1840: 51. §. 9.
Fluminis S. Viti in terra constituti officiales Mercatores Italos et Venetos a commercio non arceant. 1596: 32.
— Capitaneus non impediat commercium. 1635: 43.
— civitas regno incorporata in Tabula Statuum, Gubernator vero Fluminensis in Tabula Magnatum sessionem et votum habeat. 1807: 4.
— civitas pro Musaeo Nationali offert 6272 florenos 50 xr. 1827: 35.
— Urbis et Districtus incolarum causae civiles, exceptis cambialibus, per Judicium Civicum definientur. 1836: 19. §. 1.
— causae criminales coram Capitanea sede Judiciaria suscitabuntur, et juxta leges patrias pertractabuntur, unde causae hae via appellatae ad Tabulam Regiam et Septemviralem transmittentur. 1836: 19. §. 2.
— sedi Capitaneali etiam Nobiles in Districtu Fluminensi degentes relate ad causas personales subsunt. 1836: 19. §. 3.
— Judicii civici ad integritatem quinque judices requiruntur: 1836: 19. §. 4.
— sedes Capitanealis minimum e septem judicibus constet, praeside quippe Capitaneo aut Vice-Capitaneo, et sex patriciis consiliariis consistet. 1836: 19. §. 5.
— versus struendae semitae ferreae assistentia praebeatur, fundi erga condignam bonificationem cedantur, et taxae atque anni concessionis per supremum in politicis Dicasterium determinentur. 1836: 25.
— Gubernium pro Academia Ludovicea offert ducentos florenos. 1836: 39.
— a Tribunali Cambiali Causae appellatae ad Gubernium Fluminense promovebuntur. 1840: 15. II: 1. §. 3.
— Tribunalis Cambio mencantilis praehabita activitas stabilitur. 1840: 15. II: 1. §. 12. 26. Taxarum schema confirmatur. 1840: 15. II. 16. §. 18.
— coram Tribunali Cambiali Causae concursuales porro quoque dirimentur. 1840: 22. §. 1. ad b).
— civitas pro Erudita Societate Hungarica mille florenos confert. 1840: 42.
— Tribunal Cambiale constat 4 jurisperitis assessoribus et 2 mercatoribus, ad integritatem judicii 5 membra requiruntur. 1844: 6. §. 10.
— legibus cambialibus hungaricis se accommodabit, 1844: 6. §. 27.
— Tribunali Cambiali subjiciunter Segnia, Carlopago, Regimen confiniarium Ottoschacz, et loca Jablanacz atque Gyurgyevácz. 1844: 6. §. 9.
Fluvius deflectens a priori alveo, proventus piscationis, vectigalia, vada, molendina reddit ei, in cujus territorio prius fluebat. I: 87. §. 2. 1655: 81.
— exundatio est rationalis execusatio in judicio. II: 59.
— a deciduis et fluxum impedientibus arboribus repurgentur. 1715: 14.
— exundationes per Comitatus antevertantur. 1715: 69. §. 4. 5.
— ut navigabiles reddantur, Consilium Regium planum elaborari curet. 1723: 122.
— pro elaborando regulationis projecto Deputatio Regnicolaris constituitur. 1840: 4.
— regulationem si major pars compossessorum desideraret et Comitatus determinaret, eam nullus compossessor impedire potest, impedimenta ponens per Judicem Nobilium praeter duplum damni et expensarum refusionem centum florenorum mulcta punietur. 1840: 10. §. 6.
— territoria plurium Jurisdictionum alluentium circa regulationem, si quaepiam Jurisdictio elaborato regulationis projecto haud contentaretur, ante illius effectum ad Consilium L. R. recurrere potest; quodsi vero Jurisdictio regulationem territorio suo nocivam esse censeret, et adrepartitos sumptus ferre nollet, Judicium Palatinale, auditis partibus et hydraulis, tentata prius amica complanatione, occurrentes quaestiones dijudicat, ac stabilita plana ad effectum deducat, compossessoribus necessarios sumptus a proportione territorii ferre obligatis, nec ulla contradictione locum habente. 1840: 10. §. 8.
— per regulationem si alveus mutaretur, territoriis fluvio amplius non adjacentibus indemnitas praestetur. 1840: 10. §. 9.
— regulationes sumtibus illorum compossessorum suscipientur, quibus exinde emolumentum accedit. 1844: 9. §. 16.
Fodinae si repertae fuerint, Rex possessorium nonnisi erga aequivalens auferre potest, vel ablatis solis fodinis, caetera jura possessori relinquat. 1351: 13. 1486: 49.
— si in fundo nobilitari repertae fuerint, Rex possessorium nec erga cambium auferat, sed dimidiam urburarum partem Rex tollat, aurum tamen possessor soli Regi vendere tenetur. 1405. II: 13.
— ii, qui eas in privilegio donationali expresse donatas habent, libere usuent. 1492: 30. §. 2.
— auri et argenti in privatorum fundis Rex accipere non potest, sed urburas competentes ex iis trahat. 1492: 30.
— salis, in cujuscunque territorio sint, Regi cedunt. 1492: 30. et 1514: 3.
— auri, argenti et salis oppignoratae Régi remittantur. 1514: 1. §. 1.
— salium ad proventus regios referuntur. 1514: 3.
— auri, argenti, cupri omnes etiam exteri colere possunt. 1523: 39.
— novae juxta statuta regni erigantur. 1552: 36.
— Lazaro Henkl oppignoratae, praemissa per Commissarios oculata revisione, redimantur. 1609: 54. 1618: 29.
— a pignoratariis gratis redimantur. 1622: 46.
— Causae ad Judicium montanisticum pertinent, et per viam appellationis ad sedem Tavernicalem transmittuntur. 1741: 12.
— possidentes sextam proventuum purorum partem unius anni Regi pro subsidio dabunt. 1807: 2. §. 1.
Fodor Carolus ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4.
— Paulus pro Erudita Societate Hungarica centum florenos offert. 1840: 42.
Foedus cum Turcis neque Rex sine Principe Transylvaniae, neque hic sine Rege ineat. 1595: 1.
— cum Austriacis et Moravis inviolabiliter servetur. 1609: 42. 1622: 2. §. 18. 1638: 1. §. 13. 1659: 1. §. 13.

Foemina succedit in bonis paternis si in haeredem masculum praeficiatur. I: 17. 18. 19. 21. 50.
— non succedunt in bonis jure perennali aquisitis, si nomen earum non fuerit insertum. I: 17. 102.
— succedit in bonis in homagium interemti patris datis. I: 17. §. 4.
— succedit in bonis pro quartalitio collatis. I: 17. §. 4.
— non succedunt in bonis per quempiam fratrum aquisitis. 1. 17. §. 6.
— non succedunt in bonis per Regem donatis. I: 18.
— succedit in bonis paternis si pecuniis aquisita fuerint. I: 19. 98.
— non succedunt in bonis partim pro pecunia, partim pro servitiis donatis. I: 21.
— non succedunt in bonis a fratre coemtis. Ibidem.
— jus probatur literis originalibus. I: 37. §. 12.
— succedit in bonis uxori viroque simul collatis. I: 48.
— in emtione bonorum vicinis praeferuntur. I: 60. §. 9.
— succedit in bonis mobilibus. I: 98.
— si bona copiosa fuerint, residentia exscindatur cum dote, alia successoris erunt. I: 98.
— quousque nomen mariti gesserit, manet in bonis. I: 98. Et aequaliter dividit cum liberis. I: 99.
— mutato nomine excluditur ex bonis. I: 98. §. 2. 102. §. 2.
— equos jugales accipit post mortem mariti. I: 99. 101.
— succedit in bonis impignoratitiis, ante vel post conjugium aquisitis. I: 102. 103.
— non in sententia capitali sed in emenda capitis convincuntur. II: 42. §. 6.
— in sententia emendae capitis convictae, dotem et quartalitium amittunt. II: 43. §. 4.
— maritos, parentes, vel liberos proprios occidentes in capitali sententia convincuntur. II: 43. §. 5.
— deficientium in semine intra annum jura sua edoceant. 1486: 26. §. 7.
— coram duobus Capitularibus Procuratores constituant. 1492: 97.
— evocantur, si Tutrices vel Curatrices sint, vel si violentia in bonis ipsas concernentibus patratae fuerint. 1500: 14.
— in castris repertae, sacco inclusae submergantur. 1595: 34.
— Augustae Domus Austriacae, earumque masculi juro haereditario in Regno Hungariae succedunt. 1723: 1. 2.
— domum Nobilis invadens, bona occupans, Nobilem, Judicem, Hominem Regium, Capitularem vel Conventualem verberans, vulnerans, occidens, emendam capitis solum incurrit. 1723: 10. §. 7.

Foenerator pignus reddere nolens, amittet summam impignorationis, et bona readjudicabuntur, atque insuper in tota summa convincetur. II: 24. §. 4. 1486: 25. 1492: 65.
— qui ad bona Fisci seu Mineras lucri causa pecuniam dedit, amittet eam. 1514: 2. 1608: 22. 1609: 54.
— in poena amissionis pecuniae per Comitatum convincitur. 1638: 29.
— prohibitione et repulsione uti nequit, sed novo extra dominium. 1638: 29.
— interusurium sex per centum conceditur. 1647. 144.
— ultra sex per centum accipientes, capitale et interusuria amittunt. 1715: 51. 1723: 120.

Foeni defalcatio et comportatio pro equis regiis. 1492: 101.
— exterus miles non limitet. 1681: 12.
— equiti transeunti Comitatus pretio regulamentari administret. 1741: 63. §. 25.
— equiti insurrectionali per Supremum Commissarium Bellicum regulamentari pretio administretur, et deperditae in tali liquidatae conpensentur. 1805: 1. §. 26. 27.

Foenilium depascuatio tollitur. 1681: 73. praesertim Capronczae et Varasdini. 1723: 92.

Fogaras terrae Comes Perpetuus scribuntur Comites de Nádasd. 1547: §. 1. 1741: 1751: 1765: Concl. 1791: 8. 67. 1802: 5. Concl.

Foglár Georgii Vicarii Agriensis fundatio pro cathedra Juris Hungarici curae Comitatus Hevesiensis, Episcopi, et Capituli Agriensis sub directione regia commendatur. 1741: 44.

Fogthüi Joannes ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.

Fokiense telonium suffertur. 1751: 9.

Folch Josepho Antonio Ludovico indigenatus confertur. 1715: 132.

Folliot de Crenville Comiti Ludovico Carolo indigenatus confertur. 1827: 44. §. 2. 1840: 50. §. 3.
— Crenville Victoriae oblatum pro academia Ludovicea. 1827: 18.

Folnay Franciscus ad Commissionem Jaurinensem. 1647: 45. Commissarius pro abolendis teloniis siccis. 1647: 91. 1655: 29. Ad Commissionem limitaneam. 1647: 70. 1655: 30. Judiciorum Octavalium Assessor. 1655. 51. 1659: 1662. Concl.

Fonyód castrum familiae Lengyel Valentinus Magyar restituere cogatur. 1563: 55.

Fora nundinalia ad milliare impetrantur. II: 10. §. 2.
— primae instantiae non sit Forum metropolitanum in Causis aliorum Episcopatuum. 1638: 31. *Vide Episcopus, Judex Ecclesiasticus.*
— Spirituale testamentum juxta solennitates externas judicat. 1647: 15.
— in nundinalibus et hebdomadalibus a Nobilibus eorumque servitoribus nihil unquam, a rusticis vero denarius unus exigi potest. 1647: 78. §. 11. 12.

Forchitz de Botinavesz Joannes ad Commissionem limitaneam. 1569: 42.

Forchtenstein arx ab austriacis redimatur. 1608: 19. ante cor.
— S. coronae reincorporetur. 1659: 1. §. 15.

Fores judicii pateant, et nemo, nisi vocatus intrare audeat, transgressores in centum aureis convincantur, et non deponens eos in turri manca arestabatur. 1486; 68. §. 8. 9.
— judicii custodiantur per hominem Palatini vel Judicis Curiae. 1492: 42. §. 7.

Forgách Adamus ad Commissionem limitaneam. 1647: 70. 72. 1662: 37.
— Blasius Pincernarum Reg. Magister. 1384. Concl.
— Emericus Tabulae Regiae Assessor. 1572: 4. Tabulae Baro. 1574: 17. 1582: 4.
— Franciscus Administrator subsidii. 1537: 8.
— Franciscus Praepositus Posoniensis appellationibus intersit. 1567: 26. Episcopus Nitriensis Regni Cancellarius. 1606 1608. 1609. Concl.
— Ladislaus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Nicolaus Tabulae Regiae Assessor. 1622: 43. Ad Commissionem Jaurinensem. 1630: 32. Cubiculariorum Magister. 1635. Concl.
— Nicolaus commembrum Deputationis Regnicolaris. 1791: 67.
— C. Nicolaus ad Commissionem de locis inclavatis. 1807: 28.
— Paulus Episcopus Rosoniensis. 1715. 1723. 1729. 1741. Concl.
— Petrus custos coronae eligitur. 1630: 47.
— Sigismundus Thesaurarius Regni eligitur. 1547: 9. Exsolvit militem in partibus superioribus. 1599: 17. 1600: 3. Appellationibus intersit. 1601: 34. Judex Curiae R. 1609: 70. Ad Commissionem limit. 1604: 15. In Palatinum eligitur. 1718: 4. 75.
— Simon Supremus Ccpitaneus Partium Cis-Danubianarum. 1578: 24. Appellationibus intersit.

1582: 4. 5. 1588: 30. Ad Commissionem limitaneam. 1588: 10. Pincernarum Magister. 1596: 60.
Forgách Stehanus Judiciorum Octavalium Assessor. 1647: 103.
— Susanna et Petrus Bakith incestuosi evocentur, et judicentur. 1608: 26. p. cor.
— Susanna incestuosa ab impetitione Francisci Réva absolvitur. 1625: 49.
— familia cum duabus tertiis Comitatus Nitriensis arcem propriam Komjáthi reparabit. 1556: 15. 1567: 17.
Forgó Georgius pro Erudita societate Hungarica mille ducentos quinquaginta florenos confert. 1840: 42.
Fornax latericia Capitulo Jaurinensi in praesidio relinquitur. 1715: 62. §. 2.
Fornicatio liberorum, servorum, ancillarum vetita, et quomodo punienda. S. Steph. II: 26.
Fornices sub dominali jurisdictione aperti dominio 20, aut 15, aut 10 fl. censum annuum solvent. 1836: 6. §. 7.
— jus et desumtio census ad jura Domini terrestris pertinet. 1840: 7. §. 4.
Forray Baro Andreas ad revisionem conscriptionis portarum. 1827: 7.
— pro Academia Ludovicea offert. 1827: 18.
Fortalitium hosti tradentes, vel prodentes per Fiscum Regium evocati et notae infidelitatis rei puniantur. I: 14. §. 10. 1601: 35. 1622: 73. 1647: 64. 1723: 9. §. 7. a. 11. §. 9.
— nova sub nota infidelitatis diruantur. 1453: 6. 1536: 60.
— finitima solis Hungaris custodienda tradantur. 1471: 6.
— et castra finitima Rex proventibus suis sustentet. 1498: 21. 1514: 68. 1550: 69. 1555: 11. 1608: 21. ante cor. 1764: 33.
— finitima Rex visitari curet. 1498: 43. 1507: 6. §. 4. 1538: 7. 1550: 71. 1563: 16. 1566: 14.
— finitima duos habeant Praefectos, quorum unus sub nota infidelitatis semper adesse debet. 1507: 5. §. 3. 4. 1518: 21. Bách.
— nobiles cum scitu Regis erigere possunt. 1514: 57.
— moravis et austriacis oppignorata redimantur. 1525: 28. 1563: 60.
— finitimum amittens absque gratia puniatur. 1526: 15. 1554: 14. 1556: 46. 1597: 29.
— finitima praesidiis et omnibus necessariis sufficienter provideantur. 1543: 7. 1547: 15.
— Slavoniae et Croatiae pro defensione regni nenecessaria restaurentur, et caetera diruantur. 1546: 42. 1548: 24.
— et castella depraedationibus deservientia diruantur. 1548: 49.
— domini a proportione proventuum suorum conservare tenentur. 1563: 17.
— finitima Status et Ordines reparari procurabunt. 1596: 28.
Fortner Andreae Domus restituitur. 1622: 54.
Födémes *vide Puszta Födémes.* 1681: 26.
Földvár possessio Comitatus Bácsiensis est Coronalis Districtus Cis-Tibiscani pertinentia. 1791: 7.
Földessy Stephani viduae bona conferantur. 1578: 37.
— Stephani secundi negotium judicialiter decidatur. 1618: 6. Capitaneus Comaromiensis. 1622: 54.
Földváry Franciscus ad revisionem conscriptionis portarum. 1827: 7. Ad revisionem collectionum Musaei Nationalis. 1836: 37.
Frakno Arcis bona onera Regni ferant. 1556: 41. 1608: 14. p. cor. 1609: 62. Arx et bona redimantur et Regno reincorporentur. 1567: 42. 1618: 19. ante cor. 1622: 2. 1659: 1. Eo deputantur gratuiti labores ex propriis pertinentiis. 1630: 3.
— Perpetui scribuntur Comites et Principes Eszterházy. 1681: 1. 1741: 1751: Concl. 1765: 4. Concl.
Framea propria instructus insurgens ad lustrationem compareat. 1808: 3. §. 10.
— proprias cum apparatibus suis post insurrectionem quisque recipere potest. 1808: 3. §. 19.
— Nobilis sequestro judiciario subjici nequit. 1840: 15. II. §. 154. d).
Francisci Andreas Episcopus Segniensis et Modrusiensis. 1647. 1649. Concl.
Franciscus Dux Lotharingiae Mariae Theresiae maritus pro corregente declaratur. 1741: 4.
Franciscus Dux Mutinensis fit indigena. 1741: 67.
Franciscus I Rex coronatur. 1792: 1.
Francisco I. honorarium offertur. 1792: 3.
Frangepan Comites cum Banderiis suis exercituent. 1492: 21. 1498: 22.
— Georgius Archi-Episcopus Colocensis. 1504. 1514. Concl. Consilii Regii Assessor. 1518: 39.
— castrum Berlegh medio deputatorum Commissariorum occupat. 1655: 71. Judex Curiae Regiae. 1659. Concl.
— C. familiae controversia metalis ad Mare Adriaticum revideatur. 1638: 42. 1647: 50. 1649: 32. Bona, per notam infidelitatis amissa, a Camera Styriaca revindicentur, et Fiscalibus applicentur. 1715: 44. 1723: 94. 1741: 52.
Frank Simon C. Magister Janitorum, Judex Curiae Regiae. 1405: Concl.
Frankova tricesima filialis ad Kesmark. 1715: 91:
Fraternalis adoptio locum non habet, legitimis haeredibus existentibus. I: 66. §. 3.
— propagatio per duplicem lineam, virilem scilicet et foemineam descendit, illa agnatio, haec cognatio vocatur. I: 116.
Fratrum occisores, vulneratores, et mutilatores olim notabantur. I: 14. Hodie fratrum vulneratores poenam majoris potentiae incurrunt. 1723: 10. §. 6. Occisores autem capitalem poenam cum exasperatione. 1723: 11. §. 2. 7.
— adoptivi bona adoptantium reluere possunt. I: 27. §. 4.
— et soror fratrem praetextu amentiae, furiositatis, incapacitatis administrandorum bonorum ab usu jurium excludere volens, proditionem fraterni sangvinis incurrit, et ideo in amissione bonorum et servitute perpetua convincitur. I: 39.
— sangvinis proditor quomodo puniatur? I: 39. §. 2. 1723: 46. §. 4.
— in aviticis aequaliter succedunt. I: 40.
— in condivisionalibus sibi invicem succedunt, etiam post multos annos. Ibidem.
— condivisionalitas literis vel testimonio usque sexagesimum annum probari potest. Ibidem.
— majori competit directio bonorum et conservatio literarum. I: 42.
— indivisus bona obtinens cum clausula: *Per eum*, ante divisionem de iis libere disponit, tempore vero divisionis quivis ratam suam praetendere potest. I: 43. §. 1—6.
— ante divisionem aquisita bona, quae nempe ex fructibus aviticorum aquisiverunt, aequaliter dividunt. I: 43. 1655: 54. aliter enim parta non tenentur divisioni submittere. 1723: 47. §. 2.
— qui renunciat aviticis, aquisita pro se reservat. I: 44. 1723: 47.
— carnales et uterini ac fratrueles penes literas Suae Majestatis praeceptorias dividunt. I: 45.
— deficienti in aquisitis non frater, sed Fiscus Regius succedit. I: 47. 50.
— furiosus nunquam emancipatur. I: 55.
— major fratris amentis vel furiosi curam gerit: I: 55. §. 2.
— major avita fratris vel sororis absque consensu alienare non potest. I: 58:
— adoptivus post consensum regium ut legitimus succedit. I: 66. §. 4.
— naturalis vel adoptivus, habens jus successionis in bonis fratris, eo sine haeredibus mortuo,

reale dominium eorum bonorum apprehendit sine statutione. I: 67
Frater major est tutor reliquorum in bonis paternis. I: 113. §. 5.
— cognatus in bonis utrumque sexum respicientibus, deficientibus agnatis tutorem agit. I: 116.
— dilapidator, notae infidelitatis aut perjurii reus, infamis, proscriptus, tutor esse nequit. I: 121.
— furiosorum tutor est major frater. I: 124. §. 4.
— successor viduae nomen mariti retinenti, in aequivalens dotis etiam fundos extravillanos assignare debet. I: 134. §. 4.
— major dat caeteris fratribus transumta seu paria literarum et literalium instrumentorum. II: 15.
— causarum directio committitur. II: 34.
— major in depositione juramenti praefertur. II: 34. §. 6.
— dat filiabus transumta literarum bona utriusque sexus tangentium. II: 42. §. 3.
— in bonis indivisis non amittit portionem suam vigore sententiae contra fratrem latae. II: 60. 1715: 9. §. 5.
— ob actum majoris potentiae evocato, et ante finem litis demortuo, successor ejus nonnisi in restitutione bonorum per defunctum occupatorum et refusione damnorum convincitur. II: 61.
— succedit fatri filio carenti. Colom. I: 20.
— filii, uxores, consangvinei, ob delicta fratris non puniuntur. 1351: 10.
— convicti sententia capitali, neque puniri, neque rata sua spoliari potest. 1486: 55. §. 3. 1492: 74. §. 3. 4.
— indivisorum unus ad Comitia comparebat. 1498: 1. §. 7. 8.
— indivisorum unus, divisi vero singuli in bellum prodeant. 1545: 19. 1741: 63. 1808: 2. §. 3.
— si duo vel tres fuerint indivisi ad confinia se recipientes, altero illorum stipendia merente, reliquos Capitanei Confiniorum restituere tenentur. 1622: 27.
— carnalium et uterinorum indivisorum lucrum et damnum est commune. 1655: 54. 1723: 47.
— indivisus ob crimen laesae Majestatis per fratrem commissum bona materno avita et uxorea non amittit. 1715: 9. §. 5.
— bona communia divisioni obnoxia abalienare et inonerare nequit, secus contractus talis seponitur. 1723: 47. §. 4.
— si relate ad divisionem successionis paternae aut maternae inter se convenire non possent, divisio per Deputationem Comitatus via summaria instituetur. 1836: 14. 1840: 13.
Fráter Paulus ad Deputationem de alimentatione militiae. 1840: 3.
— ad Deputationem intuitu Theatri Hungarici Pestiensis. 1840: 44.
Fraus et dolus nemini patrocinatur. I: 71. II: 83.
— et dolus a testamento absit sub poena invigorositatis. 1715: 27. §. 3.
Freyenfels Joannes Christophorus fit indigena. 1715: 135. §. 2.
Frideczky Franciscus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Fridericus Marchio a Manfredini in Hungarum cooptatur. 1791: 74.
Friebeisz Emericus ad Deputationem de regulatione Danubii. 1840: 4.
Frimm Joannes Canonicus ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
— ad Commissionem pro restabiliendo vini Tokajensis commercio. 1827: 31.
— ad revisionem collectionum Musaei Nationalis. 1836: 37.
Frimont Baroni Joanni indigenatus confertur: 1827: 41. §. 4.
Fructus ex bonis pignoraticiis sibi appropriare damnabilis est usura. I: 81.
Fructus unius anni restituere debent contradictores collatorum per Mathiam bonorum, quos a tempore contradictionis perceperunt. 1481: 15.
— intermedio tempore perceptos restituit contradictor, si contradictionis rationem non probavit. 1486: 27. §. 2.
— bonorum ecclesiarum Banus, Comes, Vajvoda, Officialis Regis absque speciali mandato non occupet. 1486: 37.
— percepti occupatorum tempore disturbii bonorum restituantur. 1514: 49. 1609: 29. §. 8. 1613: 23. §. 9. 1622: 6.
— juxta juramentum restituat injustus bonorum occupator. 1563: 48. 1588: 29. §. 4.
— restituit reoccupator bonorum reexecutorum. 1609: 29. §. 8. 1613: 23. §. 9. 1662: 29. 1681: 31. §. 2. 1723: 33.
— restituit possessor bonorum, quae Bethlen donavit. 1630: 46.
— bonorum intra tempus praescriptionis ab admonitione reddat, penes mandatum reexecutorium bona reddens. 1681: 30. §. 4.
— avitorum bonorum vel ex iis parta bona Majoratui fundando sunt idonea. 1687: 9.
— intermedio tempore perceptos refundere debet, qui succumbit in foro superrevisorio. 1729: 32. §. 1. 2.
— non reddit appellans, si vel in unico foro favorabilem accepit sententiam. 1729: 32. §. 3.
— restituendi a die interpositae appellatae usque executionem computantur. 1729: 32. §. 4.
— refundit oppositione utens, et rationes legales non assignans. 1792: 16. §. 6.
— titulo interusurii si immoderate stipulatus est usurarius, juxta leges puniatur. 1802: 21.
— et expensas solvit, legales repulsionis rationes non assignans. 1807: 8. §. 3.
— et expensas accipit triumphans, si Judex sphaeram actionis et sententiae excessit. 1807: 11.
— expensas, damna, non item lucrum cessans adjudicat Vice-Comes reposito in integrum. 1807: 13. §. 1.
— ex pratis, agris, hortis et vineis aufferens, praeter simplicem expensarum et duplam damni resarcitionem etiam qua fur puniatur. 1840: 9. §. 14.
Fruges decimantur. 1481: 1. 1498: 51. et 1514: 18.
— e Regno non evehantur. 1601: 17. 1603: 11.
— colonus avehere potest, si decimator usque festum. S. Aegidii non comparuit. 1622: 70. 1647: 95. §. 6.
— per regnicolas durante bello turcico militiae caesareo regiae suppeditatarum pretium ex Aerario Regio dependatur. 1791: 37. §. 3.
— intra octo dies a facta insinuatione decimentur, et nona desummatur, secus proprietarius ratam suam avehere potest. 1802: 7.
— pro pane militiae insurrectionali ad Magazina regia anticipato uno trimestri per jurisdictiones administrentur. 1805: 1. §. 27.
— e regno evehi possunt, et intuitu evectionis eadem principia, quae in Austria vigent, observentur, et enato famis metu Rex Dicasteria audiat. 1807: 6.
— devehentes in confiniis, passualibus civilibus provisi, alias praefecturae militaris habere non cogantur. 1807: 23. §. 2.
— titulo subsidii bellici offeruntur. 1812: 1.
— succendens praeter damni et expensarum resarcitionem, etiam aresto puniatur. 1840: 9. §. 12.
Frumentum sub poena confiscationis e regno non evehatur. 1601: 17. 1603: 11.
— titulo subsidii pro confiniis offertur. 1622: 38. 1625: 11. 1630: 7. 1635: 2. 1647: 31. 1659: 6.
— e regno evehere licet. 1635: 43.
— Nobilis ad civitatem libere inferat, et evehat. 1647: 78. §. 13. 1649: 19. 1715: 36. §. 2.

Frumentum confiniariis cariori pretio non vendatur. 1662: 16. 1681: 17.
Fuggeri mercatores exteri e Regno ejiciantur. 1525: 4. — a mercibus contribuant. 1542: 37. 40. Decr. Neoz.
Fugitivus servitor, vel officialis priori domino reddatur, et restituere nolens in dupplo homagii talis servitoris convincatur. 1486: 34. 1492: 24.
— coloni a capitaneis non recipiantur. 1681: 67.
Fumi seu camini viginti in Slavonia dabunt unum currum victualium pro exercitu. 1538: 12.
— singulus, etiam Nobilium unius sessionis in Slavonia pro expensis regni decem denarios solvat. 1538: 25. §. 2.
Fundationes pias inspiciendi jus Rex sibi reservat. 1715: 74. 1723: 70. 105.
— Hrabovszkyana pro aequitate terminetur. 1723: 70. 105. 1729: 17. 1764: 13.
— Szirmayanam Rex cognoscat. 1723: 70. §. 2. et 105. §. 1. 1729: 17. 1764: 13.
— Pázmániana ex aerario regio quinque mille florenis augetur. 1741: 43.
— Foglániana Agriae pro studio juridico facta inarticulatur. 1741: 44.
— Löwenburgiana, dimidia sui parte hungaricam juventutem respiciens ut executioni detur, Rex provideat. 1751: 21. 1764: 13.
— ut ad mentem fundatorum effectuentur, Rex jure patronatus supremi curabit. 1791: 23.
— prout Catholici vel Evangelici in usu fuerunt, ita permittantur. 1791: 26. §. 12.
— Evangelicis non adimantur, si ademtae fuissent, restituantur, et per eos, ad quos pertinent, salvo jure inspectionis, administrentur, et executioni dentur. 1791: 26. §. 10.
— pro suis facere possunt Graeci non uniti Ritus. 1791: 27.
— publico politicae sextam proventuum suorum partem uno anno titulo subsidii bellici praestabunt. 1807: 2. §. 1.
Fundi significatio in jure. I: 24. §. 6.
— exstirpatitios et emtos colono migranti dominus mediante aestimatione exsolvere potest. 1556: 29. §. 4.
— colonicales possidentes Nobiles armalistae decimam solvant. 1613: 4. 1647: 95. §. 10.
— pro templis, scholis, parochiis Evangelicis assignent domini terrestres in locis, ubi Catholici templa eorum retinuerunt. 1647: 10.
— Evangelicis haud assignantes in sexcentis florenis convincantur, et executioni se opponentes ecclesiastici beneficium, saeculares vero bona amittant. 1647: 14.
— civiles notam incurrentium Fiscus Regius occupat, et Rex confert, sed jure civili possidentur. 1647: 87. 1649: 16.
— parochiales decimam non solvunt. 1647: 95. §. 11.
— colonicales possidentes Nobiles omnia onera ferant. 1649: 17. 1715: 77. §. 4.
— civiles possidentes Nobiles, ab iis omnia onera ferant. 1649: 17. 1715: 77. §. 4.
— civiles judicat Magistratus civicus, qui si interessatus sit, vicinum Magistratum requiret pro judicio, secus Mandato compellatur. 1659: 53. 1681: 41. §. 3.
— exteri in Hungaria possidentes contributionem et omnia onera ferant. 1715: 72. 1723: 22. 64.
— civiles possidentes officiales onera a proportione ferant. 1715: 77. §. 4. 1723: 64. §. 1.
— pro executione convictus denominat. 1723: 32. §. 11.
— pro domo comitatensi civitates et domini terrestres absque appertinentiis et regalibus erga pretium dabunt. 1723: 73.
— possidentes milites intuitu horum subsint Magistratui civico. 1741: 38.
Fundus publicus ubi in effectum fuerit deductus, Rex nominabit Perceptorem. 1723: 99.
— nobilitares per militem possessi jurisdictioni militari non subsint. 1764: 8.
— seu Cassa Regnicolaris in effectum deducatur, dispositionemque de illo Rex Comitiis relinquat. 1791: 21.
— colonicales ne per migrationem desolentur, Comitatus curabit. 1791: 35. §. 4. 1792: 12. 1802: 6. 1805: 3. 1807: 3.
— civiles per sententiam judicii cambialis in executionem sumti, intra annum et diem ut pignus relui possunt. 1792: 17. §. 3.
— publicus quomodo sit conflandus, administrandus, expendendus, pro eo Deputatio nominatur. 1802: 30.
— studiorum et religionis ad generalem insurrectionem unum equitem statuet. 1805: 1. §. 6. 1808: 2. §. 12.
— studiorum et religionis, fundationumque sextam proventuum suorum partem Regi uno anno pro subsidio belli praestet. 1807: 2. §. 1.
— deperditalis sub Josepho II. conflati Consilium Locumtenentiale Regium reflexionem habebit. 1802: 18.
— publicus ex privatorum oblationibus pro Academia militari confletur. 1808: 7.
— pro semitis ferreis, aut canalibus cedendorum expropriatio. 1836: 25. §. 3.
— urbarialibus destitutae communitates a proportione extensionis ad operas publicas concurrent. 1844: 9. §. 5.
Funduali libro destitutae civitates intra duos annos talem adparare tenentur. 1840: 21. §. 15.
Funebrales expensae cridatarii ad secundam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 83. e).
Fures in loco delicti acciduntur. Prolog: 9.
— patibulo plectantur. I: 15.
— decem denariorum olim suspendebatur. I: 15. S. Steph. II: 40. 41. S. Lad. II. 14. Colomannus I. 54.
— suspensi bona ad haeredes cadunt. I: 15.
— suspecti capiuntur. S. Lad. II: 3.
— qualiter se purgabant. S. Lad. II: 4. et 10.
— oculos et nasum amittebat et virgis caedebatur. S. Lad. II: 12. 13. 14.
— Clericus degradetur et vulgari judicio subjaceat. S. Lad. II: 13.
— decem denariis minus auferentes, reddebant duplum et nasum amittebant. S. Lad. II: 14.
— maritata nasum vidua oculum amittebat. S. Lad. III: 6.
— puella venumdabatur. S. Lad. III: 7.
— evictorem vel conscios alleganti sex hebdomadae indulgentur. S. Lad. III: 9.
— tribus diebus detineatur, postea judici tradatur. S. Lad. III: 9.
— in exercitu deprehensus puniatur. S. Lad. III: 10.
— ad ecclesiam fugiens si se innocentem esse praetendat, probetur, si reus compertus fuerit, tractetur ac si ad ecclesiam non fugisset, si confessus est, lege S. Stephani judicetur. S. Lad. III: 17.
— ubi capitur, judicetur. S. Lad. III: 19.
— praetensus si innocens comperiatur, captor ejus in substantia incusati aequivalenti convincebatur, non tamen oculis privabatur. Colomannus I: 52. 53.
— non potest populus nominari. 1222: 6.
— et latronem captum dimittens plebs vel communitas, homagium ejus Comiti Parochiali persolvit. 1486: 38.
— dimittens, in homagio ejus convincitur et damna refundit. 1486: 38. 1492: 80.
— si dominus vel officialis Comiti extradare nollet, villam vel bonum amittat. 1486: 48.
— ubique capiantur et puniantur. 1548: 48.
— latrones et pedites cum Turcis clam commercium foventes palo affigantur. 1567. 30. §. 3.

Furum poenam luat fallimentarius dolosus. 1807: 12. 1840: 22. §. 130.
Furtivae rei emtor det evictorem. III: 34.
— rei investigatio. S. Lad. II: 5.
— rem scienter ementes et vendentes aequaliter puniuntur ut fures. S. Lad. II: 7.
Furto sublati animalis dominus tertio se jurare debebat. III: 34. §. 2.
Futakiensi in Magazino investiganda militaris liquorum epocillatio. 1802: 29.
Fülemény Michaelis Judicis Nobilium Processus gratuiti labores deputantur ad Szent-Gróth. 1618: 49. 1622: 36.
Fülek arx amissa. 1555: 11. Circa arcem recuperatam permittantur bona Nobilibus. 1596: 37. Ejus Capitaneus propter violentias et servatos liberos hajdones puniatur. 1599: 37.
— arcem reparabit Comitatus Neográd. 1602: 14. §. 8. 1608: 15. §. 41. post coron. 1625: 19. §. 2. 1635: 92. §. 12. 1647: 153. §. 12. 1681: 7. §. 10.
— Kiss-Honth reparabit. 1604: 8. §. 9. 1608: 15. §. 41. post cor. 1635: 92. §. 12. 1647: 153. §. 12. 1681: 7. §. 10.
— reparabit Comitatus Lypto, Árva, Thurocz, Zolyom, Neográd et Kiss-Honth. 1609: 61. §. 15. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. §. 12. 1635: 92. §. 12. 1638: 70. §. 5. 1647: 153. §. 12.
— arcis aedificium continuetur. 1655: 3.
— tercentos equites et totidem pedites alat. 1655: 3. §. 7. 1681: 5. §. 9.
— in praesidio Incatti Comitatuum Pest, Pilis et Solth versus Tibiscum discutiantur. 1655: 56.
— Eo deputantur Confiniarii Széchényienses. 1681: 5.
— Nominatur locus liberi religionis exercitii. 1681: 26.
— reparabit Comitatus Lypto, Pest et Pilis. 1681: 7. §. 10.
Fülgraff Joannes fit indigena. 1715: 135. §. 6.
Füred villae gratuiti labores deputantur ad Tihan. 1635: 92.
Fürstenfeldensium transactio cum Comitibus de Batthyán toti Regno praejudiciosa. 1681: 23.
Fürstenfeld tricesima filialis. 1715: 91.
Fürstempusch Rudigertus fit indigena. 1715: 135. §. 7.
Füzes Gyarmath in oppido Evangelicis restituitur templum. 1647: 6.
Fyersth Mauritii e manibus bona Capituli Castriferrei Rex revindicet. 1546: 58. 1547: 38.
— Conradus decimarum perceptionem arcis Hornstein Episcopo Jaurinensi restituat. 1555: 12. 1556: 41.

G.

Gabelkoven Antonius Baro, Praepositus, pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18. His addit tercentos florenos. 1812: 2.
— Sigismundus, Antonius, Franciscus et Ludovicus Barones indigenatum adipiscuntur. 1792: 22.
Gács castellum noviter erectum diruatur. 1548: 46.
— arcem propriae pertinentiae reparent. 1625: 19. §. 2.
Gadány possessionis gratuiti labores deputantur ad Szentgyörgyvár. 1681: 7.
Galar capitalis tricesima cum filiali Magyarfaluensi. 1715: 91.
Galantha praedicatum familiae Eszterházy. 1618: 26. 1625: 2. 1630: 1635: 1638: Consl. 1647: 1. 138. 1662. Concl. 1681: 1. 1687: 16. 1715: 5. 110. Concl. 1729: Concl. 1741: 6. 63. 1751: 4. 26. 1765: 4. 16. Concl. 1791: 65. 68. Concl. 1792: 1796. Concl. 1802: 30.
— praedicatum familiae Fekete. 1751: 6.
Galgócz in oppido restituitur Evangelicis templum. 1647: 6.
— Officiales coerceantur ab insolentiis erga navigantes in fluvio Vago. 1638: 65.
— Nocivus fluvius Vagus ad antiquum alveum reducatur. 1751: 20.
Galgóczy Antonius pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Gallarum collectio a dispositione domini terrestris pendet. 1836: 6. §. 4.
— clandestina collectio aresto et confiscatione puniatur. 1836: 10. §. 5.
Galliarum e finibus Carolus I. Rex formam processus judiciarii in Hungariam intulit. II: 6.
— Regis contra copias auxiliares Electori Bavariae missas offertur Insurrectio. 1741: 63.
— per gentem indictum Regi Hungariae bellum. 1792: 2. 1796. Exord. et Praef. Ad illud prosequendum offertur subsidium. 1796: 2.
Galliciae Rex titulus Regum Hungariae. Trip. Exord. 1222. 1231. 1351. 1405. 1435. 1440. 1464. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. 1514. 1715: 2. 1741: 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et. 2. 1796. 1802. 1830. 1836. Exord.
— versus deputatur limitanea Commissio. 1791: 68. 1802: 26.
Gálszécs tricesima filialis sufferatur. 1635: 30.
Gar Joannes Paulus indigenatum adipiscitur. 1681: 82. §. 19.
Gara nomen et praedicatum familiae. II: 14. §. 57. 1384. Concl. 1405. Concl. 1435. Concl.
— Ladislaus Banus Machoviae. 1435. Concl.
— Nicolai possessio Abon, falsis literis confectis per Gabrielem Zömlén, filiis Orros inscripta fuit. II: 14.
— Nicolaus Palatinus et Judex Cumanorum. 1384. 1405. Concl.
Garamszegh in possessione Evangelicis restituitur templum. 1647: 6. Est locus liberi exercitii religionis. 1681: 26.
Garan in possessione restituitur Evangelicis templum. 1647: 6.
Garapich Elias Consiliarius commembrum Deputationis Montanisticae. 1827: 9.
Garay Francisci Judicis Nobilium Processus gratuiti labores deputantur ad Tokaj. 1649: 86.
Gáspárik Casimirus Canonicus pro gyrgatho Vaciensi mille florenos offert. 1836: 42.
Gasto Abrahamus subscripsit Pacif. Vien. 1606.
Gatha possésionis metae revideantur. 1556: 45.
Gathalocz nomen et praedicatum familiae. 1435: Concl.
— Mathias Praepositus Quinque-Ecclesiensis, Cancellarius Regius. 1435: Concl.
Gaun Joannes Paulus, Joannes Baptista et Antonius Josephus indigenatum adipiscuntur. 1715: 135. §. 26.
Gazdagh Philippus Protonotarius ad Commissionem limitaneam. 1638: 37.
Géczy Andreae Judicis Nobilium Processus gratuiti labores deputantur ad Szécsen. 1613: 8.
Gedey Mathiae Judicis Nobilium processus gratuiti labores deputantur ad Gyarmath. 1622: 36. 1635: 92.
Geiren est antiquus locus filialis tricesimae ad Posoniensem Capitalem. 1498: 34.
Geldriae Dux, titulus Regum Hungariae ex augusta Domo Austriaca. 1441: 2. 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. Exord.
Geletffy pro familia lata sententia executioni mancipetur 1599: 39.
Geletnik in loco moderetur lapidum molarium pretium. 1715: 90.
Gellen Casparis Judicis Nobilium processus gratuiti labores deputantur ad Kapornak. 1608: 15. p. cor. 1613: 8.
Gellyenes castellum Ladislai Wpory aboleatur. 1471: 29.

Gelse-Ujudvar ad munitionem alias appliciti gratuiti labores deputantur ad Kapornak. 1630: 3.
Gemingen Sigismundus Baro indigenatum consequitur. 1791: 72.
Genealogia humano testimonio ad annos sexaginta comprobatur. I: 39.
— Hanc intra quartum gradum inclusive negans, parte altera comprobante, ipso facto poena proditoris fraterni sangvinis aggravatur. I: 39. §. 4. 1723: 46.
— In hujus proba deficiens, perdit actionem. II: 36.
— Hanc probet ingerens. II: 84.
Generalatus ad Confinia Regni translocentur. 1715: 42. 1723: 23.
Generalis confinia partium superiorum bis per annum visitet. 1638: 4.
— confiniorum occupata bona restituant. 1647: 46. §. 3.
— Supremus sit vir bene meritus et rerum bellicarum peritus. 1655: 3. §. 42.
— ad jurisdictionem Comitatuum se non ingerant. 1655: 7. §. 2.
— arma Turcis subministrantes severe puniant. 1655: 27.
— pagos contra pacificationem subjugatos recuperet. 1659: 13.
— injurias per Turcas illatas vindicet. Ibidem.
— partium superiorum labores gratuitos ordinet. 1681: 7. §. 22.
— Districtuales occasione Insurrectionis denominantur. 1741: 63. 1808: 2. §. 20.
— Districtuales cum Comitatibus correspondere, dispositiones facere, lustrationem suscipere, militem insurgentem ducere obligantur. 1741: 63. §. 24. 1805: 1. §. 24. 1808: 2. §. 21.
— Districtuales satisfactionem impendant de damnis per insurgentem illatis. 1741: 63. §. 31. 1805: 1. §. 32.
— Proprietarii Legionum fiant etiam Hungari. 1792: 9. 1807: 1. §. 10.
— in lustra Nobilium adsint. 1808: 3. §. 7.
Gens propriis legibus et consvetudine regi debet. S. Steph. II: in praefat.
— contra turbatores tranquillitatis publicae conserventur. 1537: 9. 10.
— Judex Nobilium erga proclamationem Capitanei levet. 1538: 5.
— in aliorum bonis non alantur. 1542: 21.
— Ecclesiastici a decimis statuant. 1546: 16. 1547: 35. 1555: 5. 1595: 5.
— conducantur et ad loca finitima distribuantur. 1547: 13.
— suas in bellum non expedientium, et in praefixo termino non intertenentium poena. 1596: 15. 1597: 4. 1723: 12. §. 3.
— ad falsos rumores levantis Capitanei poena. 1723: 12. §. 3.
Geometricum regulationis urbarialis operatum per Deputationem Comitatus authenticari debet. 1836: 10. §. 8.
— manu dimensuretur possessorium, si communia beneficia aliter regulari nequirent. 1836: 12. §. 6. 7.
Georgievich Basilius Parochus graeci Ritus pro Academia militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Georgio de S. et Bozin Comitum nomen et praedicatum familiae. Trip. Concl. Regis. 1384. Concl. 1492: 21. 1498: 22.
— Themplin Banus Croatiae. 1384. Concl.
— Oppidi ad sessiones Diaetales admittendi negotium rejicitur ad futuram Diaetam. 1606. ad 5. Pacif. Vien.
— Civitas an inter regnicolas locum et votum habere debeat, declarabitur. 1608: 6. ante cor.
— Civitas bona Stephani Illyesházy obtinuit. 1613: 37.
— Pro ea Status et Ordines intercedunt. 1635: 53.
— Per Regales ad Diaetam evocetur. 1638: 63.
Georgius S. civitas Nobiles ab antiquo exemtas domos habentes in educillo non impediat. 1649: 53. 1655: 60.
— In Monte S. Georgii a nundinis impeditos circa cives Kesmarkienses Commissarii nominantur. 1659: 52.
— ex Confinio amoti Judaei. 1729: 19.
Geramb Theophilus Deputationis Montanisticae commembrum nominatur. 1791: 67.
— Juliana pro Academia militari Ludovicea offert mille ducentos florenos. 1812: 2.
Gerdák contra Stephanum pupillorum Groffianorum bona occupantem causa extra seriem judicetur. 1569: 56.
Geréb Ladislaus Episcopus Transylvaniae, Sedis apostolicae Legatus. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. Conl.
— Mathias Banus Croatiae. 1486.
— Petrus Janitorum Magister. 1492. Concl. Judex Curiae Regiae. 1495. Concl. Banderiatus. 1498. Concl. Palatinus R. 1500. Concl.
Gerencsér Joannes ad Deputationem de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6.
Gergellaka praedicatum familiae Buzlay. 1504. 1514. Concl.
Gergeteg possessio contributioni subjicitur. 1751: 38.
Gergew praedicatum familiae Boda. 1518: 3.
Gerghő in loco Evangelici templum, Scholas, parochiam erigere possunt. 1681: 26. §. 11.
Gerliczy Baro Franciscus Deputationis montanisticae commembrum nominatur. 1791: 67. 1827: 9.
Gerlistye nomen et praedicatum familiae. 1500. 1504: Concl.
Germani Emericum vocant Heinricum· II: 14.
— Jobagiones post seditionem rusticanam libera migratione privati sunt. III: 25.
— incolae cum Hungaris pari jure gaudeant. 1606: 15. Pac. Vien. 1609: 44.
— ex Murány et aliis arcibus eductio. 1608: 12.
— ex arce et civitate Varasdinensi eductio. 1608: 12. 1609: 27. 1635: 34. 1647: 54. 1649: 36. 1655: 74.
Germaniae limites victricibus armis penetrarunt Hungari. Trip. Praefatio.
— nonnullas partes Sigismundus Rex perlustravit. 1435: §. 2. Pacâtis in ea rebus Rex Hungariae propior manebit. 1550: 3.
— Rex titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1559. 1566. 1567. 1569. 1572. 1575. 1578. 1582. 1583. 1588. 1593. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1681. 1602. 1603. 1604. 1608. 1613. 1618. 1622. 1625. 1630. 1635. 1638. 1647. 1649. 1655. 1559. 1681. 1687. 1715. 1791. 1796. 1802. Exord.
— Regina titulus Mariae Theresiae Reginae Hungariae. 1765. Exord.
— Provinciarum intra et extra limites sitarum in regimine Domus Austriacae inductus ordo successionis. 1723: 1. 2.
Gerse praedicatum familiae Petheő. 1542: 24. 1609: 70. 1687: 15.
Gerssey Georgius invasor castelli Isáakfalva juris ordine impetitur. 1618: 30.
Gerstaecker de Simplon Venceslaus Baro fit indigena. 1836: 47. §. 11.
Geszegfalva castellum reaedificetur. 1681: 6.
Gesztely oppidum taxetur. 1647: 30.
Gesztes arcem reparabunt propriae appertinentiae. 1622: 36. §. 23. 1630: 3. §. 4. 1635: 92. §. 22. 1649: 86. §. 11. 1655: 116 §. 13.
— arcis bona reparabunt Papam. 1681: 7. §. 21.
Gévay Antonius pro Erudita Societate Hungarica confert quinquaginta florenos. 1840: 42.
Gezth Ladislaus falsas literas impetrat. II: 14.
Ghilányi Georgius ad Commissionem limittaneam 1681: 25. Episcopus Tinniensis. 1715. Concl.

Ghilányi Baro Joannes pro Academia militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Ghiczy praedicatum familiae de Eadem 1802: 30.
Ghimes praedicatum familiae Forgách. 1582: 4. 5. 1595: Trans. Exord. 1606: §. 5. Pac. Vien. 1608: Concl. 1609: Concl. 1618: 4. 75. 1622: 3. 76. 1630: 47. 1635: Concl. 1647: 3. Concl. 1649: Concl. Perpetui in Ghimes. 1659: Concl. 1662. 1715. 1741. 1751. 67. Imo scribitur Comes Perpetuus in Ghimes. 1655. Concl.
Ghyczy Josephus appellationibus intersit. 1559: 38.
— Josephus alter ad revisionem operatorum systematicorum. 1827: 8.
— Michael ad Deputationem de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6.
— Petrus ad revisionem conscriptionis portarum. 1827: 7.
— Raphael ad Deputationem de alimantatione militiae. 1840: 3.
Gibraltaris Rex titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.
Giennis Rex, titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis. 1715: 2.
Giletincz praedicatum familiae Ostrosith 1606. §. 2. Pacif. Vienn. 1630: 26. 1635. 1638. Concl. 1647: 3.
Ginsium Keöszegh tricesima filialis ad Mura Szombath. 1498: 34.
— de jure arcis ejus Rex cum Petro Erdődy tractet. 1548: 69.
— Eo deputantur limitanei Commissarii. 1550: 43. Qui etiam contraversiam de Abbatia Borsmonostra revideant. 1550: 47.
— Arcis intuitu ad Austriam oppignoratae, differentiae revideantur. 1553: 28
— oppidanis prohibeantur violentiae intra metas vicinorum. 1556: 42.
— Arcis ad Austriam oppignoratae bona onera Regni ferant. 1556: 41.
— oppidi capitaneus Nicolaus Jurisith. 1567: 44.
— Capitaneus Franciscus Zenák abstineat ab occupandis vicinis terris. 1574: 29.
— Ex ejus arce prohibeantur violentiae Comitatus Castriferrei. 1596: 43.
— Milites exteri ex arce educantur. 1608: 12. a. c.
— Velut bonum hungaricum non Austriacae, sed Hungaricae Jurisdictioni subjaceat, et onera Regni ferat. 1608: 7. p. c.
— Arcis pertinentiae solvant oblatam contributionem. 1608: 14. p. cor.
— Arx redimatur et Regno reincorporetur. 1608: 19. post cor. 1622: 2. 1638: 1.
— subjaceat etiam contributioni dicae et pecuniae coronalis. 1609: 62.
— Arx et dominium prioribus restituatur. 1622: 13. 1647: 138.
— arx ab Austriacis redimatur. 1622: 2. §. 20. 1647: 71.
— Köszeghiensis cubulus frumenti offerti pro subsidio annonario in Partibus Cis-Danubianis. 1622: 38. 1635: 2.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad Egerszeg. 1630: 3. 1638: 70. 1649: 86. 1662: 20. Ad Tihan. 1635: 92. Ad Pápa in pecunia. 1659: 130. Ad Szalavár in pecunia. 1647: 153. 1655: 116. 1659: 130.
— Pro ejus restitutione nominantur Commissarii. 1635: 60. 1638: 38. 1647: 71.
— Ab inducendis rebus allodialibus mediam tricesimam solvat. 1647: 28.
— regno reincorporetur. 1649: 25. 1659: 1. §. 15.
— in numerum liberarum regiarum civitatum cooptatur. 1649: 39.
— Tavernico subordinatur. 1655: 110.
— Est Sedes Tabulae Judiciariae Districtualis Trans-Danubianae. 1723: 31.
— pro Musaeo Nationali offert. 642 flor. 30 xr. 1827: 35.
Girincz ex possessione Comitatus Zempliniensis abducti sunt coloni Petri Szirmay per praesidiarios Onodienses. 1549: 83.
Girabiles evadunt cambiales, si ad dispositionem (ordre) remittentis editae sunt. 1840: 15. I. §. 31.
Girans cambialium, nisi restrictionem aliquam diserte exponat, ad totam summam obligatus manet. 1840: 15. I. §. 25.
— falsificatum indorsatum praecedentes relate ad subsequentes cambialium proprietarios cambiarie obligati manent. 1840: 15. I. §. 41.
— et Trassans in solidum obligantur. 1840: 15. I. §. 143.
— cambiales intra terminum regressualem reluente, terminus Actionis regressualis a prima post solutionem die computatur. 1840: 15. I. §. 160.
— hiatu anteriores, Actione regressuali impetiti, solutionem denegabunt. 1840: 15. I. §. 174.
Giratarius est ille, in quem cambiales transscribuntur, et hic omnia girantis jura cambiaria consequitur. 1840: 15. I. §. 29.
— in proprietatem transeunt cambiales, dum tales eidem per girantem una cum giro traduntur. 1840: 15. I. §. 32.
— etiam contra ipsum girantem Actionem cambiariam adipiscitur. 1840: 15. I. §. 33.
Girus cambialium est scripta declaratio, quod cambiales in alium translatae sint. 1840: 15. I. §. 29.
— ad integritatem requiruntur. 1-o nomen giratarii, 2-o datum subscriptionis, et 3-o nomen girantis. 1840: 15. I. §. 34.
— in alba (giro in bianco) est, qui nomine girantis et dato transcriptionis destituitur, nisi contextu ejusdem cessio ordinaria exprimeretur, pro Mandato habetur. 1840: 15. I. §. 34.
— in alba, si successive compleretur, exceptio illa, quod originarie in alba editus fuerit, legalem vigorem non habebit. 1840: 15. I. §. 35.
— si directum Mandatum in se complectatur, limites ejus juxta contextum indorsati limitabuntur. 1840: 15. I. §. 36.
Gladius est poena delinquentium, praeter latrones et fures. I: 15.
— evaginato aggrediens alterum, praesummitur necem vel lethale vulnus illi inferre voluisse. III: 21.
— evaginans contra aliquem, licet non laedens, medium homagium solvebat. S. Steph. II: 49.
— jus civitatibus et nobilibus ex privilegio competens, salvo jure aggrediendi, permittitur. 1405. I: 5.
— — habens, si malefactorem dimittat, in poena emendae capitis dimissi convincatur. 1495: 19. 1715: 48.
— — habentes Comites et Barones, malefectores non punientes, evocati plectantur, et non comparentes proscribantur. 1495: 19. §. 3. 4. 1655: 38. §. 3. 1659: 15. 1715: 48.
— — relinquitur supremo Comiti, et Judici Jaurinensi. 1638: 20. §. 2.
— — habentes gratiam dare non possunt. 1655: 38. §. 5. 1659: 15.
— — habentes ab ejus exercitio per Capitaneos non impediantur. 1662: 30.
— — habens, et malefactorem dimittens, laeso damna reparabit, et Fiscus ad amissionem juris gladii agere potest. 1715: 48.
— — Comitatus in Domo Comitatensi exerceat. 1723: 73.
Glandinationis in jure, compossessor sub poena violentiae non turbetur. 1655: 59. §. 2
— colonis in sylva dominali sex crucigeris leviori pretio, quam extraneis, admittitur. 1836: 6. §. 4.
— taxa in Comitatibus Banaticis a majori frusto in sex, a minori autem in tribus crucigeris defigitur. 1836: 6. §. 4.
— in Comitatibus Posega, Verőcze et Szerém a majori sabellico in duodecim, a minori autem in sex crucigeris defigitur. 1836: 6. §. 4.
— clandestina poena aresti, et a quolibet impulso setigero soluti per alios census duppla desumtione plectatur. 1836: 10. §. 5.

Glandinatio tantum in excisa cuivis compossessori sylvae rata admittitur. 1836: 12. §. 16.
Glogowsky Ludovicus in indigenam regni recipitur. 1840: 52. §. 3.
Gocceani Comes, titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.
Goldenfinger Georgius pro Academia militari Ludovicea ter mille florenos offert. 1808: 7. §. 18.
Golecz Joannes censor Rationum Emerici Bradach. 1538: 25.
Gollen Gervasius indigenatum adipiscitur. 1681: 82. §. 10.
Gomba possessionis gratuiti laboris ad Szalavár. 1659: 130.
Gombár Joannis civis Zolnensis debita in vicinis provinciis exsolvantur. 1659: 82.
Gombócz Sebastianus super interemtione uxoris suae per officialem C. Trautmannsdorf conqueritur. 1655: 87.
Gomerie pagi valachici intuitu Zrinyi Comiti satisfactio impendatur. 1659: 96.
Gonoszló praedicatum familiae Chupor. 1468. Concl.
Gonzaga Hannibal indigenatum consequitur. 1659: 132.
Gordon Franciscus fit indigena. 1659: 133. §. 20.
Gordova praedicatum familiae Fánchy. 1715: 85. Praetensio sexus foeminei familiae Fánchy complanetur. 1715: 85.
Goritiae Comes titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriaca. 1582. 1583. 1588. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1608. 1609. 1613. 1618. 1622. 1625. 1630. 1635. 1638. 1647. 1687. 1715. 1741. 1791. 1792. 1836. Exord.
Gorove Ladislaus, Ludovicus et Carolus pro Erudita societate Hungarica mille florenos conferunt. 1840: 42.
Gorup Franciscus Episcopus Noviensis. 1659. 1662. Concl.
Goszthon Joan. Episcopus Jaurinensis. 1514. Concl.
Gosztony Michael, Joannes, et Andreas pro Academia militari Ludovicea offerunt mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Nicolai Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Nitriam. 1647: 153.
— Paulus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis. 1836: 37.
Gotthardi S. Abbatiae reformandae bona restituantur. 1567: 31.
— Ex ejus pertinentiis deputantur gratuiti labores ad Sümegh et Egerszegh. 1622: 36. 1630: 3.
Gottvicensi a Praelatura Abbatia Szalavárіensis independes reddatur. 1802: 18.
Gödingensium Moravorum controversiae cum Dominio Holics complanentur. 1723: 17.
— molae intuitu posita querimonia decidatur. 1765: 40.
Gödö et Balogvára arces Comitatus Gömöriensis reparabit. 1567: 17. §. 12. 1569: 19. §. 9.
— arx per Turcas destructa est. 1574: 5.
Gömör Comitatus ultra Tibiscum in partibus superioribus constitutus. 1546: 32.
— Pro eo judicia celebrentur. 1548: 19. 1567: 24.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad Gödö et Balogvára. 1567: 17. 1569: 19. Ad propriam munitionem. 1559: 22. Ad Putnok et Balog. 1578: 27. 1604: 8. 1608: 15. post cor. Ad Szendrő. 1609: 61. 1613: 8. 1618: 49. Ad Putnok. 1602: 14. 1635: 92. 1647: 153. 1649: 86. 1655: 116. 1659: 130. Ad Szendrő et Balog. 1622: 36.
— relinquantur bona nobilibus circa arcem Fülek. 1596: 37.
— ejus controversia ratione decimarum cum familia Dersffy per Commissarios, et Cameram Scepusiensem complanetur. 1596: 58.
— Inducti in decimatione abusus tollantur. 1625: 45.
— opiliones et Libertini (Scultetii) decimam dependere tenentur. 1659: 54.
Gömör in Comitatu relinquuntur actu possessa templa pro libero exercitio religionis. 1681: 26.
— Adnumeratur Tabulae Districtuali Cis-Tibiscanae Eperjesiensi. 1723: 31.
— Comitatui Districtus Kis-Honth articulariter unitur. 1802: 9.
— pro Musaeo Nationali confert 3333 florenos 12 xros. 1827: 35.
— Comitatus ad rationem Fundationis Buttlerianae in Academia Ludovicea unum juvenem praesentare potest. 1836: 40.
— spectat ad Tribunal Cambiale Pestiense. 1840: 15: II. §. 2. a).
Göncz passum Comitatus Abaujvár, Sáros, et Szepes reparabunt. 1659: 39.
— passus dilatetur. 1659: 39. §. 2.
— aggeres ipsum oppidum reparet· 1659: 39.
Gönczy Aegidius Archi-Abbas Montis Pannoniae Commissarius super bonorum confiscatorum restitutione. 1681: 11.
— Samuel ad revisionem collectionem Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
— ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
Görgey Ezechiel Commissarius pro rectificatione metarum in Scepusio. 1659: 52.
— Martinus Ppraepositus commembrum Deputationis urbarialis nominatur. 1791: 67.
— familiae praedicatum de Eadem. 1791: 67.
Görgense castrum in Transylvania pertinet ad bona et proventus Regis inabalienabiles. 1514: 3.
Görgése possessionis gratuiti labores deputantur ad Tihan. 1630: 3.
Görök possessionis gratuiti labores ad Szalavár. 1638: 70.
Grabaria praedicatum familiae Berizlo. 1498: 22.
Grabensak tricesima filialis. 1715: 91.
Grabner Sebastianus possessiones Gmaylebern et Detendorf consorti Jacobi Dobner restituat. 1655: 94.
Gradecz tricesima capitalis. 1715: 91.
Gradeszky Joannes pro Academia Ludovicea offert ducentos florenos. 1827: 18.
Gradisca capitalis tricesima. 1715: 91.
— confinium cesset ab exactionibus et educillis. 1751: 37.
Gradiscae Comes titulus Regnum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1741. 1751. 1765. 1791. 1792. 1836. Exord.
— in Comitatu titulus Comitis de Villana Perlas. 1765: 47.
Gradische terrae intuitu metalis controversia revideatur. 1715: 116.
Gradus consangvinitatis quartus ad matrimonium utroque jure prohibitus. I: 107.
— honoris, activitas, insignia officialibus insurrectionis eadem competunt, quae stabilis militiae officialibus. 1808: 2. §. 17.
Graeci sua lingva in scriptis usi sunt. Trip. Concl. Eorum errores sequuntur Jobagiones Valachi, Rasciani et Bulgari. III: 25.
— Ritus unitorum Sacerdotum filii ad statum colonicalem non redigantur. 1723: 69.
— in fundis colonicalibus degentes communia onera ferant. Ibidem.
— Armenis, et Rascianis liber quaestus in regno admittitur 1741: 29. §. 1.
— liberum religionis exercitium habeant. 1791: 27.
— bona possidere, et officia quaevis gerere possunt. Ibidem.
— fundationes pro suis facere possunt. 1791: 27.
— non uniti in Dicasteriis applicentur, et Episcopi eorum in comitiis votum et sessionem habeant. 1792: 10.
Graecium ad Regem missis oratoribus singulis 10 fl. debitum exsolvendum. 1538: 25.

Graecium expediatur legatio ad Archi-Ducem Ferdinandum intuitu Praefecturarum in Confiniis. 1608: 11. ante cor.
— pluribus legationibus ratione restitutionis Valachorum expensas habuit Regnum Croatiae et Slavoniae. 1613: 39.
— Ibidem Consilio bellico demandetur, ut miles germanus ex arce Varasdinensi educatur. 1681: 72.
— Eadem Camera Dominium Csáktornya pro Duce Styriae privatorum jure possidet. 1715: 44.
— Eadem Camera satisfaciat Transactioni iniuitu bonorum Zriniano Frangepaniorum cum Croatia initae. 1715: 116.
— Per ejatem Cameram in Regnis Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae inductus usus salis Styriaci tollitur. 1715: 122.
— Contra officiales eorundem bonorum Nobilitas Trans-Colapiana via juris procedat. 1723: 94.
— Bona eadem jurisdictioni et oneribus Regni subjiciantur. 1741: 52.
Graecensis Montis Civitas *vide Zagrabia.*
Grandine si in demetiendis frugibus tam grave damnum causatum esset, ut adhibiti operarii in cohaerentia initae conventionis speratam mercedem emerendo non essent, nova Conventio iniri poterit. 1840: 9. §. 37.
Grano in fluvio molae ita accommodentur, ut pateat sursum et deorsum ductio et reductio. 1596: 52. 1723: 15.
— lignorum devectionem non impediat Camera Neozoliensis. 1635: 42. 1638: 65. 1647: 85. 1659: 58.
— Nobilibus libera trabium devectio admittatur. 1662: 43.
— reddatur navigabilis. 1764: 19.
Grassalkovics Antonius eligitur coronae custos. 1651: 4.
— Antonius Princeps pro Academia militari Ludovicea offert decem mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Hortum suum Pestiensem Musaeo Nationali donat. 1808: 8.
Gratia concordantibus non est necessaria. I: 16.
— in Causis coram Palatino vertentibus quomodo concedatur. II: 57.
— Regis ad annum valet. II: 57. §. 4.
— vitae malefactori solus Rex dare potest. 1405. I: 5. §. 2. 1715: 48. §. 3.
— dare non possunt Jus gladii habentes. 1655: 38. §. 5.
— quibusvis malefactoribus Rex dare potest. 1715: 48.
— in crimine laesae Majestatis, et nota infidelitatis Rex dare potest. 1791: 56.
Gratuitae operae publicae praestari debent ad structuram viarum, pontium, aggerum, ad regulationem aquarum, et quas administratio publica deposcit. 1844: 9. §. 12.
Gravamina tam Catholicorum, quam Evangelicorum Rex complanet. 1647: 5. §. 8.
— civitatum regiarum et montanarum per mixtam commissionem cognoscantur et Rex decidat. 1741: 40.
— Regni, superatis Propositionibus Regiis, assummantur. 1791: 13.
— ut discutiantur, Deputatio ordinatur. 1791: 67.
— et operata Deputationalia in proxime celebrandis Comitiis assummantur. 1805: 8.
Gravati in prima instantia, habent recursum liberum ad Regem. 1723: 63. §. 13.
Graviora negotia tractentur in frequentia omnium consiliariorum. 1587: 8.
Gregorianum juxta Calendarium juris cambialis termini computentur. 1840: 15. §. 209.
Greguska Stephanus Canonicus ad Commissionem limitaneam. 1836: 32.
Grobnik arcis portu libere uti liceat Comiti Zriny. 1596: 52.
— in arce Dominus, titulus Comitum de Villana Perlas. 1765: 47.
Gróff Bernardi orphanorum relate ad occupata bona causa extraserialiter decidatur. 1569: 56.
Gron *vide S. Benedicti et Szent-Benedek.*
Grossus olim denarios sex faciebat. 1351: 4.
— denarios quatuor valebat. 1557: 14.
— superfluus in Tricesima Ovariensi exigi solitus tollitur. 1647: 88.
— hodie efficiunt denarii quinque. 1725: 68.
— viginti efficiunt florenum. 1723: 68.
— in necessaria quantitate Rex cudi faciat. 1741: 32.
Gröschl dicta moneta, cujus quatuor grossum faciunt, cursum in regno obtineat. 1741: 32.
Jány Ferdinandus Jacobus B. Episcopus Samandriensis. 1715. 1723. Concl.
— Franciscus Episcopus Sirmiensis. 1681. 1687. Concl.
Jaquet Joannes Franciscus indigenatum adipiscitur. 1715: 135. §. 16.
Jarendorf tricesima filialis ad Posoniensem capitalem. 1498: 34.
Jármy Thomas ad Deputationem pro restabiliendo vini Tokayensis commercio. 1827: 31.

Jaszka tricesima capitalis cum filiali in Kresecz stabilitur. 1715: 91.
Jászow in Conventu compareant pro literis Nobiles sine Armis. 1550: 63. Loco conventus Lelesziensis peragat executiones in partibus superioribus. 1557: 21. Praepositurae gratuiti labores convertantur ad propriam munitionem. 1557: 6. Praepositurae reformandae bona restituantur. 1567: 31. Requisitores literarum officiis suis fungantur. 1608: 12. p. cor. Restauretur. 1609: 50. Restauretur, pro expeditionibus et exmissionibus quinque sacerdotes teneat, atque direptores literarum ejus Archivi puniantur. 1647: 101. Conventui credibilitas restituitur. 1802: 16.
Jászo in oppido tricesima per fratrem Georgium erecta tollatur. 1548: 58.
— — citra praejudicium Conventus residentiam habeat Capitulum Agriense. 1613: 3.
— — filialis tricesima sufferatur. 1635: 30.
— cum sit locus a Turcis insecurus, loco ejus ordinatur Civitas Cassoviae pro residentia Capituli Agriensis. 1649: 38.
— Tricesima capitalis cum filialibus Szepsy et Szikszó stabilitur. 1715: 91.
Jaurinense castrum occupatum remittatur. Sigismundi gratia. 1403: §. 9.
— Ibidem exterae nationis officiales literas ex Cancellaria Hungarica expeditas non observant. 1546: 15.
— Circa Jaurinum militent Comitatus Posoniensis, Jaurinensis, et Comaromiensis. 1555: 4.
— Ex Jaurino dependet conservatio arcium ad Austriam oppignoratarum. 1556: 4.
— Excessus officialium erga operarios. 1556: 4. 37.
— Eo deputantur gratuiti labores Comitatuum, Posoniensis, Mosoniensis et Jaurinensis. 1556: 9. 1567: 17. 1578: 27. 1622: 36. 1630: 3. Comitatuum Jaurinensis, Mosoniensis et Bonorum Óváriensium. 1604: 8. 1608: 15. p. cor. 1613: 8. 1618: 54. 1635: 92. 1649: 86.
— In ejate expeditione milites advecta victualia diripuerunt. 1559: 16.
— Ligna pro foco et munitione ad Jaurinum ex insula Csalóköz subministrentur. 1563: 22.
— In Confinio Iaurinensi profugi et comprehensi Malefactores puniantur. 1563: 41.
— Per Capitaneos non exigantur Nonae aut Decimae. 1588: 17.
— contra Praefectum Ferdinandum de Hardegh querelae. 1593: 19.
— Eo petuntur Vallones collocari. 1602: 24. Ibidem currus pro vectura victualium statuentur ad Albam Regiam. 1602: 11.
— Ejati Generali Capitaneo potestas datur evitandi in confiniis contentiones. 1606. Sitvat.
— Ibidem maneat extraneus Generalis Capitaneus, legibus tamen Regni et Palatino subsit, et se in jurisdictionem terrestralem non ingerat, Vice-Capitanei vero Hungari sint. 1608: 11. ante cor.
— Ad revisionem et regulationem aquagii Danubialis penes ejas Praesidium denominantur Commissarii et deputantur gratuiti labores Comitatuum Jaurinensis, Mosoniensis, et Minoris Insulae Csalóköz. 1618: 54.
— Capitaneus Palatino et legibus Regni subsit. 1622: 23. 1647: 61.
— Praesidiarii non compellant Nobiles ad vecturam lignorum. 1622: 51.
— Bonis privati contra tenorem Amnestiae, in integrum restituantur. 1622: 74.
— Indemnitati praesidii per revisionem fluvii Rába consulatur. 1625: 15.
— Pro peracta Commissione Jaurinensi Status et Ordines gratias agunt. 1625: 18.
— Ad revisionem fossati nominantur Commissarii. 1630. 32. 1635: 63.
Jaurinensis castri Capitanei cessent ab inductis exactionibus. 1630: 44.
— Contra officiales ejus praesidii bellicos et annonarios gravamina Episcopi et Capituli Jaurinensis complanentur. 1635: 77.
— Praesidiarii cohibeantur ab injuriis et violentiis. 1638: 20. 1659: 23.
— Penes oppidi judicatum maneat exercitium juris gladii. 1638: 20.
— Oppidum Comitatus Jaurinensis taxetur. 1647: 30.
— Ad Instantiam Capituli, Comitatus, Episcopi et oppidi contra generalem Capitaneum Commissio ordinatur. 1647: 45. Item contra Genarales et Capitaneos. 1655: 8. 1659: 79.
— Confinii Capitaneus Palatino subsit. 1647: 61.
— Oppidanorum privilegia a teloniis maneant in suo esse. 1647: 145.
— In eodem Confinio quoad limitationem pretii victualium observentur constitutiones. 1649: 92.
— Ibidem Evangelicis liberum religionis exercitium admittitur. 1649: 9. 1681: 26.
— Jaurinensium Incolarum querelae contra Episcopum propter ademtas domus revideantur. 1649: 113.
— Militum excessus et exactiones tollantur. 1659: 23. 24.
— In conventu Franciscanorum conservabatur Protocollum Conventus Csornensis. 1655: 39.
— Per Capitaneos et officiales nullus in nundinis Jaurinensibus impediatur. 1659: 77.
— Pileatores hungaros germani non impediant. 1659: 80.
— oppido exercitium juris gladii per generalem interdictum in salvo maneat. 1662: 30.
— Exactionis 2½ denarii a singulo pecore, a Tricesimatore exigantur rationes. 1681: 16.
— Est locus liberi exercitii religionis. 1681: 26.
— Pro revisione periculi, a brachio Danubii propugnaculo impendentis nominantur Commissarii. 1687: 16.
— generalatus ad Confinia transferatur. 1715: 42. 1723: 23.
— De inductis in fortalitio Jaurinensi per milites exactionibus justitia administretur. 1715: 43.
— Circa successionem Nobilium ortae quaestiones decidantur. 1715: 62.
— Incolae praetensionem 9000 flor. ad conservationem praesidii et militiae ibidem impensorum liquident. 1715: 76. Et complanetur. 1723: 75.
— Pharmacopeae civilis erectio contra restrictionem mililarem applacidatur. 1715: 83.
— Negotiatores Pek et Győry praetensiones suas liquident. 1723: 82.
— Regalia per Commendantes usurpata abrogentur. 1729: 3.
— Commendans et subalterni nullam jurisdictionem sibi arrogent. 1741: 30.
— Oppidum inter liberas regias civitates ad Comitia cum voto et sessione recipitur. 1751: 27.
— Civitas pro Musaeo Nationali offert 1131 flor. 1827: 35.
Jaurinense Capitulum Sopronii residens expeditiones peragat. 1597: 39.
— Eidem restituatur residentia in Civitate Jaurinensi. 1599: 42.
— Ejusdem contra Capitaneos confiniorum, jura et bona dominalia usurpantes querela. 1604: 14.
— Ejus gravamina contra praesidiarios complanentur. 1635: 77.
— Ad ejus instantiam contra generalem Capitaneum loci Commissio ordinatur. 1647: 45. 1658: 20.
— Ejusdem querelae contra Episcopum revideantur. 1647: 113.
— Idem castellum et possessionem Patona a Turcis combustam munire potest. 1649: 50.
— Eidem admittitur exstructio fornacis lateritiae, et domuncularum super cellario exstructarum accomodatio. 1715: 62.

Jaurinensi Capitulo oppidani praestent contractualia citra obicem status militaris. 1741:35.
— ad illud translata erant Archiva ex S. Monte Pannoniae et Conventu Csornensi, ex quibus factae interim expeditiones pro validis declarantur. 1802: 16.
Jaurinensi pro Comitatu judicia Posonii festis Epiphaniae et Jacobi celebrentur. 1548: 19.
— Ejus Nobiles militent sub Capitaneo per Palatinum constituendo. 1555: 4.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad arcem Jaurinensem. 1556: 9. 1557: 6. 1567: 17. 1569: 19. 1578: 27. 1604: 8. 1618: 49. 54. 1622: 36. 1630: 3. Ad Albam Regalem. 1602: 14. Ad Pápa. 1609: 61. 1613: 8. Ejusdem possessionis Szentmihály gratuiti labores deputantur ad arces Pauli de Nádasd. 1630: 3. Ex posesssione Tóth et Tapi-Szent-Miklós in eodem sitis gratuiti labores deputantur ad Csesznek. 1649: 86. 1655: 116.
— Idem deputatur ad repurgationem fluvii Rába. 1622: 42. 1635: 64.
— Ejus querelae contra Episcopum revideantur. 1647: 113.
— Ad ejus instantiam contra generalem Capitaneum loci Commissio ordinatur. 1647: 45.
— Ejus, ac Episcopi et Capituli ad instantiam contra generalem Praesidii Capitaneum Commissio reassummatur. 1649: 37.
— In eodem grassatores exstirpentur. 1649: 52.
— Eidem exercitium juris gladii per generalem Jaurinensem interdictum in salvo maneat. 1662: 30.
— In eodem relinquuntur actu possessa templa pro libero religionis exercitio. 1681: 26.
— Adnumeratur Tabulae Districtuali Trans-Danubianae Ginsiensi. 1723: 31:
— Ejus praetensio cemplanetur. 1751: 15. Ad quam liquidandam inviatur. 1765: 23.
— Idem pro Musaeo Nationali offert 1824 florenos 49 xros. 1827: 35.
— Adnumeratur Tribunali Cambiali Posoniensi. 1840: 15. II. §. 2.
Jaurinensis Episcopus ducentos equites interteneat. 1498: 20.
— Jus suum exigendi pecunias sigillares in Judiciis Octavalibus edoceat. 1498: 64. 1500: 37.
— Eidem restituatur pecunia pro Oratoribus ex Bachia in urbem expeditis. 1522: 46.
— De ejus Decima cum Maria Regina tractetur. 1536: 44.
— Ejusdem supplicatio pro restitutione Arcis Sabaria Regi commendatur. 1542: 48.
— Decimae Germanis inscriptae recipiantur, et ad munitionem Arcis et Civitatis Jaurinensis assignentur. 1547: §. 20.
— Episcopatus bona a possessoribus eliberentur. 1548: 8.
— Episcopo et Locumtenenti consignentur literae a Nicolao Salm redimendae. 1550: 70.
— Ejusdem Episcopatus proventus restituantur. 1552: 18.
— Eidem Decimae ex pertinentiis Arcis Hornstein restituantur. 1555: 12. 1556: 41.
— Episcopus deputatur pro Praelato ad generalia Judicia. 1559: 38.
— Idem ad revidendas metas Regni versus Moraviam deputatur. 1563: 60.
— Eidem Episcopatui dependantur Decimae ex bonis ad Austriam oppignoratis. 1567. 42. 1630: 27.
— Idem Episcopatus conferatur benemerito Indigenae. 1569: 35.
— Eidem Ecclesiae provideatur de Episcopo. 1572: I: 8.
— Episcopi et Capituli gravamina contra officiales militares per Commissionem revideantur, et complanentur. 1618: 26. Eorundem gravamina contra Officiales Praesidiarios et Tricesimatores Jaurinenses per Commissionem complanentur. 1622: 49. 50.
Jaurinensis Episcopus ex medietate bonorum Episcopatus Jaurinensis Keszőensium gratuiti labores deputantur ad Pápa. 1635: 92.
— Eidem Ecclesiae praestentur Decimae et quartae ex bonis ad Austriam possessis. 1635: 61.
— Eidem Decimae restituantur. 1638: 57.
— Ad instantiam Episcopi Jaurinensis contra generalem Capitaneum loci ordinatur Commissio. 1647: 45.
— Episcopus executionibus, mulctis, et aliis involationibus Capitulum non gravet, beneficia diu vacare non permittat, de aquisitis eorum non disponat, Notarios non dirigat, sacristias et literas non violet. 1647. 102.
— Eidem exteri Decimas ex Promontorio Rustensi dependant. 1655: 63.
— Pro restauratione Episcopatus Jaurinensis ex pecunia Draskovichiana 10,000 floreni ordinantur. 1659: 5.
Jaurinensis Praepositus Judiciis Posoniensibus intersit. 1572: II: 5.
Jazyges et Cumani a viginti domibus unum peditem pro insurrectione statuent. 1681: 46. §. 10.
— subsunt Judicatui Palatinali. 1715: 34.
— a singula porta palatinali unum equitem statuant. 1741: 63. §. 11.
— Palatino ter mille aureos annue solvent. 1751: 2. 25. 1791: 5.
— in suis privilegiis confirmantur. 1751: 25. 1791: 29.
— duos nuncios ad Comitia Regni mittere possunt. 1791: 29.
— in necessitate juxta privilegia sua militem statuant. 1802: 1. §. 3.
— ad Insurrectionem concurrent, pedites tamen, quos statuere debent, ad equitatum transferri possunt. 1805: 1. §. 13.
— a singulis ter mille florenis proventuum, unum equitem ad Insurrectionem statuent, officiales pro equitibus ipsi deligent, et Nobiles in eorum gremio existentes ad eorum cassam concurrent. 1808: 2. §. 14.
— pro interna securitate armatas cohortes tenebunt. 1808. 2. §. 15.
— exercituationem et lustram modo pro Comitatibus praescripto peragent. 1808: 3. §. 22.
— Districtus pro Musaeo Nationali confert 3694 florenos 14⅞ xr. 1827: 35.
— In eodem Districtu pro clavi commassationis deservit, actuali cujusvis possessorio correspondens redemtionalis summa. 1830: 3. §. 3.
— Districtus nomine proprio et sub sigillo districtuali cum Regni Dicasteriis et Jurisdictionibus immediate correspondet. 1836: 22.
— In eodem Districtu relate ad judicatum concursualem praevigens usus retinetur. 1840: 22. §. 1.
— Incolae a depensione taxae stationalis in nundinis immunitantur. 1840: 28.
— In hoc Districtu ad effectum commassationis requisitae dimensionis et classificationis expensas compossessores a proportione possessorii sui ferre obligantur. 1840: 30. §. 4.
— In eodem Districtu tria jugera possidens ad structuras publicas uno die curru et jumentis laborare debet, qui 15 jugeribus minus possidet, singulam vecturam tribus manualibus laboribus reluere potest, qui vero nullum fundum colonicalem sed solum domum possidet, sex diebus, domo carens autem tribus diebus manuales labores praestare obligatur. 1844: 9. §. 9.
Ibrányi Franciscus ad Commissionem limitaneam. 1582: 6.
— Ladislaus Commissarius pro abolendis teloniis siccis. 1635: 72.
— Volfgangus ad Commissionem limitaneam. 1807: 31.

Icones, numi, arma familiarum, mappae, manuscripta et bibliotheca per Comitem Franciscum Széchényi Musaeo Nationali donata inarticulantur. 1807: 24.
— gentilitiae sequestro judiciario affici nequeunt: 1840: 15. II: §. 154. f).
Jekelfalusy Josephus pro Academia Militari Ludovicea offert viginti mille florenos. 1808: 7. §. 18. Idem ad Commissionem limitaneam. 1812: 4. Idem pro Musaeo Nationali offert 8333 florenos 20 xr. 1827: 35.
Jellachich Ignatius pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
— Joannes pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1812: 2.
— Joannes Nep. offert mille florenos. 1812: 2.
— Stephanus Protonotarius ad Commissionem limitaneam. 1687: 15.
— Stephanus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
— Vincentius offert bis mille florenos. 1812: 2.
Jellechich Georgii Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Szécsen. 1622: 36.
Jerebicz praedicatum familiae Stehenich. 1751. 1765. Concl.
Jerkeö oppidi Salinarii praeter loca inductionis nuspiam tributa solvant. 1655: 109.
Jenő arcem cum bonis Turcis ereptam Princeps Transylvaniae Domino terrestri restituat. 1596: 35.
Jesuitae Conventum Thurocz possidentes, eundem pro expeditionibus quatuor sacerdotibus saecularibus et Notario provideant, qui curam expeditionum literarum, et non Jesuitae in eodem Conventu habeant. 1599: 35.
— ut jura possessionaria in Hungaria habeant, Hungari non consentiunt. 1606: 8. Pacif. Vien. 1608: 8. ante cor.
— in Regno pro receptis et stabilitis declarantur. 1687: 20.
— in Comitiis Regni votum et sessionem habeant. 1715: 73.
— Eorum provincia dividatur. 1741: 33. 1751: 10.
Jeszenák Joannes Baro libros et mappas militares e bibliotheca sua offert Academiae militari Ludoviceae. 1808: 7. §. 18.
— Idem ad Commissionem limitaneam. 1836: 32.
Jeszenicze in possessione Evangelicis templum restituatur. 1647: 6. §. 8.
Jeszenovácz, Drenovbok, Krapje et Puszka possessiones, quod Confinio Banali incorporatae sint, Status et Ordines gratias agunt. 1807: 25.
Jeszenovecz capitalis tricesima. 1715: 91.
Jeszenszky Michael Protonotarius, Commissarius ad fluvium Vagum. 1687: 16.
— Nicolaus Vice-Comes Comitatus Arvensis ad Commissionem limitaneam. 1715: 39.
— Pauli Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Trenchin. 1622: 36.
— familia pro Academia Ludovicea offert decem mille florenos. 1827: 18.
Jezerniczky familiae praedicatum de Eadem. 1791: 67.
— Carolus membrum Deputationis Juridicae nominatur. 1791: 67.
Ignatyásza intuitu, vertentes controversiae metales accommodentur. 1840: 33.
Ignem in sylvis tempore siccitatis excitans, si per eum damna causentur, qua incendiarius puniatur. 1840: 9. §. 12.
Ignobilis uxorem nobilem possessionatam ducens si violentiam patret, ut nobilis evocatur, et in uxoreis bonis fit executio. 1659: 70. §. 2. 1687: 18.
— in fundo dominali ab intestato deficientis vel notam incurrentis, omnia bona mobilia et immobilia Dominus occupat. 1715: 62.
— Idem contra Nobilem ad testimonium admittitur. 1729: 26.
Ignobili in causis criminalibus appellata conceditur. 1791: 43. 1836: 17.
— Idem in contractualibus et successionis negotiis contra Nobilem proprio nomine agere potest. 1802: 20.
— Idem in prohibito venans poena arbitraria plectatur. 1802: 24. §. 8.
— Idem praetensiones suas et personales laesiones contra quosvis proprio actoratu prosequi potest. 1836: 13.
— Idem bona nobilitaria aquirere potest. 1844: 4.
— Idem cujusvis officii publici gerendi capax declaratur. 1844: 5.
— Idem, si bona nobilitaria possideat, ad operas publicas concurrere obligatur. 1844: 9. §. 4.
Iháros-Berény possessionis gratuiti labores deputantur ad Kis-Komár 1618: 49. 1622: 36. 1630: 3.
Ikervár in loco tricesima erigi potest. 1649: 89.
Ikren in praedio relictae Nádasdyanae de patratis violentiis satisfaciat generalis Capitaneus Jaurinensis. 1638: 20.
Illési in praedio vineas possidentes incolae Balassa-Gyarmarthienses contributionem pro illis ad Cassam Comitatus Honthensis dependere obligantur. 1840: 37.
Illye *vide Kis-Illye.*
Illyésháza praedicatum familiae Illyésházy. 1606. Pacif. Vien. §. 2. 1608: 23. Concl. 1687. 1715. 1741. Concl. 1751: 26. Concl. 1766: 16. Concl. 1791: 67.
Illyésházy Casparus ad Commissionem limitaneam. 1625: 23. 1635: 56.
— Gabrielis et Georgii Comitum controversia inter possessiones Dobrassor et Baboth vigens, peremtorie determinetur. 1649: 88. Gabriel C. Commissarius pro abolendis teloniis sicis. 1655: 29.
— Georgius C. Dapiferorum Regalium Magister. 1659. 1662. Concl. Ex aresto Posoniensi dimittitur. 1681: 53.
— Joannes C. membrum Deputationis Juridicae. 1791: 67.
— Josephus C. Dapiferorum Regalium Magister. 1741: Concl.
— Nicolaus C. ad Commissionem limitaneam. 1687: 15. Cancellarius Aulicus. 1715: 39. 1723: 17.
— Stephanus conqueritur contra viduam Petri Erdődy et filios ipsius Thomam et Petrum, quod portionem castri Körmend violenter occupaverint. 1558: 22. Commissarius limitum a Danubio usque ad Comitatum Lyptoviensem. 1538: 10. Circa Austriam. 1588: 33. Circa Poloniam. 1599: 44. Appellationibus intersit. 1588: 30. Perceptor Contributionum in Comitatibus Cis- et Ultra Danubianis. 1593: 8. 9. Polonicae Confoederationis Commissarius. 1596: 60. Uxoris ejus causa componatur. 1606: 12. 14. Pacif. Vien. Palatinus Regni. 1608: 19. post cor. Literae adjudicatoriae contra ipsum cassantur. 1608: 23. post. cor. 1613: 37.
— Stephanus C. pro Academia Ludovicea offert viginti mille florenos. 1808: 7. §. 18. Idem ad commissionem de locis inclavatis. 1807: 28. Idem pro Musaeo Nationali confert 400 florenos et bibliothecam suam donat. 1827: 35. 1836: 38. Idem ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
Illos Josephus pro Erudita societate Hungarica confert 42 florenos. 1840: 42.
Illyrico ex genere ortum ducere C. Zdenkonem a Sampach recognoscitur. 1625: 65.
Illyrica Cancellaria suffertur. 1792: 10.
Ilmicz possessionis pars Comitatui Mosoniensi incorporatur. 1802: 13.
Imagines destruens puniatur per Regem. 1553: 7.
— gentilitiae sequestro judiciali affici nequeunt. 1840: 15. II: §. 154.
Imbsen Joannes Theodorus, Vilhelmus et Conradus fiunt indigenae. 1715: 135. §. 3.

Immobilia bona in executionem sumta, antequam vendantur, judicialiter conscribi, et aestimari debent. 1836: 15. §. 1—12.
— si in prima licitatione judiciali vendi nequirent, in secunda licitatione etiam infra pretium aestimationale abalienabuntur. 1836: 15. §. 13. 1840: 22. §. 60.
— si licitatione judiciali vendantur, omnis prioritas cessat. 1836: 15. §. 15.
— si ad ea cambiales intabulentur, ex his promanans praetensio illi Tribunali Cambiali subest, in cujus recinctu bona illa constituuntur. 1840: 15. II. §. 22.
— non nobilitaria concursui subjecta tantum subhastatione mediante vendi possunt. 1840: 22. §. 59.
— bonorum executione mediante venditorum summa, a pretio bonorum mobilium secerni debet. 1840: 22. §. 109.
Immunitas Ecclesiarum Parochialium conservetur. 1536: 51. 1557: 10. 1647: 102. §. 6.
— a teloniis lege defixa observetur. 1715: 97. §. 3.
— Regni conserventur. 1827: 3.
Impensionem Dominus terrestris de subditis laedentibus praestare debet, secus per Comitem, aut Judicem Nobilium evocatur. 1405. II: 10.
— Eam praestet Dominus de subdito proventus Regios turbante. 1609: 16. §. 2.
— Eam si Dominus praestare nollet, contra eum jure agatur. 1609: 16. §. 4. 1613: 23. §. 12. 13.
— Ea de rustico minorenni ante duodecimum aetatis annum peti non potest. 1613: 23. §. 14.
— Eam praestet Civicus Magistratus de cive violentiam patrante. 1618: 60. 1662: 33.
— Eam servorum et colonorum judicat Comitatus. 1715: 28. §. 1.
— Eam Dominus terrestris intra praefixum terminum praestet, et hunc nonnisi bis differre potest. 1729: 41.
Imperator in judicando sequitur veritatem. Prol. 16. §. 3.
— Idem non adstringitur legibus. II: 5.
— Idem decidit litem inter Hungariae et vicinum Regem, si intuitu limitum inter se convenire non possent. 1550: 46.
— nomen gerentis legionis equestris officiales pro Academia Ludovicea offerunt mille ducentos florenos. 1812: 2.
Imperiales seu Thaleri ejusdem ligae, cujus Viennenses sunt, cudantur. 1553: 23.
— ad ligam quatuordecim lotonum cudantur. 1554: 17.
— Eorum exportatio e Regno interdicitur. 1555: 8. §. 6. 1609: 38. 1625: 41.
— Iidem pro centum viginti denariis per totum Regnum acceptentur. 1625: 39. §. 3.
Imperium Romanum pro fabrica, stipendiis, annona, armisque confiniorum more veteri sumtus conferat. 1630: 2. 1659: 2. §. 2. 1662: 14.
Impetitores legitimi dicuntur, processu juris agentes. I: 75.
Impetrator bonorum Jus Regium specificare debet. I: 24.
— Idem si in comprobando Jure Regio succubuerit, in aestimatione bonorum convincetur. I: 25.
— Idem ex nota infidelitatis non comprobata, in perennali bonorum aestimatione convincitur. I: 25. §. 1.
— Idem ex defectu seminis in proba deficiens, latenti Jure Regio Causam prosequi potest. I: 26. 27.
— Idem si concordat cum contradictoribus, etiamsi pecuniam solvat, bona talia non concernunt sexum foemineum. I: 28.
— ex Jure Regio bona impetranti, literae statim per Incattum produci non debent. I: 31.
— intra annum curet se statui. I: 32.
— vel adoptivus frater, se in bonis prae alicujus manibus existentibus statui, ac una possessorem ad levationem pecuniae admoneri curans, vel simpliciter evocans, poenam calumniae non incurrit. II: 71.
Impetrator novam Donationem a Rege non accipit, si impetratis ex nota infidelitatis bonis, infidelis se purgavit, vel Rex ei gratiam contulit. 1404: 12. 13.
— ex Jure Regio si in proba deficiat, in aestimatione bonorum convincitur. 1439: 24. §. 2.
— latens Jus Regium haud edocens in aestimatione bonorum convincitur. 1464: 11. 1492: 62.
— facta per legitimos possessores contradictione, possessionem non adit, secus in aestimatione bonorum convincitur. 1478: 8. 1492: 59. 1655: 91.
— si non obstante contradictione vi bona adiit, per Comitem monetur, ut recedat, non obediens in communi bonorum aestimatione convincitur, et e bonis ejicitur. 1486: 22. 1492: 59.
— intra annum jura sua docere debet, si contradictoribus in possessorio existentibus, dominium bonorum adire non possit. 1486: 27. §. 1.
— de manibus contradictoris bona jure requirit, si contradictor ea ultro retineat. 1486: 27. §. 3.
— contra contradictores nomine proprio, non nomine Regis litem promovebit. 1492: 61.
— bonorum, ob adhaesionem rusticis amissorum, si talia restituat, ut complex punitur. 1514: 35.
— Idem si ob metum Turcarum in facie bonorum statutio peragi non posset, in vicinia statui potest. 1563: 45.
Vide Bona.
Impignorata bona remittere nolens, amittit bona et pecuniam, et insuper in tanta summa convincitur. I: 80. II: 24. 1486: 25. 1492: 65: 1638: 29.
Impignoratio si fiat, admonitio filiorum et filiarum bona concernentium fieri debet, secus communi aestimatione talia reluere possunt. I: 60. §. 5. 9.
— bonorum est juris proprii temporalis ad utendum alteri concessio. I: 81.
— bonorum non excludit propriaetatem et perpetuitatem jurium possessionariorum. I: 103.
— conditiones in literis expressae serventur. 1635: 90. 1647: 125. 1655: 52. 1723: 48.
— usque ad 1200 fl. in Comitatibus adjudicari possunt. 1649: 41. Jam usque ad summam indefinitam. 1729: 35. §. 1.
Impignoratitia bona per defectum impetrari possunt. I: 27.
— vicini quoque redimere possunt. I: 60.
— in bonis praescriptio non currit. I: 82.
— super bonis literae antiquae non valent. I: 82. §. 8.
— bona utrique sexui deserviunt, etiamsi nomen uxoris, seu uterque sexus haeredum in literis obligatoriis et impignoratitiis non contineatur, et aequaliter inter conjugem, filios, filiasque, ac fratres indivisos, instar aliarum rerum mobilium dividuntur. I: 102. §. 3.
— non computantur in haereditatem, sed post redemtionem in pecunias convertuntur. I: 102. §. 4.
— super bonis Literae Fassionales, sub propriis etiam sigillis confectae, in omni judicio valeant. 1655: 52. §. 2.
Impopulatio praediorum non impediatur. 1723: 18.
— regni procuretur, concessa extraneis libertate sexennali. 1723: 103.
Impopulationales Contractus futurae terrarum regulationi obstare nequeunt. 1836: 8. §. 7.
Improtocollatio emtionis et venditionis fundorum colonicalium absque taxa fiat. 1836: 4. §. 7.
— firmae apud Tribunal Cambiale vel concernentem Jurisdictionem institui potest. 1840: 15. II. §. 27. 28.
— firmae apud concernentem Jurisdictionem instituta via Consilii L. R. regnotenus publicari debet, et intuitu cambialium propriarum nullam praerogativam tribuit. 1840: 16. §. 7. 8.

Impuberes dicuntur illegitimae aetatis. I: 115.
Imreffy Joannes Legatus Principis Transylvaniae. 1608: 19.
Incattus coram Tribunali Cambiali non comparens aut si compareat, et contra asserta Actoris nullas exceptiones faciat, Deciso mediante convincitur. 1840: 15. II. §. 118. b).
— ad Tribunal Cambiale evocatus, si domo abfuerit, et exhibitio citatoriarum personaliter peragi non potuerit, pro adornanda illius defensa Judicium Curatorem absentis constituet. 1840: 15. II: §. 210.
— ubicatione ignota, evocatoriae portis Tribunalis Cambialis affigentur, et medio ephemeridum patriarum ternis vicibus promulgabuntur, et si ille non comparuerit, Curator absentis constituetur. 1840: 15. II: 214.
Incendiarii publici olim notam infidelitatis incurrebant. I: 14. §. 7. 1462: 2. §. 6. 1492: 107. 1495: 4. §. 6.
— capti, etiam per oppida, villas, et Nobiles non privilegiatos puniri poterant. III: 32. §. 2.
— publici vivi cremabantur. 1723: 11. §. 13. a. 109.
— privati sed malitiosi comburantur. 1723: 11. §. 13. a. 109.
Incendia ut praecaveantur, Consilium Locumtenentiale Regium curabit. 1723: 119.
— exorto, quivis absque discrimine conditionis cum suis hominibus et vecturis ad labores publicos concurrere obligatur. 1844: 9. §. 20.
Incestuosus olim notam infidelitatis incurrit. I: 14. §. 6. 1462: 2. §. 14.
— in primo et secundo gradu caput amittant. 1723: 11. §. 3.
— in tertio et quarto gradu, duorum annorum carcere puniantur. 1723: 12. §. 2.
Inclavatis de locis occurrentes quaestiones pertractationi Commissionis articularis suberunt. 1807: 28. 1836: 27. 1840: 35.
— locorum intuitu exmissa Commissio articularis quinque disinteressatis membris constet, in locum decedentium Palatinus Regni alia nominet, decisa sua Commissio ante procuratum eorundem effectum in proximis Comitiis referat. 1836: 27.
Indebita Actio post receptionem oneris deponi nequit. II: 83.
— in prima instantia deponi potest cum onere. 1547: 23.
— Actio fit etiam in causis homicidiorum. 1588: 43.
— fit ratione violentiae, dum quis indebite agit. 1613: 23. §. 3.
— centum florenis recompensatur. 1613: 23.
Independentia Regni Hungariae et partium eidem adnexarum manuteneatur. 1791: 10.
Indiarum orientalium et occidentalium Insularum, ac Terrae Firmae, Maris Oceani etc. Rex, titulus Caroli VI Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.
Indigenae juramentum de tuendis regni libertatibus deponant. 1550: 77. 1559: 55. 1563: 77. §. 5. 1575: 18. 1578: 38. 1583: 3. 1593: 23. 1600: 29. 1603: 15. 1604: 19. 1622. 79. §. 4. 1625: 66. 1635: 93. §. 3. 1638: 73. 1647: 155. §. 11. 1649: 102. §. 3. 1659: 131. §. 7. a. 133. 1662: 55. §. 4. 1681: 82. §. 26. 1687: 27. §. 5. a. 29. §. 23. 1715: 135. §. 28. a. 136. §. 24. 1723: 127. 129. 1729: 49. 1741: 66—70. 1751: 40. 1764: 46. 47. 1791: 69. 1802: 24.
— ante extraneos, etiam Nobiles, bona civilia praeemere possunt. 1655: 34.
— si privilegia sua in Cancellaria non redemerint, pro receptis non habeantur. 1659: 133. §. 27. 1681: 82. §. 26. 1687: 29. §. 23. 1715: 132. 1723: 127. 1764: 46. 47.
— nisi juramentum et taxam deponant, bona possidere nequeunt. 1715: 23. 1791: 69.
Indigenae bis mille aureorum taxam solvant. 1741: 41.
— insurgere obligantur. 1808: 2. §. 1.
Indigenatus taxa in moneta aurea dependatur. 1827: 37.
— taxam bis mille aureorum intra duos annos haud persolventes e catastro indigenarum expungantur. 1827: 37. §. 1.
— neoreceptorum inarticulatio nonnisi post persolutam receptionis taxam locum obtineat. 1830: 17. §. 1.
Indorsatum cambialium est dorso, aut paribus cambialium superinducta transscriptio. 1840: 15. I. §. 28.
— legali vi pollet, etiamsi cambiales plene falsae sint. 1840: 15. I. §. 39.
— si quodpiam falsum sit, vel falsificatum aut a tali persona originem trahat, quae activitatem faciendi indorsati non habuit, Inhibibitioni locus est, Trassatus scilicet, vel adressatus admonetur, ne cambiales acceptet, aut exsolvat. 1840: 15. I: §. 176.
— in serie si hiatus occurrat, Trassatus cambiales ad rationem illorum, qui tales vigore indorsatorum hiatum insequentium aquisiverunt, exsolvere vetatur, sed si proprietarius cambialium has Tribunali consignet, Trassatus summam cambiariam ad manus judiciarias deponere obligatur. 1840: 15. I: §. 172.
Induciarum violatores Actione Fiscali conveniantur. 1536: 52.
— vel pacem Rex cum Turcis per Legatos Hungaros ineat. 1546: 4. 1553: 3.
Industrialis taxa 30 crucigerorum a singulo jugero fundorum extrasessionalium in Banatu pendenda porro quoque stabilitur. 1836: 7. §. 2.
— societatum Contractus apud Tribunal Cambiale improtocollari debent. 1840: 15. II. §. 18.
Infamia punitur Nota infidelitatis. I: 15:
— proditio fraterni sangvinis. I: 39. §. 2.
— punitur mala administratio tutelae. I: 123. §. 2.
— perjurium et laesio honoris. II: 30.
— qui Mandata Regia in juridicis citra sufficientem rationem non observat. 1563: 78. §. 3. 1625: 4.
— res ad fideles manus depositas non restituens. 1622: 16. 1638: 28. 1647: 106.
— literas falsas conficiens, aut iis scienter utens. 1723: 12.
Infamis testimonium perhibere nequit. 1486: 14. §. 5.
Infanticidae per Magistratus puniantur, non obstante praerogativa nobilitari. 1625: 6.
— caput amittant. 1723: 11.
Infidelibus arma subministrans notam incurrit. I: 14. 1723: 9. §. 8.
— Regni, aere vel hospitio juvans bona amittat. 1404: 20.
— ad castra et fortalitia non admittantur. 1435. II: art. ult. 1486: 47. 1492: 83.
Infirmi insanabiles excusantur ab onere tuitionis. I: 122. §. 5.
— ad Insurrectionem pro persona sua statuant equitem, et alium a singulis viginti colonis. 1542: 42. Neoz. 1545: 13. 1622: 21. §. 6. 1662: 5. §. 19. 1681: 46. §. 19. 1808: 2. §. 10.
— et imbecilles ad insurrectionem ire non cogantur. 1566: 18. §. 5. 6. 1808: 2. §. 7.
Vide Insurrectio.
Infirmitas valida est et rationabilis excusatio in judicio. II: 59.
Informationem petat Judex Regni ordinarius, antequam Mandatum expediat. 1630: 12.
— Regi per Consilium Locumtenentiale Regium praestabunt Comitatus et Civitates, quas si neglexerint, Consilium Regi repraeseutet. 1723: 112.

Ingerens nexum cum principali actore, si Incattus eum negaverit, docere debet. II: 84. §. 4.
— si partes collitigantes ante latam finalem sententiam amice conveniant, vel si actor liti cedat, causam continuare non potest. II: 85. §. 1. 2. 3.
Ingessio semper fit in Judicio, admittiturque in Causis bonorum et haereditatum. II: 84.
— ruit, Actore ante definitivam sententiam liti cedente, vel eam deponente, vel cum adversario concordante. II: 84. §. 2. 3.
— competit non citatio, si usum in sylvis habeat, et si cnmpossessor non sit, si Actio ad proportionem usus sylvarum movetur. 1807: 21. §. 12.
Inhibitio in restitutione bonorum occupatorum non suffragatur. 1542: 4. 8. 1552: 27. 1553: 21.
— est juridicum remedium, per non venientiam Sententiati cum inhibitione. 1550: 55.
— faciens, si in judicio adsit, in emenda convincitur. 1550: 55.
— violento bonorum occupatori non opitulatur. 1563: 44.
— juramentorum et inquisitionum ante octavam diem fit. 1569: 53.
— decimam injuste desummentis, occasione executionis locum non habet. 1574: 23.
— in causa pignoratitia locum non habet. 1618: 62.
— in causis divisionalibus inter fratres carnales non admittitur. 1618: 69.
— plenipotentiarii vel procuratoris revocati nihil opitulatur, si revocatio ipsi insinuata non fuit. 1729: 24. §. 8.
— facit Judex Nobilium cum Jurassore, vel Tabulae Regiae Juratus Notarius. 1807: 8. §. 6.
— utendum erit, si indorsatum quodpiam cambialium falsum sit, vel falsificatum. 1840: 15. I. §. 176.
— in consequentiam, si cambiales non acceptentur, hoc in instrumento protestatorio specialiter designetur, praeferens contra Inhibentem regressus formabitur, et hic cautionem praestare obligatur. 1840: 15. I. §. 177.
— post acceptationem cambialium facta, omnia illa observentur, quae intuitu hiatus constituta habentur. 1840: 15. I. §. 178.
— in sequelam, si summa cambiaria ad manus judiciarias deponatur, judicium desuper documentum subscriptione et sigillo muniendum adornabit. 1840: 15. I. §. 181.
— in consequentiam facta summae cambiariae ad manus judiciarias depositio Inbibenti nota reddi debet. 1840: 15. I. §. 183.
— cambiariae ad legitimationem Inhibens Actionem suam contra Praesentantem intra 14 dies promovere obligatur, secus pecuniae Praesentanti, et quietantiae cambiales Deponenti tradentur. 1840: 15. I. §. 184.
Inimici patris excusantur a tutela. I: 122. §. 6.
— sunt suspecti, et ideo non admittuntur ad perhibendum testimonium. I: 123. §. 8.
Iniquitatem patris filius non portat, nec e contra. I: 79. et II: 60.
— in crimine laesae Mejestatis portat. 1715: 7.
Injuria verbalis est, cum quis contumelia afficitur. II: 72.
— in primis octavis vindicantur. 1486: 6. 1492: 11. 16. et 1498: 9.
— ne miles inferat, Capitaneus caveat, et illatas vindicet. 1543: 23.
— inter Ferdinandi et Joannis Regis subditos patratae amnestiantur. 1552: 19.
— regnicolis officiales regii non inferant. 1557: 19.
— per milites Uskokos illatae. 1635: 37.
— verba in Sede Judiciaria proferens convincitur. 1635: 37. 38.
— damna, violentiae nemini inferantur. 1681: 74.
— vel est realis, vel personalis, vel mixta. 1723: 94.
— personali Dominum Terrestrem, aut hujus hominem afficiens colonus judicio sedriali submittatur. 1836: 10. §. 2.
Inkey Adamus offert pro Academia militari Ludovicea 2000 florenos. 1812: 2.
— Emericus pro Erudita Societate offert mille florenos. 1827: 12.
— Franciscus ad Commissionem limitaneam. 1812: 4.
— Joannes pro Academia Ludovicea offert 2500 florenos. 1812: 2.
Innocens condemnandus non est. Prolog. 6. §. 8.
— in violentiis dominus juramento purget. 1435. II: 6. 1486: 15.
Inquilini fundos habentes taxentur. 1478: 4. §. 4.
— uxoratus Domino annue solvit unum florenum. 1514: 13.
— tributum solvere obligatur. 1537: 7. 1542: 27. Neoz. 1543: 46.
— Iidem subsidium belli solvant. 1601: 3. 1608: 14. 1609: 62. §. 5. 1613: 13.
— Iidem jumenta non habentes sedecim unam portam constituant. 1647: 36.
— Iidem sextam proventuum et centesimam mobilium valoris partem pro subsidio belli non dabunt. 1807: 2. §. 3.
— fundi minima extensio in 150 orgiis defigitur. 1836: 5. §. 8.
— octo de pascuo unius integrae sessionis competentiam obtinebunt. 1836: 6. §. 3. 1840: 7. §. 3.
— et subinquilini ad duplicandam robottam adigi nequeunt. 1836: 7. §. 5.
— domiciliati tenentur per annum operis manualibus octodecim. 1836: 7. §. 5.
— in Comitatibus Posega, Verőcze, et Szerém manuali labore 12 diebus servire obligantur. 1836: 7. §. 5.
— titulo annui census Domino unum florenum solvant. 1836: 7.
— domum non habentes 10 diebus servire tenentur. Ibidem.
— in fundis curialibus aut praediis degentes a conventione cum Dominio in eundem pendent. 1836: 7. §. 12.
— mediam orgiam lignorum in sylva consecare tenentur. 1836: 7. §. 8. 1840: 7. §. 8.
— exustio cremati admittitur. 1840: 7. §. 2.
— viduae, et filiae in capillis existentes, nec non eorum filii infra annum 18., prout et inquilini 60 aetatis annum superantes ad labores publicos stringi nequeunt. 1844: 9. §. 8.
— domum possidens ad operas publicas annue sex diebus, domo vero destitutus annue tribus diebus laborare tenetur. 1844: 9. §. 3.
Inquisitio in actibus potentiariis penes cujusvis Capituli vel Conventus testimonium peragi potuit. II: 21. §. 3.
— communis est, quae a commetaneis et vicinis expetitur. II: 27.
— requisita sunt: aetas, libertas, modalitas, conditio, et juramentum. II: 27. §. 2.
— nomina testium, aetas, conditio relatoriis per capitularem vel conventualem inseruntur. II: 29.
— ad requisitionem unius partis facta, absque turbatione alterius, reiterari non potest. II: 31.
— juramento terminatur. II: 32.
— communis celebratur convocatione commetaneorum, vicinorum et comprovincialium. II: 32. §. 1.
— in violenta bonorum occupatione penes literas praeceptorias instituebatur. 1351: 23. 1435. II: 4. §. 2. 3. 1492: 53.
— Actoris in actu potentiario si rejecit reus, Actor in hujus caput jurare debebat. 1486: 15. §. 3.
— Eam non jurati Nobiles, sed Comites vel Judices Nobilium penes testimonium Capituli vel conventus, aut Hominis Regii peragebant. 1492: 53.
— intuitu querelarum contra Tatensem et Comaromiensem Capitaneum faciat Palatinus. 1618: 6. 1622: 54.
— contra Malefactores. 1618: 66. 1622: 64. 1625: 13. 16. 1638: 60. 1655: 43.

Inquisitionem si impediat Capitaneus, vel Vice-Capitaneus confiniorum, in centum florenis toties quoties convincatur. 1618: 67. 1635: 48. 1638: 60.
— praemittatur, antequam ex delicto contra aliquem procedatur. 1630: 40.
— Eam peragentes verberans vel vulnerans, actum majoris potentiae, si tamen Ecclesiasticus vel foemina sit, poenam emendae capitis incurrit. 1723: 10. §. 7.
— Eam peragentem in causa colonorum profugorum occidens caput amittat. 1723: 11. §. 6.
— intuitu profugorum colonorum per quascunque legales personas libere peragi possunt. 1723: 60. §. 6.
— Ea causantibus non in origine sed in paribus extradetur. 1729: 25. §. 2.
— in querela urbariali faciat Magistratualis. 1792: 12. §. 2. 1796: 3.
— in querela urbariali factae Protocollo Comitatus inserantur. 1792: 12. §. 6. 1796: 3.
Inquisitoriae literae in Curia redimantur duodecim denariis. 1435. II: 11. §. 4. 1486: 76. §. 4. 1492: 98. §. 4.
— Eae in Cancellaria minori redimuntur denariis centum. 1486: 76. §. 10
— Eae communes redimuntur denariis centum. 1492: 98. §. 6.
— Eae redimuntur florenis duobus. 1609: 72. §. 8.
— Eae in Capitulo redimuntur denariis centum. 1609: 74. §. 10.
— Eae Judicum Regni ordinariorum redimuntur denariis centum. 1609: 72. §. 2.
Inscriptio est mixta Donatio pro servitiis et pecunia facta. I: 13.
— coacta, illegitima est nulla. 1536: 59. 1542: 40. Poson.
— qualis esse debeat. 1546: 60.
— nonnisi in Cancellaria Hungarica expeditae valeant. 1608: 9. ante cor.
— Bochkaii cassantur. 1609: 3. 1522: 8.
— causae coram Tabula Regia decurrant. 1723: 26.
Inscriptitia pura non subsunt dispositioni ultimi deficientis. 1715: 26. §. 2.
Inscriptionales literae in Cancellaria majori a singulis colonis denariis viginti quinque redimantur. 1609: 73. §. 2.
— super bonis per Bochkaium editae per Palatinum revideantur. 1622: 9.
— literas cum insolitis clausulis Cancellaria Hungarica non expediat. 1647: 122.
— literae etiam statutione non firmatae valeant. 1647: 125.
— contractus regulationem terrarum urbarialem impedire nequeunt. 1836: 8. §. 7.
Insidiator vitae amissione bonorum et vitae puniatur. 1723: 11. §. 10.
Insigne Regni Hungariae quatuor fluvios exhibet. I: 11. §. 3.
Insinuatio successit trinae forensi proclamationi. II: 18. §. 7.
— praemittatur, si causa vetusta resuscitetur. 1574: 16. §. 1.
Inspectionem supremam in seminariis, convictibus, collegiis, Rex Apostolicus sibi reservat. 1715: 74. 74.
— in fundationibus piis exercet. 1723: 70.
— in disciplinaribus, nec non fundationibus, et eleemosynis Evangelicorum Rex sibi reservat. 1791: 26. §. 4. 10.
— habet Rex super Academia militari Ludovicea. et curabit, ut individua apta huic instituto praeficiantur. 1808: 7. §. 2.
Inspectores Academiae militaris Ludoviceae sint bene meriti Officiales Hungari, scientiarum militarium gnari. 1808: 7. §. 10.
Instructionem pro Legatis ad Comitia Imperialia mittendis Status et Ordines dabunt. 1613: 43.
— Commissariis limitaneis dabit Rex. 1622: 57.
— Capitaneis dentur legibus regni conformes. 1622: 23. 1649: 8. 1655: 7.
Instructionem Legatis dabit Palatinus. 1647: 73. 1655: 17.
— detur officialibus tyrones seligentibus, ne formam et mensuram, sed corporis structuram respiciant. 1807: 1. §. 3.
Instrumenta falsa procudentes, vel iis scienter utentes notam infidelitatis incurrebant. I: 14. §. 3. 1462: 2. §. 2. 1723: 11. §. 10.
— literalium valorem judicat Tabula Regia. I: 29. 1715: 28.
— literalia frater senior conservat. I: 42.
— conservans frater bona condivisionalium tuetur. I: 42. §. 4.
— transumta, filiae super bonis utrumque sexum concernentibus extradentur. I: 42. §. 3.
— Eadem violenter auferentes ad Judicium Personalis absque omni prorogatione evocari possunt. 1462: 1. et 1464: 7.
— Eadem amittentibus conferatur nova Donatio. 1464: 20. 1545: 38. 1715: 70. §. 2.
— Ea vidua dotalista sub juramento tenetur haeredibus restituere. 1618: 61. 1622: 67. 1647: 105. 1655: 25.
— Ea occupatores bonorum cum bonis eodem termino restituere tenentur. 1622: 14.
— Talia se habere negantes jurent, secus perpetuae evictioni obnoxiantur. 1622: 14. §. 3. 4.
— Talia sub juramento reddere nolens, toties quoties in quingentis florenis convincatur. 1659: 43.
— Ea Fiscus cum occupatis bonis restituat. 1681: 38.
— Ea an in origine vel in authenticis paribus, fragmento, vel signatura, an improtocollata, vel secus in Archivo reperiantur, Capitulum vel Conventus exprimere obligatur. 1723: 42. §. 2.
— literalibus nomen Capitularis vel Conventualis, dies, mensis, annus et locus emanationis inseri debent. 1723: 39.
— uti sunt Relationes, Executiones, Fassiones intra annum etiam citra Mandatum requisitorium Capitulum vel Conventus extradabit. 1723: 42. §. 6.
— Capitulum vel Conventus ad requisitorium mandatum sub poena 500 florenorum extradabit. 1723: 43. 1764: 11. 1807: 14.
— privatorum apud Cameram Regiam reperibilia vel privatis, vel ad loca credibilia, unde emanarunt, restituantur. 1723: 45. 1729: 13.
— literalia privatorum apud Cameram Regiam reperibilia, in Archivo Regni conserventur, et petentibus successoribus extradentur. 1723: 45. §. 3. 1729: 13.
— loca authentica regestrent. 1764: 11.
— Capitula, Conventus et Comitatus regestrare tenentur. 1764: 11. 1807: 14.
— per litigantes Judicio Nundinali exhibita, penes Protocollum tamdiu in origine asservabuntur, donec his judicialiter vidimanda paria expensis partium substituantur. 1836: 18. §. 12.
— oeconomica ex agris, pratis, hortis, vineis sufferens, praeter simplicem expensarum et duplam damnorum refusionem etiam qua fur puniatur. 1840: 9. §. 14.
Insurrectio Nobilium ultra limites Regni cogi non potest. 1222: 7. 1439: 3. §. 3. 1490: 18. 19.
— Extra Regnum nonnisi stipendiis regiis militare tenetur. 1222: 7. 1490: 19. 1495: 17. 1649: 3. §. 9.
— Ea si generalis necessaria fuerit, a triginta tribus colonis integrae sessionis unus armatus eques statuatur. 1435. I: 2.
— Ad eam colonis carentes, in persona equis et armis instructi, si vero dominos praesentes habeant, cum iis uti praediales comparebunt. 1435. I: 3. 1454: 4. §. 3.
— Qui in banderio Regali vel Baronis, horum stipendiis militant, ad banderium Comitis, in cujus Comitatu sunt, alios statuere tenentur. 1435. I: 4.
— Eam sequi nolens, vel tarde comparens, vel absque licentia Capitanei praemature abiens, possessiones suas amittat. 1435. I: 7.

Insurrectio Generalis proclametur, quando miles stipendiarius hosti resistendo non est, vel si hostis praedetur. 1439: 3. §. 1. 2. 1492: 17. 18. 1498: 18.
— Eam in persona sequi non debent: morbidi, senes, patres pluribus minorennibus prolibus gravati, unici filii, ecclesiastici, religiosi, animarum curatores, officiales publici, et dicasteriorum membra, professores, medici, chirurgi, viduae, orphani minorenes, et in statu militari jam existentes. 1454: 4. §. 4. 5. 1523: 41. 1542: 42. Neoz. 1808: 2. §. 7.
— Ea Judicia omnia tam saecularia, quam ecclesiastica suspendit. 1454: 10. 1458: 4. 1518: 17.
— Eam fugiens Nobilis bona amittat, colonus capitali sententiae subsit. 1454: 13.
— Ad eam Ecclesiastici duo beneficia possidentes, ex utroque concurrant. 1471: 13.
— Ab ea nemo se pecuniis redimere potest. 1478: 3. §. 2.
— Eam ducit Palatinus qua Capitaneus generalis. 1481: 4.
— Generalis indicitur, si miles stipendiarius ad reprimendum non sufficiat. 1492: 19. 1498: 17.
— Ad eam banderium unum statuet Vajvoda Transylvaniae, Comes Siculorum, Banus Croatiae et Temesiensis Comes. 1498: 21.
— Ad eam Praelati decimas habentes, sub nota infidelitatis concurrere et militare debent. 1504: 24.
— Ad eam Nobiles, Magnates, Praelati, Barones in persona et quidem ultra 50 sessiones habentes lorica et galea instructi, et a viginti sessionibus unum equitem lancea et clypeo instructum statuent. 1518. 2.
— Ad insurrectionem personalem Nobiles servientes loco sui alios statuant. 1518: 5.
— Ad eam e fratribus et filiis indivisis nonnisi unus comparere tenetur. 1523: 20.
— Ad eam Nobilis loco alterius comparens, loco sui alium statuat. 1523: 20.
— Ad eam Praepositi saeculares personaliter compareant. 1523: 42.
— Ad eam gentes maximo numero educant Barones, Praelati, et Nobiles. 1525: 9. 11.
— Ad eam Nobiles omnes parati esse debent, ideo Nobiles per Comites conscribantur, et Locumtenenti praesententur. 1537: 14.
— Ad eam Status et Ordines Slavoniae, Croatiae, Dalmatiae, cum quinta colonorum parte semper parati sint. 1538: 4. 1601: 12. 1659: 85. 1662: 6.
— In ea Domini, Praelati, Nobiles penes Regem militabunt. 1542: 32. Neoz. 1546: 17. 1555: 6. 1556: 21. 1557: 2. 1574: 11. 1578: 10. 11. 1622: 21. 1630: 41. 1662: 5. 1681: 46. 1715: 8. 1723: 6. §. 3.
— Eam generalem Rex vel ejus filius comitetur. 1553: 3. 1566: 18. 1574: 11. 1575: 11. 1578: 10.
— Ea personalis Regi offertur. 1553: 3. 1566: 18. 1574: 11. 1575: 11. 1578: 10. 1595: 2. 1596: 7. 1741: 63. 1791: 65. 1805: 1. 1808: 2.
— personalis hactenus defixa lege observetur. 1554: 10. 1569: 24. 1574: 11. 1613: 18.
— partialis fiat juxta Decretum 1553. 1554: 10. 1556: 22. 1557: 2. 1574: 11. 1578: 10.
— Ea semper penes Regem vel Palatinum militabit. 1555: 6. 1622: 21. 1630: 41.
— Ad partialem insurrectionem Nobiles unius sessionis viritim ire cogantur 1566: 18. §. 3.
— generalis vel personalis tempestive indicatur. 1598: 20. §. 3. 1601: 10. 1622: 21. 1630: 41. 1635: 88. 1638: 15. 1662: 5. 1681: 46. §. 26.
— personalis redimatur quinquaginta denariis a domo, et uno equite a viginti domibus. 1602: 2. §. 1. a. 9. §. 1. 2. 3. 1603: 3. §. 2. 1604: 2. 7.
— partialis exigente Regni necessitate ordinatur, ad quam Magnates sub poena sexcentorum, Nobiles vero sub poena tercentorum florenorum comparebunt. 1601: 27. 1609: 65. 1613: 18. 1618: 56. 1622: 22. 1625: 10. 1630: 41. 1635: 88. 1638: 15. 1681: 47.
Insurrectionem ad, per Comites promulgatam pro lustra compareant Praelati, et Magnates sub quinquaginta, possessionati Nobiles sub viginti quinque, et Armalistae sub duodecim florenorum poena. 1659: 28. 1808: 3. §. 17.
— Ad eam Croatia, Slavonia, et Dalmatia juxta antiquam consvetudinem militabit. 1681: 66. 1741: 59. 1805: 2.
— et subsidium omne est objectum diaetale. 1715: 8. 1808: 2.
— ad personalem insurrectionem exigente necessitate haud comparens poena arbitraria plectatur. 1723: 12. §. 3.
— In ejus progressu et reditu, illi Comitatus, quos transennae contingunt, panem, foenum, et avenam eidem suppeditabunt. 1741: 63. §. 25. 1805: 1. §. 26.
— Eidem in ipso exercitu et castris servienti subsistentia et alimentatio ex Magazinis aerarialibus procurabitur. 1741: 63. §. 26. 1805: 1. §. 27.
— Insurgentis Equitis stipenpendium in quinque florenis defigitur. 1805: 1. §. 9.
— Insurrectionalis equitatus ad locum per Generales Districtuales indicandum comparere, semetque pro lustris sistere tenetur. 1805: 1. §. 14.
— Pro ejus intertentione Comitatus e taxatione Nobilium necessarium fundum conflabit, in repartitione tamen hujus oneris eorum, qui propriis suis sumtibus insurgunt, aut insurgentem statuunt, peculiaris habeatur reflexio, Nobiles vero pauperiores, qui pro aliis insurgunt, ab hac taxatione penitus eximantur. 1805: 1. §. 15.
— Insurrectionalis peditatus necessario amictu per jurisdictiones provideatur, arma vero et alia requisita castrensia, prout etiam intertentio eidem ex Aerario Regio subministrabuntur. 1805: 1. §. 16. 18.
— Ad eam militantes Armalistae a taxatione ad Cassam Comitatus Domesticam in perpetuum immunes redduntur. 1805: 1. §. 17.
— Ea in campum proditura per Comitatuum vexillo provideatur, atque in cohortes et centurias redigatur. 1805: 1. §. 19.
— Insurrectionis equestris officiales per Comitatus a proportione concursus eorundem denominantur. 1805: 1. §. 20.
— Insurrectionis pedestris officiales, usque ad Capitanei gradum, juxta specificationem Palatini Jurisdictiones denominabunt, in hac denominatione illorum, qui in militia, aut praeteritis insurrectionibus jam serviverunt, reflexio habeatur. 1805: 1. §. 21.
— Ejus Stabales Officiales erga concernentium Comitatuum propositionem, Palatinus Regni nominabit. 1805: 1. §. 21.
— Eadem ad limites Regni dislocata, aut ad castra deducta, vacantia officia Palatinus Regni denominatione sua supplebit. 1805: 1. §. 22.
— Eidem necessarium Stabum, rem tormentariam, et vecturariam Sua Majestas Sacratissima adjunget, et de ejus intertentioe providebit. 1805: 1. §. 26.
— Eadem necessitate id exigente extra Regnum prodire et pugnare obligatur. 1805: 1. §. 28.
— Pro eadem regulamentum lingva vernacula concinnetur. 1805: 1. §. 31.
— Ejus excessus praecaveantur, et per officiales puniantur. 1805: 1. §. 32.
— Pro ejus necessitatibus Cassa Generalis conflatur. 1808: 2. §. 23.
— Eadem a Palatino Regni dependebit, neque pro redintegratione legionum deserviet. 1808: 2. §. 17.
— Insurrectio Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae, Bano subsit. 1808: 5.

Insurrectione a personali exemtorum filii ab obligatione militandi non dispensantur. 1808: 2. §. 9.
— lustratio et exercituatio in generali Comitatus Congregatione determinetur. 1808: 3. §. 3.
— Eam Regna Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae juxta priorem usum statuant. 1808: 5.
— Ad lustrationem ejus non comparentes Magnates quinquaginta, possessionati Nobiles ac Armalistae opulentiores viginti quinque, unius vero sessionis Nobiles ac Armalistae pauperes duodecim florenorum mulcta punientur. 1808: 3. §. 17.
— Ejus leges disciplinares. 1808: 11.
— Insurrectionis Nobilium et Banderiorum pro meliori organisatione Deputatio Regnicolaris exmittitur. 1827: 16.
Insurrectionale juristitium non a lustratione, sed cum reali producendae Insurrectionis proclamatione ingruet. 1808: 3. §. 23.
— Concurrentialis Fundi post supputationem remansura interusuria in adjutorium Cassae Academiae Militaris Ludoviceae convertantur. 1827: 17. §. 2.
Intabulatio debitorum fiat coram illa Jurisdictione, cui bona adjacent, quae oneri subjiciuntur. 1723: 107. 1840: 21.
— coram uno Comitatu aut Jurisdictione facta, bona debitoris alteri Comitatui aut Jurisdictioni subjecta non feriet. 1840: 21. §. 2.
— coram particulari Congregatione Comitatus instituta, ab illa tantum generali Congregatione vigorem consequitur, qua Protocollum particularis Congregationis authenticatum est. 1840: 21. §. 3.
— in eadem generali Comitatus Congregatione institutae, quocunque ejusdem Congregationis die intabulata Documenta publicentur, pro eodem die institutis considerabuntur. 1840: 21. §. 3.
— Hae ut legali vigore polleant, ante praesentationem recursus pro concursu adaperiendo effectuari debent, tardius institutae intabulationes vigore destituantur. 1840: 21. §. 4.
— in eadem generali Congregatione aut coram Magistratibus uno eodemque die institutis datum obligatorialium prioritatem determinabit. 1840: 21. §. 5.
— in futurum tantum ad bona immobilia extendetur, contra bona mobilia debitoris deinceps nullo obtutu dirigi potest. 1840: 21. §. 6.
— hactenus effectuatae in omnibus jam apertis, aut intra triennium aperiendis concursibus, creditori etiam respectu mobilium debitoris bonorum prioritatem tribuunt. 1840: 21. §. 7.
— occasione, obligatoriales semper in origine improtocollabuntur: 1840: 21. §. 8.
— debitorum quoad bona nobilitaria et colonicalia tantum in generalibus Comitatuum Congregationibus, quoad bona civitatibus, Districtui item Jazygum et Cumanornm adsita in ordinariis Magistratus Sessionibus, in oppidis Hajdonicalibus in Congregatione Districtuali, denique relate ad substantiam montanam coram Judice montano et actuario effectuabitur. 1840: 21. § 1.
— Obligatorialium ante traditionem pecuniae facta, nonnisi ab illo tempore calculabitur, quo Obligatoriales effectiva pecuniae traditione realisatae sunt. 1840: 21. §. 10.
— Protocollum et Indicem quivis libere et absque taxae depensione inspicere potest. 1840: 21. §. 12.
— generales in generalibus Comitatuum Congregationibus in posterum etiam effectuari poterunt, et legalis harum vigor ad omnia sub jurisdictione ejusdem Comitatus constituta debitoris bona se extendet. 1840: 21. §. 13.
— generales in Civitatibus pro futuro locum non habent, verum immobilia debitoris bona singillatim et in specie designari debent. 1840: 21. §. 14.
Intabulationum liber in Civitatibus cum libro funduali coujungatur. 1840: 21. §. 15.
— modum in civitatibus vigentem si quis intuitu bonorum suorum nobilitarium inducere vellet, a generali Comitatus Congregatione Deputationem bona sua nobilitaria conscripturam expetere potest, super taliter conscriptis bonis Comitatus separatum Protocollum ducet, et Deputatio de realitate suae operationis respondere obligatur. 1840: 21. §. 19.
— systema Flumine vigens confirmatur. 1840: 21. §. 24.
— in specie gravatum possessorium in Comitatibus situm dum abalienatur, emtor occasione emtionis omnes illos creditores, qui praetensiones suas in specie ad illud possessorium intabulari fecerunt, certiorare et eos excontentare debet. 1840: 21. §. 20. 21.
— taxa a singulis obligatorialibus ducentos florenos non excedentibus in uno floreno triginta crucigeris, ab obligatorialibus summas ducentis florenis majores complectentibus in tribus florenis defigitur. Pro extabulatione nihil solvitur. 1840. 21. §. 23.
Intabulandae Obligatoriales super determinata summa extradatae esse debent. 1840: 21. §. 9.
— literale instrumentum in generali Congregatione aut Magistratuali Sessione palam publiciter, determinatione mediante pro intabulato declaretur, et determinatio haec Protocollo Sessionis inseratur. 1840: 21. §. 11.
Intabulata praetensio in casu concursus prae aliis non intabulatis excontentari debet. 1840: 21. §. 5.
— bona civica emens e summa emtionali, usquedum praetensiones intabulatae depuratae non fuerint, vendenti nihil solvat. 1840: 21. §. 17.
— civica si vendantur, Magistratus de secuta venditione Creditores certiorare tenetur, et hi e depensis summis excontentari debebunt. 1840: 21. §. 17. 18.
— et jam exsolutae obligatoriales si perditae fuerint, via Consilii Regii Locumtenentialis terminus unius anni circulariter praefigetur, et si intra hunc terminum nemo se insinuavit, obligatoriales pro amortisatis declarantur, et earum extabulatio conceditur. 1840: 21. §. 22.
— fallimentarii debita ad tertiam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 85. ad d).
— ex bono fallimentarii immobili si praetensio integra excontentari nequiret, residua pars ad classem simplicium chirographorum referatur. 1840: 22. §. 87.
Interceptores castrorum notam infidelitatis, incurrerunt. I: 14. Sic etiam Judicum Ordinariorum. Hodie illi mortis poenae subjacent. 1723: 11. §. 9. Isti vero poenae Majoris potentiae. 1723: 10. §. 2.
Interesse *vide Census*, *Interusurium*.
Intermediator cambiales per se acceptatas, ast pro solutione justo tardius praesentatas exsolvere non obligatur. 1840: 15. I. §. 108.
Interpretes Hungaros Rex tenebat in aula duos. 1569: 38.
Interpretatio legum Regi cum Statibus et Ordinibus competit. 1791: 12.
Interregni tempore rapinam, violationes, et mala exercens absque spe gratiae notabatur. 1492: 107. Hodie poenae arbitrariae subjacet. 1723: 12.
Intertentio haramiarum in Slavonia omnes status aequaliter ferant. 1588: 36.
— militiae insurrectionalis per Status suscipitur ita, ut panis, avena, et foenum regulamentari pretio per Comitatus solvatur. 1805: 1. §. 26.
— militiae pretio forensi bonificetur. 1807: 16.
Interusuria illegalia desummens Actore Fisco Regio capitale amittat. 1715: 51. 1723: 120. 1802: 21.

Interusuria ad vires ducentorum florenorum via summaria adjudicari possunt. 1840: 11. §. 3.
— cambialium ob remoram pendenda sex procentualia sunt, et haec ab ultimo praestituti solutionis termini die solvi debent. 1840: 15. I. §. 117.
— inter mercatores, opifices, fabricantes, et societates mercantiles penes emtionem et venditionem exaggerate licet stipulata usuram non redolent. 1840: 16. §. 55.
— sex percentualia per mercatores ob remoram jure exigi possunt. 1840: 16. §. 56.
— praetensionum concursualium pro tempore concursus et uno anno concursum immediate praecedente eadem cum capitali gaudent prioritate. 1840: 22. §. 91.
— praetensionum concursualium ultra annum exhaerentia ad quintam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 92.

Intestato decedenti absque filio Nobili, propinqui succedunt. 1222: 4.
— et absque haeredibus si unus conjugum decedat, in aquisitis, mobilibus, et pignoratitiis alter conjugum succedit. 1687: 11. 1715: 26. §. 4.
— decedenti Nobili vel libertino in semine deficienti succedit Fiscus Regius. 1715: 62.
— decedenti colono, in semine deficienti Dominus terrestris in omnibus succedit. 1715: 62.

Intra dominium appellantur omnes Causae a Tabula Districtuali et Comitatu appellabiles, exceptis causis, ubi dilapidationis periculum subversatur. 1723: 34. §. 3. 4.
Vide Appellata.

Intravillani fundi defectus in extravillano compensetur. 1836: 5. §. 2.
— supernatantia in extravillanum imputetur. 1836: 5. §. 2.

Invagiatio pecorum fit ex locis pacifice possessis. III: 33. §. 1. 2. 1729: 42. 1840: 9. §. 19—30.

Invalidatio *Fassionis vide Fassio, Contractus.*

Invalidorum militum, horumque uxorum et prolium in collatione stipendiorum peculiaris habeatur reflexio. 1807: 1. §. 11.

Invasor domus nobilitaris damnatur capitis poena et bonorum amissione. II: 42. 67. quia committit actum majoris potentiae. 1723: 10. §. 1.

Inventarium rerum pupillarium omnium conficere, et rationes reddere tenetur tutor et curator. I: 115. §. 5. 1655: 24. 1715: 68. §. 5. 1764: 26.
— omnium mobilium et immobilium bonorum, atque obligatorialium, non tamen instrumentorum literalium conficiat Vice-Comes cum Judice Nobilium, in minori vero substantia Judex Nobilium cum Jurassore, quamprimum mors patris pupillorum innotescit. 1715: 68. §. 2. 1764: 26.

Investitura Ecclesiastica invito patrono, parocho non detur. 1498: 66. 1504: 26. 1647: 100. secus Praelatus pro illo anno decimam amittit, quae conservationi castrorum finitimorum applicabitur. 1504: 26.

Involucra mercium, si per vecturarium in itinere reparari debeant, sumtus reparationis mercator refundere obligatur. 1840: 20. §. 7.

Joannelli Joanni Andreae indigenatus confertur. 1662: 55. §. 3.
— Sylvester in indigenam cooptatur. 1681: 82. §. 12.

Joannes Sigismundus, Joannis Regis filius, quod pacem turbare conetur, reprobatur. 1569: 3.

Joanne S. in, capitalis tricesima stabilitur. 1715: 91.

Jöchlinger Baro Felix indigenatum adipiscitur. 1836: 47. §. 17.

Jobbagyionis Regni appellatione veniunt Palatinus, Banus, Curiales Regis et Reginae. 1222: 10.

Jobbágy-Szent-György in possessione commoranti cuidam Jósa per Gabrielem de Zömlén confectae falsae literae. II: 14. §. 68.

Jobbaháza praedicatum familiae Baronum Dőry. 1751: 26. 1765: 16.

Jókay Joannis cum Barone Máholányi causam, Palatinus cum Assessoribus Tabulae Regiae jure extraordinario judicet. 1715: 67.

Jókeő arcis pertinentia est oppidum Dobrovoda. 1647: 30. Idem ejus oppidum taxetur. 1659: 67.

Jokergech vocatur collector rerum fugitivarum vel furto ablatarum, quae in festo. S. Michaelis et S. Georgii divendebantur, infidelis collector cum omni substantia pereat. S. Lad. III: 13.

Joó Joannem Status et Ordines Regi commendant. 1609: 58.
— Ladislaus conservator et erogator annonae et pecuniae militaris. 1599: 17. 1602: 5. 1603: 3.
— Mariae debita in vicinis provinciis exsolvantur. 1659: 82.
— Nicolaus Paulo Fánchy res mobiles et instrumenta literalia restituat. 1647: 149.

Jörger Joannes Josephus et Franciscus indigenatum consequuntur. 1723: 125.

Jordánszky Alexius Canonicus ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.

Jósa in Jobbágy-Szent-György super absolutione homicidii falsas literas impetrat. II: 14.

Josephus I. subscripto Diplomate, et deposito praevie juramento coronatur. 1687: 1.

Josephi II. privilegia tantum illa, quae per Regem legitime coronatum confirmata sunt, legalem vigorem habent. 1791: 32.
— **II.** novus ordo judiciarius abrogatur. 1791: 44—50.
— **II.** sine haerede mortuo, hujus frater germanus Leopoldus II. Rex proclamatur et coronatur. 1791: 1.

Josephinam viam inter et Carolinam sita plaga regno reincorporetur. 1791: 62. 1792: 18.

Josephus Leopoldus Archi-Dux Austriae, Palatinus Regni eligitur. 1796: 1.
— Palatinus Regni pro Academia Militari Ludovicea offert decem mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Deputationi conscriptionem portarum revisurae praesidebit. 1827: 7.
— ad Deputationem operata systematica revisuram praesidium geret. 1827: 8.
— Archi-Dux Regni Palatinus pro Erudita societate Hungarica offert decem mille florenos. 1827: 12.
— Musaeum Nationale locupletavit. 1827: 35.
— intuitu pontis stabilis inter Budam et Pestinum struendi, exmissae permanenti Deputatioui praesidebit. 1836: 26. §. 12.

Jósika Baro Samuel ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.

Josias Dux Saxo Coburgensis in Hungarum cooptatur. 1791: 71.

Jozipovich Antonius ad Commissionem de regulatione Danubii. 1840: 4.

Ipolykér praedicatum familiae Kéry. 1681. Concl. 1647: 3. 1687: 15. 1715. 1723. 1729. Concl.

Isåak Samuel Consiliarius ad Commissionem in negotio religionario exmittitur. 1827: 30.

Isåakfalva castelli propter invasionem Thomas de Nádasd contra praesidiarios in Egerszeg, Nempthy, Széchy-Szigeth jure procedat. 1618: 30.

Isabella Regina vidua interpellatur, ut constitutiones regni circa restitutionem bonorum occupatorum acceptet. 1542: 14. Decr. Neoz. 1548: 59. Donationes ipsius pro invigorosis declarantur. 1552: 23.

Ismaelitae negotiatores quomodo sint judicandi. S. Lad. I: 9.
— secundum sectas suas viventes Regi deputentur. Colomannus I: 46.
— villae ecclesias aedificent et dotent. Colomannus I: 47.
— matrimonium. Colomannus I: 48.
— non teneant officia 1222: 24.

Israelitis super libera mercatura per Gabrielem de Zömlén fabricatae falsae literae. II: 14. §. 74.
— vini quaestus in partibus regni superioribus interdicitur. 1741: 29.
— in cunctis civitatibus liberis regiis, exceptis montanis, in quo usque annum 1790 praefuerant, conserventur. 1791: 38.
— etiam ad militiam statuantur. 1808: 6. §. 3.
— festis diebus cambiales eisdem haud praesententur. 1840: 15. I. §. 54. 55.
— in Regno nati, in toto regno habitare, fabricas erigere, opificia tractare, scientias ac artes liberales, et quaestum exercere possunt. 1840: 29.
Istvánd possessionis gratuiti labores deputantur ad Szigliget. 1635: 92. Ad Szalavár. 1638: 70. Ad arcem Devecser. 1659: 130.
Istvánffy Nicolaus ad Commissionem limitaneam. 1574: 29. 1582: 6. Perceptor contributionum in Slavonia. 1593: 8. Confoederationis Polonicae Ablegat. 1596: 60 Exactor Rationum in Slavonia. 1604: 4. Janitorum Regalium Magistr. 1606: 1608. 1609. Concl.
— Paulus Commissarius ad Kőszegh. 1550: 43.
István-Megye Possessio Comitatui Bácsiensi incorporatur. 1836: 30.
Italiae nonnullas partes Sigismundus Rex perlustravit. 1435. II. Exord. §. 2.
Itinerantes sata vel cespitem conculcantes, causata damna et expensas refundere obligantur, et ideo e vestigio intercipi, et si pignus dare nollent, etiam detineri possunt. 1840: 9. §. 23.
Juános Nicolai domus, per Generalem Capitaneum Jaurini occupata, restituatur. 1638: 20.
Judaei formula juramenti et modus. III: 36.
— ex Christianis non ducant uxores. S. Lad. I: 10.
— Christiani non inserviant. S. Lad. I: 10.
— die Domini vel festo laborantes, instrumenta sua amittant. S. Lad. I: 26.
— christianum mancipium tenere non andeant. Colomannus I: 74. II: 1.
— agros suos cum paganis mancipiis colant. Colomannus I: 75.
— si cum Christianis mutuum faciant, illud vadimonio christianorum et judaeorum testimonio roboretur. Colom. II: 2.
— si emtionem vel venditionem cum christiano faciant, per testes judaeos et christianos, res cum pretio et nominibus contrahentium ac testium chartae inseratur et obsigilletur. Colom. II: 3.
— officiis monetarum, salis et tributorum non praeficiantur 1222: 24.
— e regno exigantur. 1578: 2. §. 3.
— duplum subsidium solvant. 1578: 2. §. 3.
— Eos pro subsidio belli Comitatus taxabit. 1596: 10. 1598: 15. 1602: 2. 1603: 3. §. 4. 1647: 26. 1662: 12.
— Eos pro conservatione coronae Comitatus taxabit. 1625: 28. §. 3.
— pro conservatione coronae per Vice-Comitem, Judicem Nobilium et Juratos taxentur. 1625: 28. §. 3.
— telonia et tricesimas arendare non possunt. 1630: 15. 1647: 91. §. 8. 1649: 79. 1723: 15. §. 3. 4.
— vini quaestus in partibus regni superioribus sub poena confiscationis interdicitur. 1741: 29.
— in cunctis liberis regiis civitatibus, exceptis montanis, in statu illo, in quo ante annum 1790 praefuerant, conserventur. 1791: 38.
— inter tyrones acceptentur. 1807: 1.
— a proportione impopulationis tyrones statuant. 1808: 6. §. 3. 1830: 7. 1840: 2.
— festis diebus cambiales haud praesententur. 1840: 15. I. §. 54. 55.
— in festa, si solutio cambialium incidat, illi usque horam pomeridianam tertiam diei feriati, festum vel sabbatum praecedentis, solvere tenentur. 1840: 15. I: §: 110.
Judaei in hoc regno nati, aut domicilium hic figendi indultu provisi, in toto regno habitare, quaestum exercere, fabricas erigere, opificia tractare, scientias et artes liberales exercere, et in civitatibus, ubi talis usus praeviguit, fundos civiles aquirere possunt. 1840: 29.
— omnes certo stabili nomine et cognomine uti, et contractuales literas idiomate in Regno usitato exarare tenentur. 1840: 29. §. 3. 4.
Judex justitiam administret populo. Prolog. 13. §. 1.
— omnia mature deliberare, nulli partium plus favere et passionibus abstinere debet. Prolog. 14. §. 3. 4.
— simul et testis esse non potest. Prol. 16. II: 22.
— et Procurator idem in eadem causa esse non potest. II. 22. 1471: 14.
— et Actor in eadem causa nemo esse potest. II: 22. §. 2.
— secundum allegata et probata, non vero juxta scientiam judicare debet. Prolog. 15. II: 75. §. 8.
— in suo foro solum judicet. S. Lad. III: 16. 1222: 5.
— sigilli authoritas. S. Lad. III: 25. 26.
— vigesima parte summae depositae contentetur. 1405: 9. 1638: 31. §. 2.
— juratus esse debet. 1435. II: 1. 1492: 33.
— Mandata Regia ordinem juris turbantia seponere potest. 1471: 12. 1563: 80. 1625: 4.
— nihil exigat. 1486: 5. 55. 1492: 68. 74.
— in executione turbans, vel ei vim inferens, notam infidelitatis incurrit. 1486: 67. 1492: 70. Hodie actum majoris potentiae committit. 1723: 10. 11.
— secundum jura et consvetudines regni judicet. 1492: 10. et III: 6. 1647: 79.
— quilibet evocationem cum insinuatione sub sigillo suo facere potest. 1492: 54. §. 5.
— etsi ordinarius extra Regnum judicare non potest. 1536: 41.
— tempore belli, messis, et vindemiae non judicat. 1552: 25. 1553: 20.
— indebite evocantium, et illorum mandatis non obtemperantium poena. 1563: 78. 79. 80. 1625: 4. 1635: 13. 1655: 53.
— salario provideatur. 1566: 23. 1567: 24. §. 11. 12. 1635: 14.
— officium sine discrimine Religionis et Nationis conferatur. 1609: 44. 1659: 1.
— dehonestans, vel vituperiis afficiens, poenam violationis sedis Judiciariae, vel emendae capitis incurrit. 1635: 89 1647: 16. §. 4. 1649: 94. 1723: 57.
— legalem si Processus non habeat Rex talem delegat. 1715: 17. §. 3.
— falsas literas conficiens, notam incurrit. 1723: 9. §. 3.
— in praefixione termini, productionis litterarum, peragendarum inquisitionum, loci, distantiae et antiquitatis causae rationem habeat. 1723: 32:
— Incattum ante occasum solis in contumacia non convincat. 1723: 32. §. 4.
— concurrentibus causis, etiam post meridiem considere debet. 1723: 32. §. 4.
— ultra tres exceptiones inducta rescindat. 1723: 38. §. 4. 1729: 43. §. 11.
— salarium Advocato, habita experientiae, habilitatis et laboris ratione adjudicet. 1723: 38. §. 6. 1792: 16. §. 4. 1840: 15. II. §. 225. 1840: 22. §. 79.
— si juramentum contra leges alteri adjudicavit, appellata ante depositionem juramenti admittitur. 1729: 30. §. 8.
— substratum decidat, si partes in tali convenire non possent. 1729: 30. §. 9. 10.
— sententias suas motivis fulciat. 1836: 16.
— in exceptione ultra triplicam, in merito ultra quadruplicam nunquam admittat. 1729: 43. §. 12.

Judex bellicus per Capitaneum constitutus, de bonis et juribus possessionariis sententiam ferre nequit, sed Actor ad competentem Judicem recurrat. 1567: 41. 1655: 7. §. 2.
— **cambiales** coram Foro Appellatorio Cambiali censuram subire debent. 1840: 15. II. §. 8.
— Sua Majestas absque natalium consideratione denominat. 1840: 15. II. §. 9.
— cambialium munus est vitalitium, ii proinde nonnisi ob delictum vel officii abusum sententia mediante poterunt suis stallis privari. 1840: 15. II. §. 10.
— honorarium Advocati determinent. Ibidem § 225.
— **civicus**, si ad impediendam praescriptionem, contradictionem civis non improtocollet, eam civis coram ordinario Regni Judice, vel Loco authentico facere potest. III: 15. §. 2.
— judicat causas civium. 1500: 33.
— judicat violentias, invasiones, furta, homicidia, latrocinia, et occupationes tempore belli in civitate factas. 1595: 36. §. 2.
— Civitatum Regiarum et Montanarum, citra omne Religionis et Nationis discrimen eligantur. 1608: 13. a. cor. 1609: 44. 1638: 1. §. 2. 1647: 78. 1649: 12. 38.
— judicat omnes cives montanos. 1618: 27. 1530: 28. 1647: 83.
— de cive violentiam patrante judicium impendit. 1618: 60. 1662: 33.
— judicat differentias de fundis civilibus. 1659: 53. 1681: 41. §. 3.
— judicat Nobiles suspectae nobilitatis. 1649: 15. 1655: 46. 1681: 41. §. 4.
— ad manus si summa cambiaria deponatur, judicium desuper documentum, subscriptione et sigillo muniendum adornabit, hujusque instrumenti unum exemplar Praesentanti, alterum Deponenti extradabit. 1840: 15. I. §. 181. 182.
— **Comitatensis** finita causa ex birsagiis triumphanti obvenientem partem primum extradet, dein suam partem retinere potest. 1435: 7. 1486: 52. 1492: 66.
— Idem causam e Curia R. remissam intra quindenam exequi tenetur. 1492: 73.
— Idem, causa per amiçam terminata, birsagia non exigat. 1495: 13.
— Ejus activitas. 1504: 7. 8. 1729: 35.
— in Executionibus salarium. 1609: 75.
— Iidem in domum civilem nullam habent jurisdictionem. 1635: 75.
— Executiones in loco securiori peragant. 1647: 77.
— omnia Acta ad Archivum Comitatus reponant. 1729: 25.
— **Cumanorum** et Dalmatarum est Palatinus. 1481: 11. 12. 1498: 47.
— Cumanorum et Jazygum est Palatinus Regni. 1751: 2. 1791: 5.
— **Curiae** Regiae est Baro Regni. I: 94.
— Idem est ordinarius Regni Judex. 1486: 68. §. 1.
— Idem juramentum Regi de servanda justitia praestare debet. 1486: 73.
— Idem finitima loca perlustret. 1498: 43.
— Idem Diaetam pro eligendo novo Palatino intra anni evolutionem promulget et indicat. 1608: 3. §. 2. ante cor. 1613: 7. 1618: 4.
— vir bene meritus eligatur. 1609: 31.
— Idem cum Palatino confinia partium danubianarum bis per annum visitet. 1647: 61.
— Idem in superioribus Comitatibus resideat, vel Protonotarius ejus in illis sit bene possessionatus. 1655: 23. 1681: 40.
— Idem constituitur. 1681: 40.
— in Comitiis post Palatinum primum locum occupat. 1687: 10. §. 1.
— Idem absente Palatino in septemviratu praesidet. 1723: 24. §. 4.
— Idem absente Palatino Consilio Locumtenentiali praesidebit. 1723: 97. §. 5.

Judici Curiae Regiae in loco comitiorum viginti cubilia competunt. 1844: 11. §. 13.
— **Decimarum** est Rex. 1486: 45.
— **Dominalis** *vide sedes Dominalis.*
— **Ecclesiasticus** causas saeculares, et saecularis ecclesiasticas non judicet. 1405. I: 14. 1405. II: 12. 1498: 60. 1647: 16. §. 9.
— solum de dotibus, paraphernis, quartalitiis, decimis, de verberatione ecclesiasticorum, et mulierum, testamentis, causis matrimonialibus et perjurialibus judicet. 1462: 3. 1464: 17. 1492: 46.
— est Vicarius Praelati. 1492: 46.
— jura possessionaria non judicet. 1498: 62. 1647: 16. §. 9.
— causas civium non judicet. 1500: 33.
— Hungarus esse debet. 1569: 41.
— causam quamvis, praeter matrimonialem, erga Mandatum declinatorium non submittens, beneficium amittat. 1647: 15.
— in decidendis causis lingva hungarica utatur. 1844: 2. §. 6.
— **exequens** portiones fratrum, fiiorum et filiarum e bonis, in nota infidelitatis convicti, exscindit. 1659: 104.
— Idem si sphaeram sententiae excessit, in processu executionis correctorio, triumphans fructus et expensas accipit. 1807: 11.
— **loci** militi insurgenti ex victualibus ecclesiae, in necessitate erga conveniens pretium subministret. 1486: 61. §. 6.
— diem decimationis Vice-Archi-Diacono, et hic decimatori indicet. 1471: 51.
— decimam solvat. 1498: 51. §. 8.
— militem damna inferentem vel victualia auferentem capere potest. 1543: 25.
— subsidium non solvit. 1546: 13. 1609: 62. §. 2.
— jurabat de auctione portarum occasione incassati trium florenorum subsidii. 1552: 4. §. 5.
— Idem si juramentum de numero portarum, capacitate solvendi, et de soluto subsidio praestitit, dicator contentus esse debuit. 1559: 12. §. 4. 5. 1563: 7. 1567: 6.
— dicam non solvit. 1609: 62. §. 2. 1613: 13.
— e candidandis per Dominium tribus aptis individuis, Jurati vero et subjudices citra domini candidationem per totam loci populationem eligentur. 1836: 9. §. 1.
— quoad candidationem, si inter Compossessores intra tridum coalitio obtineri nequiret, in tali casu Judex Nobilium idonea tria pro Judice individua Communitati pro electione proponet. 1836: 9. §. 1.
— et Jurati locorum, nisi graviorem officii neglectum commiserint, ante evolutionem unius anni a munere suo amoveri nequeunt. 1836: 9. §. 1.
— cum duobus Juratis judicat damna agris, pratis, sylvis, pascuis illata usque valorem 12 florenorum. 1840: 9. §. 6.
— **Nobilium** olim in suo tantum districtu judicabat. S. Lad. III: 16. 1222: 5. Hodie promiscue in Comitatu judicat. 1729: 35. § 7.
— Regestrum Colonorum exhibeat Comitatui. 1435. I: 6.
— in aditu officii juramentum deponet. 1435. II: 1. 1486: 73. 1492: 33.
— e bene possessionatis Nobilibus eligatur. 1435. II: 2. 1486: 9. 1492: 34.
— ad munus cogi non possunt officiales Regii, militares et Baronum Regni. 1435. II: 2. §. 2. 1492: 34. §. 2.
— birsagium cum Vice-Comite habet aequale. 1435: 3.
— Idem in actibus potentiariis et occupatione bonorum absque dilatione judicet. 1454: 15. 1514: 51.
— munus suscipere nolentes ducentis florenis mulctantur. 1486: 9. 1492: 34.
— sua habeat arma et sigilla. 1486: 9. §. 3. 1492: 34. §. 3.
— causam e Curia remissam intra quindenam exequi tenetur. 1492: 73.

Judex Nobilium causas sui fori absque Mandato Regis judicare, exequi, et appellatam promovere, sub amissione officii tenetur. 1498: 71.
— Idem vel Vice-Comes cathedraticum in ecclesiis desolatis limitabat. 1500: 38.
— colonos migrare volentes licentiare debet. 1504: 16. §. 1.
— Idem in Slavonia erga proclamationem Capitanei, gentes ad insurrectionem levat. 1538: 5.
— Idem evocat Nobiles unius sessionis in Slavonia. 1538: 20.
— Idem in Slavonia e pecuniis fumalibus hebdomadatim habeat duos florenos. 1538: 25. §. 5.
— Idem tempore generalis Insurrectionis domi remanens loco sui alium statuat. 1542: 24. Poson.
— Idem Dicatori Regio subsidium dicanti, sub poena capitis nullam possessionem occultet. 1546: 9. §. 2.
— salario suo contentetur, neque exactiones faciat. 1546: 11. 1609: 62. §. 3.
— Idem habeat diurnum unius floreni, si in causa quadam birsagium non accepit. 1546: 37.
— in restitutione detentorum vel migrare volentium colonorum, si integra fide non processit, officium amittat, et ducentos florenos solvat. 1547: 30.
— dicam exigens, salarium 4 florenorum e dica accipiat. 1550: 31. 1567: 10. 1569: 13.
— colonum migrare volentem, praestitis praestandis domino consignabit. 1556: 28. §. 7.
— Idem exactum subsidium supprimens duplum solvat, et officium amittat. 1569: 14.
— Idem in Slavonia subsidium e bonis suis praestet. 1574: 2.
— Idem de gratuitis laboribus rationes reddat. 1597: 11.
— Idem subsidium duorum florenorum a singulo colono solvere obligatur. 1599: 15. 1604: 3.
— Idem in exactione subsidii negligens, per Fiscum ad solutionem tripli evocetur. 1600: 6. 1601: 6. 1602: 17.
— Idem ante dicationem juramentum deponat. 1604: 4.
— in causa, quam ipse ut forum primae instantiae judicavit, in Sedria occasione revisionis votum non habeat. 1613: 23. §. 17.
— ex pecunia, pro gratuitis laboribus ad arces incassata, nihil sibi retineat. 1618: 52. 1622: 37.
— Idem judicat causas depositi. 1622: 16. 1638: 28. 1715: 28.
— judicat causas ad repetitionem, vel communicationem literalium instrumentorum motas. 1659: 43. 1729: 28. 35.
— pupillorum bona mobilia et immobilia inventabit. 1715: 68. §. 3.
— judicat causas receptionis fugitivorum colonorum et servorum. 1715: 101. 1723: 60.
— procedentem verberans, arestans, vulnerans actum majoris potentiae, occidens vero poenam capitis incurrit. 1723: 10. 11.
— Idem exhibeat Actiones pro Tabula Districtuali et testimoniales de exhibitione illarum extradet. 1723: 30. §. 6.
— judicat causas detentionis et suppressionis literarum missilium. 1723: 59.
— in territorio prohibito, vel tempore foetificationis venantem in tribus marcis gravis ponderis, refusione damni et expensarum convincat. 1729: 22. §. 11.
— in sedibus Dominalibus cum Jurassore adsit. 1729: 28. §. 5.
— judicat causas liquidi debiti ad vires ter mille florenorum. 1729: 35. §. 4. 1751: 36.
— judicat causas violentiales, citra tamen desumtionem poenae violentialis. 1729: 35. §. 6.

Judex Nobilium in causis cujuscunque processus Comitatus, judex esse potest, etiam in Slavonia Croatia, Dalmatia. 1729: 35. §. 7. 1751: 36.
— judicat causas abactionis et invagiationis pecorum ad reparanda damna motas. 1729: 42.
— in concursu Domini Terrestris, coloni migrantis meliorationes, et superaedificatum conscientiose aestimet, et si vendi nequeat, Domino maneat. 1791. 35. 1792: 12. 1808: 9. 1812: 3.
— solus citationem et evocationem facere potest. 1807: 8. §. 5.
— judicat causas ex neglecta praemonitione ad transvestitionem conditionum pignoratitiarum motas, si bona in eodem Comitatu sita sint. 1807: 9. §. 5.
— Insurgentibus in suo districtu ad lustram vel exercituationem exeuntibus articulum 11. 1808. de disciplina militari promulget. 1808: 11. §. 20.
— judicat damna agris, pratis, vineis, sylvis, pascuis illata. 1840: 9. §. 3.
— de judicatis damnificationibus protocollum ducere, per se et judices pagenses desumtas mulctas inserere, et evoluto trimestri protocollum istud Comitatui exhibere tenetur. 1840: 9. §. 7.
— de adhibitis operariis publicis quotannis rationes reddet, per Exactoratum Comitatus censurandas. 1840: 9. §. 39. 40.
— structurarum publicarum effectuatio concreditur. 1844: 9. §. 33.
— ad structuras publicas extraordinarias moram haud patientes, operarios pro similibus casibus reservatos applicabit. 1844: 9. §. 41.
— **notae** infidelitatis est Rex. 1559: 43.
— **pagensis** *vide Judex loci.*
— **pedaneus** antea ultra 100 florenos non judicabat. III: 7. Hodie jam ultra. 1729: 35.
— quilibet obtemperare debet. 1486: 21.
— sigillum Comitatus apud se servat. 1550: 62.
— in causis per Mandata Judicum Regni ordinariorum non turbetur. 1635: 12.
— ob non observatum Mandatum injuste evocans, in ducentis florenis convincitur. 1635: 13. Imo in quadringentis florenis. 1655: 53. §. 4. 1659: 45. §. 3.
— in causis liquidi debiti etiam expensas adjudicant. 1659: 31. 1715: 28.
— si appellatam extra dominium admisit, quam intra dominium admittere debuisset, oppositio locum habet. 1729: 33. §. 4.
— **primae** instantiae coloni est Dominus terrestris. 1405: 10. 1791: 35. 1792: 12. 1796: 3. 1802: 6. 1808: 9. 1836: 10.
— **Regales** olim fures et latrones ad pedes Comitis judicarunt. 1222: 5. §. 2.
— **ordinarium** Regni verberans, detinens, occidens olim notam infidelitatis incurrebat. I: 14. §. 11. 1462: 2. §. 10. 1464: 19. 1492: 70. §. 4. 1546: 31. Hodie actum majoris potentiae committit. 1723: 10. 11.
— Regni ordinarii sub suis sigillis Procuratores constituere, et fassiones celebrare possunt. II: 13. §. 8.
— Regni ordinarii non sunt rei larvae, si coram illis aliquis larvam finxit, vel fingi fecit, ast si ad literas falsas concurrissent, ut falsarii et perjuri, in sententia capitali convicti, bona, sigillum et honorem amittunt. II: 16.
— coram Ordinario Regni facta admonitio, prohibitio, si pars utraque adsit, in persona semper et ubique valeat. II: 20. §. 3.
— coram Regni Ordinario civitates, jura possessionaria tenentes, intuitu horum juri stare obligantur: III: 19.
— Idem juramentum ad manus Regis vel ejus deputati deponant. 1435. II: 1. 1486: 73. 1492: 33. 3. 4.
— Regni ordinariorum Sententiam nec Rex emendat. 1471: 12. 1486: 68.

Judices ordinarii Regni adminus duo in Octavis adesse debent, reliquorum loco Rex alios substituet, aut per vices gerentes suos adsint. 1486: 3. 1492: 40.
— Regni ordinarii, qui per se vel suos vices gerentes judiciis interesse debent, sunt: Palatinus, Judex Curiae, Secretarius Cancellarius, et Locumtenens. 1486: 68. 1492: 42.
— Tales non sunt Tavernicus, Magnus Seneschallus, Banus, Vajvoda, qui cum suis Protonotariis judiciis interesse non debent, sed possunt. 1486: 68. 1492: 42.
— Iidem neminem nisi citatum, et juris ordine convictum judicare possunt. 1536: 41.
— Iidem causas appellatas continuo judicent, et exequantur. 1542: 19. Decr. Neoz.
— Iidem in Judiciis Protonotarios suos pleno numero habeant. 1545: 34.
— Iidem actus violentiales inter privatos judicent. 1546: 26.
— Eorum Protonotarii, et quatuor adminus assessores in judicio adsint. 1559: 38.
— Iidem cavillationes, subterfugia Procuratorum rescindere possunt. 1563: 49.
— Iidem errorem in evocatoriis vel sententionalibus per Protonotarium commissum corrigere possunt. 1566: 24.
— Iidem praeter Mandata judicialia alia non expediant. 1608: 6. p. cor.
— Iidem in Comitiis votum et sessionem habent. 1608: 1. §. 12. p. cor.
— Regni ordinarii pro literis taxas in Cancellaria haud solvunt. 1609: 73. §. 40.
— Iidem erga simplex Mandatum extra juris terminos non procedant. 1618: 14.
— Iidem antequam Mandatum superabundans expediant, informationem petant. 1630: 12.
— Regni ordinariorum et Tabulae Regiae Assessorum salaria solvat Camera. 1647: 104. 1659: 34. 41. 1723: 25.
— Regni ordinarii, aut eorum Protonotarii, authenticis sigillis falsas literas conficientes notam infidelitatis incurrunt. 1723: 9. §. 3.
— Eos occidens caput amittat. 1723: 11. §. 5.

Judex Saecularis judicat Praelatos, et alias ecclesiasticas personas ratione actuum civilium et bonorum. I: 12.
— Hic decidit omnes causas saeculares. II: 52.
— Idem Sententias Episcoporum exequatur. S. Steph. II: 2. §. 2.
— Idem causas ecclesiasticas non judicet. 1405. I: 14. II: 12. 1498: 60.
— Idem judicat causas decimales. 1608: 5. p. cor.
— Idem judicat testamenta quoad solennitates internas. 1647: 15.
— Hic judicat causas jurium possessionariorum. potentiarias, emendae lingvae, emendae capitis, violationis sedis, dotem, parapherna, quartalitia, decimas. 1647: 16.
— Idem si sedis spiritualis et aliorum judiciorum sententias exequi nollet, satisfactio de bonis ejus impendatur. 1662: 29. §. 6.
— Idem Sententiam Fori Spiritualis exequi nolens si succumbat, ad Sedriam intra, ab hac vero ad Tabulam Regiam extra dominium appellare potest. 1729: 29. §. 10.
— judicat causas matrimoniales Protestantium, donec eorum Consistoria fuerint coordinata. 1791: 26. §. 11.

Judex Supremus Regni est Palatinus 1481: 9.

Judices Tabulares undecim ad plenum judicium requiruntur in Tabula Septemvirali. 1723: 24. §. 3.
— novem ad plenum judicium requiruntur in Tabula Regia. 1723: 25. §. 3.

Judiciales literae si clausulam habeant: *Si se rationabiliter non poterit excusare*, Incattus executionem non subit. II: 59. §. 2.

Judiciales literas violans illico brevi vel longo termino absque prorogatione ad judicium Personalis evocetur. 1462: 1.
— Eaedem redimuntur duodecim denariis. 1486: 76. §. 3.
— Hae per impetratorem novi judicii impediri non possunt, nisi forte ex non venientia, legitimis ex causis probata, convictus fuisset. 1492: 51.
— Eas Protonotarii per fenestram publicare tenebantur, si nemo prohibuit, extradabantur, si prohibuit, reddebat rationem prohibitionis suae. 1500: 12. *Vide Sententia, Sententionales.*

Judiciarius Processus propter falsam relationem Regii, aut Palatinalis, et Capitularis vel Conventualis Hominis non turbetur. II: 74.
— Idem Mandatis Regiis non turbetur. 1622: 2.

Judicium est justi et juris determinatio, in causa, coram judice agitata. Prolog. 13. §. 2.
— personas tres requirit: Actorem, Incattum, et Judicem. Prolog. 13. §. 4.
— Idem debet procedere ex inclinatione ad justitiam, ex judicis auctoritate, prudentia et recta ratione. Prol. 14.
— Idem pervertitur timore, cupiditate, odio, amore. Prolog. 14. §. 6.
— Ea in utroque foro tempore Insurrectionis generalis cessent. 1454: 10. 1462. 10. 1518: 17. Toln. 1522: 56. 1596: 38. 1599: 46.
— etiam extra terminos celebrentur. 1486: 26. §. 4. 1550: 57.
— qui armatus ingreditur, arma amittat, et Nobilis in una marca gravis ponderis, ignobilis aresto biduano puniatur. 1486: 65. 1492: 79.
— fores semper pateant, et transgressores in centum aureis convincantur, ad quorum depositionem usque in turri manca includebantur. 1486: 68. §. 8. 9.
— fores tempore sessionis per Palatini vel Judicis Curiae Hominem custodiantur. 1492: 42. §. 7.
— Ea Dominica Reminiscere incipiant. 1537: 23. 1546. 33.
— Ea continuo in omnibus causis celebrentnr. 1543: 32. 1546: 30.
— Ea singulo anno bis, in festo S. Georgii et Martini celebrentur, et quadraginta diebus durent. 1545: 34.
— Ea Posonii Dominica Reminiscere inchoent, et usque Dominicam Palmarum durent. 1546: 33.
— Ea Leucsoviae in festo S. Georgii inchoent et quadraginta diebus durent. 1546: 33.
— Ea non in festo S. Martini, sed S. Lucae celebrentur. 1546: 34.
— Ea pro vicinis Comitatibus in festo S. Michaelis Posonii, pro Cis- et Trans-Tibiscanis Cassoviae in Epiphania celebrentur. 1554: 16 1557: 8.
— tam in Hungaria quam in Croatia Commissio indaget, et Diaetae referat. 1608: 16. §. 1. ante cor. 1715: 24. 123.
— individua ab Insurrectione personali non eximuntur. 1808: 2. §. 7.
— per tempus Regni Comitiorum munere suo fungantur. 1830: 6. 1836: 45. §. 2.
— dum in locum Magistratus Civici aliunde convocari debet, illius expensae per Magistratum tunc solum supportabuntur, si propter culpam aut neglectum ejusdem Magistratus talis convocatio interveniat. 1836: 35.

Judicia Brevia dominica Invocavit inchoent. 1609: 70. §. 1.
— Palatinus cum scitu Regis indicat. 1635: 14. §. 7.
— **Cambialia** Pestini, Posonii, Debreczini, Sopronii, Aradini et Carolostadii eriguntur. 1840: 15. II. §. 2.
Vide Cambiale.
— Camerae Hungaricae cesset. 1659: 46.
— sustinetur in contrabandis et mercibus prohibitis. 1715: 15.

Judicia Civica in civitatibus etiam sub comitiis celebrentur. 1792: 16. §. 2
— ordo sub Josepho II introductus abrogatur. 1791: 44—50.
Judicium Comitatus *vide Judex Comitatensis et Sedria Comitatus.*
Judicium Delegatum cesset. 1687: 6. 1715: 17.
— admittitur in Causis laesae Majestatis. 1715: 7. 1741: 26.
— **Duelli** seu Monomachiae cesset. II: 2. §. 5. 1486: 18. 1492: 37.
— **Ecclesiastica** et Saecularia tempore Insurrectionis generalis et belli cessant. 1454: 10. 1462: 10. 1518: 17. Toln. 1522: 56. 1596: 38. 1599: 46.
— secundum canones continuo celebrentur. 1553: 22. 1557: 9. 1559: 40. 1563: 27. 1567: 25.
— **ferri** candentis et aquae bullientis tres testes juratos requirebat. S. Lad. I: 28.
— Idem in Sede Episcopi, et Praeposituris Majoribus uti Posonii et Nitriae celebrabantur. Colom. I: 22.
— Eo probabatur, qui falsi testimonii arguebatur, si innocens compertus fuit, incusans decem pensas solvit, si reus fuit, in genis per crucem ferro urebatur, et testimonium amplius perhibere non potuit. Colom. I: 83.
— **Generale** seu Palatinale cesset. II: 2. §. 5. 1471: 5. 1486: 1. 1492: 35.
— **Locumtenentis** dominica Reminiscere inchoet. 1546: 35.
— Idem in festo S. Georgii inchoet, et constanter perduret. 1552: 26. 1567: 24. §. 4.
— Idem continuo, demta messe et vindemia, celebretur. 1553: 20. 1566: 21. §. 4.
— Idem extra terminos S. Michaelis et Epiphaniae ad vincula S. Petri incipiat, et per triginta duos dies duret. 1554: 16.
— idem in festo Epiphaniae inchoet. 1563: 25.
— idem causas appellatas judicabit. 1567: 26. §. 2.
— Locumtenentis Judex Curiae cum aliis Assessoribus intersit. 1567: 26. §. 2.
— consvetis temporibus pleno judicum numero celebretur. 1582: 3. 1588: 30.
— **Montana** confirmantur. 1723: 108.
— **novum** est brevis termini causa. II: 18.
— in novo commissi errores revocatione Procuratoris emendantur. II: 75. §. 9. 10. 11. 12.
— nonnisi in lite stans, vel eo decedente, successor impetrare potest. II: 77. 78.
— Idem est causa unius termini. II: 77. §. 3.
— etiam post executionem suscitari potest. 1492: 51. §. 3.
— Idem in primis octavis decidatur. 1492: 52.
— competit illi, qui appellatae cedit. 1609: 29. §. 6. 1613: 23. §. 7.
— Idem citra appellatam competit succumbenti in causa repetitionis colonorum fugitivorum. 1625: 54. §. 2.
— Idem impetrat Dominus terrestris pro colono in sede Dominali succumbente. 1635: 17.
— Idem coram foro primae instantiae movetur. 1655: 53. §. 8. 1659: 126.
— Idem admittitur extra dominium in causa metali succumbenti. 1659: 45. §. 5.
— Idem competit succumbenti in causa successionali coram Sedria. 1662: 32.
— simplex absque mandato resuscitari potest. 1723: 33.
— cum gratia requirit Mandatum. 1723: 33. §. 1.
— Idem extra dominium admittitur in contumacia convicto, si intra quindecim dies nullam legitimam intermissae comparitionis causam adduxit. 1729: 38. §. 8.
— conceditur omnibus sublatae neoaquisticae commissionis sententia non contentis. 1741: 21.
— cum appellata admittitur in causis, juxta ordinem judiciarium Josephinum per Tabulam Regiam revisis et pro executione remissis. 1791: 46. 47. 49. 50.
Judicium nundinale in regno introducitur. 1836. 18.
Judiciorum Octavalium celebratio. 1462: 1. 1464: 5. 1542: 31. Pos. 1552: 44. 1556: 34. 1569: 39. 1582: 3. 1609: 70. 1635: 14. 1649: 76. 1655: 51. 1659: 41. 87. 1715: 24. 121. 1723: 89.
— statis temporibus celebrabantur. 1681: 28.
— **Proclamatae** Congregationis interdicitur. 1486: 2. 1492: 36.
— **Regale** solvitur sex marcis, quae benevole depositae in uno floreno, si executione desummantur, in quatuor florenis computantur. II: 86. §. 11. 12.
— Idem sex marcis solvit prohibens, si die prohibitionis coram judice instrumenta non producat. II: 20. §. 5.
— **saeculare** occasione insurrectionis et belli cessat. 1454: 10 1462: 10. 1518: 1. 17. Toln. et 1522: 56. 1596: 38. 1599: 46.
Vide Judex saecularis.
— **Statarium** contra militem insurgentem locum habet, si conspiratio, seditio prorumpens, latrocinium, praedocinium, et violenta manus in superiorem injectio, instantaneum exemplum exigat, et tunc mortis poena illico executioni dari potest. 1808: 11. §. 17.
— **Tabulae Septemviralis** ad integritatem undecim judices cum Praeside requiruntur. 1723: 24. §. 3.
— **Tabulae Regiae** ad integritatem novem judices requiruntur. 1723: 25. §. 3.
— **Trinae Forensis** Praeclamationis interdicitur. 1486: 17. 1495: 7.
— **verbalium** processuum erigitur. 1836: 20.
Jugerum terrae arabilis, vel sylvae, regalis mensurae longitudine septuaginta duas, et latitudine duodecim ulnas regales constituit. I: 133. §. 48.
— Idem in Regno 1100. 1200. 1300. orgias, in Comitatibus Temes, Torontal, Krasso 1600 orgias constituit, in Comitatibus vero Syrmiensi et Verőczensi jugerum agrorum a 2000, pratorum a 1000 orgiis, in Comitatu Poseganos jugerum agrorum et pratorum a 1296 orgiis computatur. 1836: 5.
— agrorum in Districtu Diákovárіensi cum 1620: pascui vero cum 1296 quadratis orgiis computatur. 1840: 7. §. 1.
Jugum rusticitatis cessat virtute et donatione. I: 4.
Jumentorum aestimatio. I: 133. §. 50—58.
— aestimatio in redemtionem dotis fit juxta forense pretium. I: 134. §. 3.
— ad castra victualia deferentia, ad alios labores non cogantur. 1559: 16. §. 3.
— pro machinarum bellicarum vectura destinata, pro devehenda privata suppellectili nemo abstrahat. 1595: 51.
— aliena per hajdones vagabundos abigentes jure conveniantur, et hajdones juri statuere cogantur. 1647: 142. §. 1.
— possessoris, vel arendatoris, ante liquidationem juris, quod in territorio se habere quispiam putat, sub poena violentiae non abigat. 1655: 59.
Juramentum false exponens, bona sexum foemineum non concernere, poenae perjurii et proditionis fraterni sangvinis subjacet. I: 38.
— testis. II: 27. 1729: 26.
— Libertinorum et Officialium pro Nobili acceptatur. II: 27. §. 6.
— falsum deponens, infamia notatur. II: 39. §. 3.
— Idem qualiter decernatur. II: 32. 33. 34. 35. 36. 1729: 27. 35. 1723: 53.
— Actoris ad caput, in prima instantia se submittens Reus, si Actor illud non acceptaverit, Reus tertio se jurabit. II: 32. §. 8.
— solius Actoris se submittens Reus, Actore illud non acceptante, absolvitur. II: 32. §. 9.
— ignobilis contra Nobilem non acceptabatur. II: 33. §. 3. 4.

Juramento quinquagesimo se Nobili jurare debebat Incattus, si unam vel duas inquisitorias literas, de existentia documentorum apud praetensum detentorem produxit, quod si simplici judiciaria admonitione vel asserto dicat, eundem habere documenta, vigesimo quinto se Nobili jurare debebat. II: 34.
— Id ex indivisis natu maximo, quinquagesimo se Nobilium deferebatur, ad revelationem instrumentorum literalium, per sexum foemineum petitorum. II: 34. §. 6.
— In eo deficiens Actor aut Reus causam amittit. II: 36. §. 5.
— Id patri delatum, si hic praemortuus sit, filius, ubi legitimae aetatis fuerit, vel frater successor deponebat. II: 37.
— testis in eadem causa pro utraque parte deponere non potest. II: 38.
— si uni eidemque in diversis locis, eodem tempore deponendum adjudicatur, cum in utroque esse non possit, a poena relevatur. 1500: 18.
— Id Rex coram Judiciis per Causarum Regalium Directorem deponit. II: 39. §. 2.
— Praelati, Baronis Regni, Abbatis item, et Praepositi, ratione dignitatis aequivalebat juramento decem nobilium. II: 40.
— Idem Praelati, Abbates, et Praepositi solum ad puritatem conscientiae deponunt. II: 40.
— Idem non defertur partibus, ubi oculata revisio locum habere potest. II: 41. §. 6.
— Idem Abbati, Capitulo, Conventui, si divisi sint, intuitu bonorum seorsive defertur. II: 49. §. 2.
— Hoc praestans Nobilis si absolutus fuerit, etiam conjurati absolvuntur. III: 27. §. 8.
— Judaeorum modus et formula. III: 36.
— Id Judices Regni Ordinarii a Palatino usque Judicem Nobilium, juxta adnexam formulam in aditu officii deponant. 1435. II: 1. 1486: 73.
— articulare illico deponat, dignitatem aliquam adeptus. 1435: 1.
— Rex spondet, quod libertates regni conservare, limites regni tueri, et partes avulsas recuperare velit. 1453: 1. 1687: 1. 1715: 2. 1741: 2. §.3. 1791: 2. 1792: 2.
— fidelitatis Status et Ordines Regi nuncupent. 1453: 2.
— Id Comes Supremus Regi, et Vice-Comes Comitatui praestet. 1486: 60. 1504: 2. 1536: 35. 1542: 49. Decr. Neoz. 1553: 56. §. 3. 1559: 52.
— Id Palatinus Regni deponere obligatur. 1486: 73. 1492: 33.
— Id in aditu officii praestet Thesaurarius de fideli proventuum regiorum administratione. 1526: 3. 1542: 26. §. 4. Decr. Neoz.
— Id Dicator subsidii deponat. 1543: 10. 1546: 9. 1593: 7. 1669: 62.
— Id Archi-Episcopus et Prior de Lövöld qua Judices ex privilegio per officiales deponere possunt. 1550: 64.
— Hoc praestent exteri, indigenatum adepti. 1550: 77. 1559: 55. §. 2. 1563: 77. 1575: 18. 1578: 66. §. 2. 1635: 93. 1638: 73. 1647: 155. 1649: 102. 1655. 119. 1659: 131. 1662: 55. 1681: 32. 1637: 26. 1715: 124. 130. 1723: 127. 129. 1751: 40. 1764: 46. 47. 1791: 70. 1802: 34.
— judicis pagensis de soluto subsidio et numero sessionum dicator aquiescere debet. 1563: 7. 1567: 6. 1574: 8.
— deponat Supremus Regni Capitaneus. 1563: 75.
— Nobilis Praedialis aequiparatur juramento aliorum Nobilium. 1567: 14.
— Regi juret miles stipendiarius, cum suis Praefectis et Capitaneis. 1609: 14. 1613: 14. 1638: 45. 1647: 62. §. 3.
— Id rustico imponendum. 1635: 16.
— Id deponant milites coronam Regni custodientes. 1635: 87.
Juramento e Regis clausula. 31. 1222. exmittatur. 1687: 1. 1715: 2. 1741: 2. 1791: 2. 1792: 2.
— praestet Assessor Tabulae Septemviralis. 1715: 24. §. 4.
— praestet Baro, Praelatus et Assessor Tabulae Regiae. 1715: 24. §. 4.
— custodum coronae. 1715: 38. §. 5. 1741: 6. §.2.
— nuncupet Assessor Tabulae Districtualis. 1723: 30. §. 3.
— Hominum Capitularium, Regiorum, Palatinalium, Banalium et Archi-Episcopalium. 1723: 39.
— Capitulares et Conventuales pro legali testimonio exmissi jurent. 1723: 39. 44. 1741: 25. 1751: 8.
— Archi-Abbatis S. Martini. 1723: 44.
— Si mercator penes productum coram judicio librum mercantilem deponit, praetensio ejus adjudicatur. 1723: 53. §. 3. 6.
— etiam ignobilis contra nobilem deponere potest. 1729: 26.
— solum in defectu alterius probae locum habet. 1729: 27.
— **Suppletorium** defertur parti semiplene probanti. 1729: 27. 1840: 15. II. §. 103.
— Id in aequilibrio argumentorum semper personae omni exceptione majori defertur. 1729: 27. §. 7.
— Id nec acceptare, neque referre velle, manifestae turpitudinis est. 1729: 30. §. 6.
— substratum Judicio exhibetur, in quo si Partes convenire non possent, Judex ex visceribus causae rem decidit. 1729: 30. §. 9. 10.
— per individua Dicasteriorum Hungaricorum nuncupando obligatio observandarum legum patriarum inseratur. 1791: 18.
— obstringantur aestimatores bonorum in executionem judiciariam sumptorum. 1836: 15. §. 6.
— pro depositione Tribunali Cambiali solvetur unus florenus, si vero super uno eodemque objecto plures personae ad semel adjurandae sunt, solventur duo floreni. 1840: 15. II. §. 2. ad 19. 20.
— suppletorium, si utraque pars semiplenam probam praestet, cuinam parti deferendum sit, judicium decidet. 1840: 15. II. §. 104.
— litis decisorium in causis cambialibus tunc tantum habet locum, si contrapars in id consentiat. 1840: 15. II. §. 105.
— suppletorio per librorum mercantilium proprietarium aut rationantem nuncupato libris plena proba tribuitur. 1840: 15. II. §. 114. 115.
— purgatorium fallimentario adjudicari nunquam potest. 1840: 22. §. 75.
Juramentalis rerum mobilium revelatio penes successionis divisionem locum non habebit. 1836: 14. §. 5.
Jura aquisita liberae dispositioni subsunt. I: 5. §. 1.
— Regni ex canonico et civili ducunt originem. II: 6.
— Municipalia e decretis publicis, privilegiis principum et sententiis judicum constant. II: 6. §. 1—8.
— Consvetudinaria, veteribus legum sanctionibus, privilegiis et judicum sententiis suam debent originem. II: 6.
— Regalia perpetuo non alienentur. 1439: 16.
— Palatini enumerantur. 1481.
— et libertates Regni Rex servare tenetur. 1478: 14.
— Ecclesiarum, patronatui Regis subjectarum, nemo sibi arroget. 1486: 37.
— Regnicolarum confirmantur. 1723: 3. 1741: 2.
— Majestatica solus coronatus Rex exercere potest. 1741: 4. §. 5.
— fundamentalia Regni non subsunt illi clausulae Diplomatis Regii: *Prout super eorum usu et intellectu.* 1741: 8.
Juranits Antonius Episcopus Jaurinensis ad Commissionem limitaneam. 1827: 16.

Jurassor Comitatus in causa aliqua judicans, occasione revisionis ejusdem causae in Sedria votum non habet. 1613: 23. §. 17.
— Is pro Tabula Districtuali exhibitiones faciat, et testimoniales desuper det. 1723: 30. §. 6.
— Idem in Sedibus Dominalibus adsit. 1729: 28. §. 5.
Krusich contra Joannem violentum inquirens Commissio ordinatur. 1569: 55.
Kubin (Felső) in oppido Evangelici templum, scholas, et parochiam erigere possunt. 1681: 26. §. 9.
— Ibidem tricesima filialis ad Turdosin stabilitur. 1715: 91.
Kubinyi Casparus pro Academia Ludovicea offert 4000 florenos 1808: 7. §. 18. Pro revisione conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
— Christophorus ad Commissionem limitaneam. 1597: 34.
Kubinyi Franciscus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
— Petrus pro Musaeo Nationali offert mille florenos. 1827: 35. Idem bis mille sexcentos florenos offert. 1836: 38. §. 3.
— familiae controversia ratione possessionum Malatina, Szent Anna, Proszek, cum possessore Dominii Arvensis vigens, per Palatinum definiatur. 1659: 65.
Kuchin in loco Evangelicis restituitur templum. 1647: 6. §. 2.
Kueffstein Georgio indigenatus confertur. 1647: 155. §. 4.
Kuen Mathias indigenatum consequitur. 1647: 155. §. 6.
Kuken in loco Evangelicis restituitur templum. 1647: 6. §. 13.
Kukulyevics Antonius ad revisionem conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
Kulmer Franciscus Baro ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
— Joannes indigenatum adipiscitur. 1791: 73. §. 3.
Kulterer Ignatius et Maximilianus pro Academia Ludovicea offerunt tercentos florenos. 1812: 2.
Kulunchich Thomas pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
Kumrovecz in loco stabilitur tricesima filialis. 1715: 91.
Kumur praedicatum familiae Bedekovich. 1791: 67.
Kun Georgius liberorum hajdonum et latronum praecipuus Comaromii captivus. 1601: 27.
— Ladislaus et Anna, Stephano quondam Kun in universis bonis succedunt. 1659: 117.
— Stephani universa bona, in defectu masculini sexus, in varias genealogias sexus foeminei medio unius Protonotarii dividuntur. 1659: 117.
Kurillovecz praedicatum familiae Pogledich. 1791: 67.
Kuritna in loco tricesima filialis stabilitur. 1715: 91.
Kussevich Josephus pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18. Idem ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
Kussinszky Ignatius indigenatum adipiscitur. 1687: 29. §. 12.
Kutassy Joannes Episcopus Quinque-Ecclesiensis Appellationibus intersit. 1588: 30. Commissarius limitum circa Moraviam. 1588: 33. Episcopus Jaurinensis Cancellarius Regni. 1595. princ.
— Lucas Consilii Regii Assessor. 1518: 39.
Kutsera Joannes Baro indigenatum consequitur. 1827: 40.
— Laurentii oblatum pro Erudita Societate Hungarica. 1840: 42.
Kuttense Dominium inter et Comitatum Marmaros vertentes metales controversiae per Deputationem Regnicolarem revideantur. 1840: 33.
Kuttina Districtus pertinentia Dominii Montis Claudii restituatur familiae Comitum Erdődy et Jurisdictioni Regni. 1741: 51.
Külkey Henricus cum filio Vilhelmo pro Musaeo Nationali duodecim aureos offert. 1836: 38. §. 3. Idem pro Academia Ludovicea offert duodecim aureos. 1836: 39. Idem pro Erudita Societate Hungarica offert 31 florenos, 26 cruciferos. 1840: 42.
Kürt (Vizközy) in loco Evangelicis templum restituitur. 1647: 6. §. 11.
Kürt *Vide Ablanczkürth.* 1802: 30.
Kürtessy Andreas Episcopus Traguriensis Commissarius limitum versus Moraviam. 1715: 39. 1729. Concl.
Küssinger Ludovicus indigenatum consequitur. 1681: 82. §. 23.
Küszeghy Emericus Commissarius limitum circa Moraviam. 1681: 23.

Kvassay Stephanus Protonotarius Commissarius limitum circa Silesiam. 1687: 15.
Kyczladen in loco Evangelicis templum restituitur. 1647: 6. §. 13.

L.

Laboratoriorum Institutorum pro elaborando projecto Deputatio Regnicolaris constituitur. 1840: 5.
Labores gratuitos in fortalitiis coloni praestare non cogantur. 1553: 5.
— 6. dierum erga dependendam mercedem ad arces et confinia praestent singuli coloni. 1554: 8.
— gratuitos Civitati Cassoviensi aliae superiores praestare non teneantur. 1554: 24.
— ad gratuitos currus et alia ad fortalitia denegantes in birsagiis puniantur. 1556: 8.
— gratuitos inquilini praestare non teneantur. 1557: 6.
— gratuiti 6 diebus per singulos colonos praestandi praecipiuntur. 1557: 6. 1566: 14. 1602: 13. 1603: 8. 1604: 7.
— gratuitos ad arces finitimas praestent etiam coloni ad arces oppignoratas pertinentes. 1557: 6. §. 12.
— gratuiti ita resolvuntur, ut remotiores, Comitatus cum vicinioribus contrahere possint. 1559: 18. 1597: 13. 1598: 28.
— gratuitos sex dierum a porta subditi Christophori Országh ad arces ejus Dominii praestent. 1559: 26. §. 1.
— gratuitos ad arcem Ujvár, quae bona praestent. 1559: 27.
— gratuiti messis et vindemiae tempore non exigantur. 1559: 34. 1578: 33. 1582: 2. 1583: 2. 1729: 1. §. 4.
— gratuitos colonorum domini ad proprias arces adhibeant. 1559: 35.
— gratuitos coloni superiorum Comitatuum ad proprias civitates muniendas praestent. 1559: 36.
— gratuitos dierum sex a singulis portis per annum 1564. et 1565. sub poena trium marcarum praestentur, quos Vice-Comes toties quoties requisitus fuerit, sub poena 50 fl. et amissione officii desumat. 1563: 20. 1625: 20. §. 6.
— gratuiti si redimantur, Capitaneus vel Vice-Comes pecunias in usus artium non convertens prima vice in quintuplo: secunda in decuplo, tertia in amissione capitis convincatur. 1563: 21. 1625: 20. §. 6.
— gratuitos praestent etiam bona ad arces regias occupata. 1563: 54.
— gratuitos coloni ultra competentiam praestare non teneantur. 1566: 18. §. 4. 1622: 53.
— gratuiti 12. dierum praestentur in locis finitimis. 1567: 17. 1575: 9. 1582: 2. 1583: 2.
— gratuitos ultro 12 dies exigere, aut ad usus suos convertare Capitanei non praesumant, id facientes quomodo puniantur. 1567: 18. 19. 1575: 9. 1578: 34. 1597: 13. 1602: 13. 1603: 8. §. 1. 1618: 52. §. 4. 1622: 53.
— gratuiti diurnis denariis decem redimi possint. 1574: 6. 1575: 9. 1578: 35.
— gratuiti de anno 1572 restantes in natura, vel parata redimantur, priores tamen non exigantur. 1574: 7. 1575: 9.
— gratuiti in natura vel parata praestiti, si quietantiis probari non possint, judex juramentum praestet. 1574: 8. 1575: 9.
— gratuitorum dispositio ad loca finitima. 1578: 27.
— gratuitos 12 diebus praestare nolentes pecunia redimant. 1578: 29. 1582: 2. 1583: 2.
— gratuitorum dispositiones Suae Majestati committuntur. 1588: 18. 1681: 7. § 22.
Labores gratuiti ad eripiendam hosti arcem aliquam praestentur. 1597: 14.
— gratuitos sex diebus a porta Comitatus Gömöriensis ad arcem sui gremii, et Nobiles ad eas arces praestent, a quibus sui defensionem exspectant. 1599: 22.
— gratuiti currules uno floreno, manuales a sedecim denariis redimantur. 1602: 13. 1603: 8.
— gratuitos Comitatus remotiores praestare nequeuntes pecunia redimant. 1613: 8.
— gratuiti pro reparatione munimentorum ordinantur. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. 1630: 3. 1635: 92. 1638: 70. 1647: 153. 1649: 86. 1655: 116. 1659: 130. 1662: 20. 1681: 7.
— gratuitos praestare nolens per Vice-Comitem in triplo convincatur. 1613: 8. 1618: 52. §. 5. 1622: 37. 1630: 3. §. 1. 1655: 117.
— gratuitos praestent tam bona Magnatum proprias arces habentium, quam etiam regalia. 1618: 50. 1622: 37. 1630: 3. §. 1. 1635: 92.
— gratuitos redimentes Comitatus pro singulo anno a porta solvant unum et dimidium florenum. 1618: 52. 1622: 37. 1633: 3. §. 1.
— gratuiti Comitatus Mosoniensis, Jaurinensis et insulae Csalóköz minoris, ad aquagium danubiale ad Jaurinum applicentur. 1618: 54.
— gratuitos Capitanei confiniales a Colonis Turcis subjectis non exigant. 1618: 57.
— gratuitos Comitatus Cis-Danubiani a singula porta uno floreno hungarico redimant. 1625: 20. §. 3.
— gratuiti Comitatus Sümeghiensis ad pontium reparationem applicentur. Eodem.
— gratuitos Capitanei ab aliis arcibus ne abstrahant. 1630: 3. §. 29. 1655: 116. §. 26.
— gratuitos praestent hajdones privilegiati ad statum colonorum redacti. 1635: 68. §. 2.
— gratuitos praestent coloni ultra Colapiani. 1647: 55.
— gratuitos sub poena dupli praestent Comitatus Beregh, Ugocha, Unghvár, Szepes, Thurócz, Arva et Soproniensis. 1649: 6.
— gratuitos redimere volens porta solvat florenos hungaricos tres et medium. 1659: 130. §. 4.
— gratuiti viginti quatuor millibus florenorum redimantur. 1729: 1.
— ad gratuitos si pro aere parato nulli laboratores reperirentur, eos coloni currules quidem cum 4 jumentis a viginti quinque, manuales a quatuor grossis praestent. 1729: 1. §. 3.
— gratuiti ante primam Maii non inchoentur. Eodem §. 5.
— ad publicas quivis colonus integrae sessionis curru et jumentis, quibus communiter utitur, quovis anno 12 diebus concurrere obligatur. 1844: 9. §. 1.
— colonus integra sessione plus vel minus tenens a proportione illius laborare tenetur. 1844: 9. §. 2.
— Inquilinus domum possidens sex dierum, domo destitutus vero trium dierum manuales operas praestabit. 1844: 9. §. 3. 6.
— in allodiis degentes ignobiles a paritate inquilinorum operas praestabunt. 1844: 9. §. 4.
— communitates fundis urbarialibus destitutae a proportione extensionis vecturas et operarios statuent. 1844: 9. §. 5.
— gratuiti nonnisi ad viarum, aggerum, pontium structuram, aquarum regulationem, et administrationem publicam applicari possunt. 1844: 9. §. 12.
— publicos aere parato nemo reluere potest, ast vecturarium aut operarium substituere cuivis licet. 1844: 9. §. 22.
— in publicis itus et reditus imputetur. 1844: 9. §. 23.
— necessitate ita exigente, aut si colonus jumentis destituatur, vectura duabus manualibus operis praestari potest. 1844: 9. §. 24.
— publicos quivis propriis expensis et instrumentis praestare obligatur. 1844: 9. §. 25.

Labores publici nonnisi extra tempus urgentium laborum ruralium exigantur. 1844: 9. §. 26.
— publici sub decursu cujusvis anni praestandi mense Octobri in omni possessione conscribantur, et mense Novembri aut Decembri in Generali Comitatus Congregatione conscriptio illa stabiliatur, et exinde facta repartitio Vice-Comiti, Judicibus Nobilium, viarum commissariis et geometris pro effectuatione extradetur. 1844: 9. §. 27—31.
— de publicis annue rationes reddi debent. 1844: 9. §. 38. 39.
— ad publicos moram haud patientes operarios pro similibus casibus reservatos Judex Nobilium applicabit. 1844: 9. §. 41.
Laboratores ad arces verberibus non afficiantur. 1557: 6. §. 11.
— Comitatus Scepusiensis ad arcem Pelsőtz mittat. 1559: 19.
— montani exemti subsidium non solvant. 1567: 12. §. 2.
— si pro aere parato nulli reperirentur, Consilium intimabit, ut curru laborare volentes 25 grossos accipiant, manualistae vero quatuor. 1729: 1. §. 3.
— tempore messis et vindemiarum ad arces non cogantur. 1729: 1. §. 4.
Laczkovics Georgius pro Academia militari Ludovicea offert ducentos florenos. 1803: 7. §. 18.
— Stephanus ad dies vitae annis singulis offert florenos quinquaginta. 1812: 2.
Laczkovich Joannes ad Commissionem de alimentatione militiae deputatur. 1840: 3.
Ladislai III. privilegia non servantur. II: 14. §. 9.
— Posthumi privilegia ab anno 1452. valida sunt. II: 14. §. 46.
Ladomér in, stabilitur Tricessima filialis ad Sztropköensem. 1715: 91.
Laesus causam deferat Judici primae instantiae, si hic justitiam non administraverit, ad superiorem, si nec hic satisfacere velit ad regem recurrendum. 1405. I: 8.
— solus sibi satisfacere non audeat, secus actum potentiarium incurrit. Eod. §. 6.
Laffert Ferdinandus Antonius fit indigena. 1729: 48.
— Baro Vincentius pro Academia militari Ludovicea offert bis mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Lak de, Praedicatum familiae Bakith 1625: 49. 57. *Vide Nagy-Lak.*
Lakáchy locus inter Nitriam et Leopoldopolim pro Confinio praesidiandus. 1681: 6.
Lakság Districtus cum Valachis controversia ratione Decimarum Episcopi Varadinensis complanetur. 1723: 85.
Laicus Clericum accusare, et contra eum testari non potest. S. Steph. II: 3.
— si contra Clericum litem habeat, coram Episcopo, si vero Clericus contra Laicum coram judice hujus agere debet Colom. I: 6.
— non habet potestatem Ecclesiae Colom. II: 11.
— decimam possidentes partem ejus Thesaurario pro subsidio consignent. 1537: 15.
— si bona Ecclesiastica teneant, ea ab iis auferantur et Ecclesiis quarum sunt restituantur. 1548: 8.
— praedicatores domini terrestres ejiciant, secus ad judicium Majestatis, vel Locumtenentis evocentur. 1548: 10.
— Episcopis pareant. 1550: 16.
Laitner Franciscus ad Commissionem in negotio religionis deputatur. 1827: 30.
Lajtha circa fluvium per Germanos occupatae metae Regni rectificentur. 1542: 47. D. Pos.
— penes fluvium ductus agger revideatur. 1655: 30.
— fluvii intuitu vertentes limitaneae differentiae per Regnicolarem Deputationem cognoscantur. 1840: 32.
Lakácsy castellum reaedificetur. 1681: 6.
Lamberg Franciscus Antonius fit indigena. 1764: 47.
Lamberg Comites Philippus et Josephus indigenatum consequuntur. 1791: 73.
Lamberti Camillus Comes fit indigena. 1792: 22.
— Stephani Judicis Nob. Processus gratuiti labores deputantur ad Pápa. 1608: 15. p. c. 1613: 8. 1618: 49.
Lanceam gerat eques, et servitores eorum, secus Capitaneus supremus verberibus eos cogat. 1596: 20. §. 3.
Lanceatorum decem nobilium sedes cum Comitatn Scepusiensi uniatur. 1802: 10.
Lánczy Josephus ad Commissionem limitaneam. 1807: 31.
— Josephus Septemvir ad revisionem operatorum systematicorum delegatur. 1827: 8.
— Josephus Septemvir ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
— Josephus ad Deputationem de instltutis correctoriis ordinatam exmittitur. 1840: 5.
Landa Sigismundo, Georgio, et Erasmo indigenatus confertur. 1603: 15.
Landerer Franciscus pro Academia militari Ludovicea offert ducentos florenos. 1812: 2.
— Michael pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Langlet Baro Philippus fit indigena. 1715: 135. §. 15.
Laniones a coemtione boum impediens tricesimator violentiam incurrat. 1647: 88. §. 3.
— Comitatus limitet. 1659: 71. §. 1.
— exteri in nundinis non impediantur. 1659: 77.
Lanka Castellum sub nota aboleatur. 1471: 29.
Lanser arx per hungarum redimatur, ne a Regno avellatur. 1553: 30.
Lányi Emericus ad Commissionem limitaneam deputatur. 1836: 32.
Lapicida si agros et prata in silvis exstirpatis citra recognitionem dominii sibi vendicet, commissio rem inquirat. 1662: 44.
Lapidea aut sumptuosa domus paterna aestimatur, et minor filius alios pro eorum portionibus excontentabit solutione pecuniaria. I: 41.
Lapidis molaris pretium commissio defigat. 1715: 90.
Lapispatak in, Comitatus Sarossiensis telonium siccum tollatur. 1625: 34.
Lapsánszky Joannes membrum Commissionis limitaneae circa Silesiam 1681: 23. et fluvium Vág. 1687: 16.
Laqueo puniuntur besliae rapinas, et furta exercentes. 1514: 46. §. 2. 3.
— est poena militis stipendio provisi, et castra ante tempus deserentis. 1595: 24.
— punitur miles, equos, vel currus nobilium vel colonorum ad usus proprios post primam admonitionem adhibens. 1595: 29.
Larvato locus authenticus si literas extradet non peccat. II. 16. §. 2.
— persona in Capitulis fassionem celebrans notam incurrit. II: 16. et 17.
— definitur. 1723: 46. §. 1.
— successionem vel praerogativam aliorum sibi vendicantes, fiunt servi injuriatorum. Si filii patrum vestigiis insistant, in poena falsariorum plectantur, si nihil habuerunt, serviant ei, cujus nomen assumpserunt. 1723: 46 §. 3.
Lascanus Martinus fit indigena. 1542: 50. D. Pos.
Laschanszky Carolus Maximilianus in indigenam cooptatur. 1681: 82. §. 5.
Laszkár et Kebenka praedium Thurzó Alexius Andreae Szászi restituat. 1578: 24.
Latinovics Joannes pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
— Josephus junior offert pro eadem quingentos flor. Eod.
Látrány pagi gratuiti labores deputantur ad Szent-Györgyvár. 1681: 7.
Latroni et malefactori publico licet in periculo constituto, assistere non licet. III: 24. §. 3.

Latrones olim Judices regales ad pedes Comitis judicabant 1222: 5 §. 2.
— dimittens in ejus homagio et refusione damni convincatur. 1486: 38. 1492: 80.
— si Comiti dominus vel officialis nec extradare, nec Sedriae statuere velit, villam amittat. 1486: 48.
— eorumque fautores Comites et Vice-Comites singulo trimestri perquirant, et puniant. 1548: 50.
— etiam tempore belli judicentur. 1552: 26.
— fures, et cum Turcis clam commercium foventes palo affigantur. 1567: 30. §. 3.
— judicet sedria Comitatus. 1595: 36.
— juxta leges puniantur. 1599: 36.
— praedones, viarum publicarum obsessores, incendiarii insurgentes, pro circumstantiis aresto, vinculis, vel morte puniantur. 1808: 11. §. 11. *Vide Praedo.*

Latrocinium, praedocinium, violenta in superiores manuum injectio, seditio, conspiratio insurrectionalis militiae, judicio statario judicari, et sententia executioni dari potest. 1808: 11. §. 17.

Lauthenberger Joannes in negotio Civitatis Neostadiensis an a fundis Hungaricis ad Hungariam vel Austriam contribuere debeat? Commissarius. 1715: 72.

Lázár Augustinus pro erudita societate Hungarica confert 400 florenos. 1840: 42.
— Joannes pro Academia milit. Lud. offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Lében in eo Catholici Protestantibus templum minus restituant. 1647: 6. §. 15.

Leboraz aliter Vaskapu ad castrum in Slavonia praetensio familiae Dersőffy complanetur. 1715: 85.

Lecta in acclusis Certificatorum apponatur. 1723: 30. §. 6.

Lecticale protestantes parochis catholicis non solvant, nisi si horum opera usi fuerint. 1790: 26. §. 6.
Vide: Stola, Evangelici Protestans.

Lectisternia debitoris convicti, uxoris, et prolium ejus sequestro judiciario subjici nequeunt. 1840: 15. II. §. 154.

Lederer L. B. Ignatius in indigenam Regni recipitur. 1840: 46.

Lednicze in, praedicatum familiae Thelekessy. 1600: 22.
— arcis et bonorum controversia metalis cum dominio arcis Bruno revideatur. 1655: 30.
— ad rectificandas metas versus Moraviam Commissarii nominantur. 1681: 23.

Legatarius legata sibi per deficientem bona, citra sequestrum adeat, ut primum frater defuncti testamentum ejus consensu regio roboratum produxerit. 1715: 25. §. 6.
Vide: Legatum, Testamentum.

Legatione in, ad Portam Ottomannicam, vel ad alia loca, etiam Hungari idonei, et auctoritate praediti adhibeantur. 1618: 37. 1630: 36. 1635: 27. 1638: 3. 1647: 74. 1649: 7. 1655: 50.
— effectuare Palatinus provideat. 1638: 3.
— in Thurciam factas expensas Comitatus liquidet. 1764: 22.
— ad Turcicas per nonnullos Comitatus factae expensae. Eodem.
— pro, viros in casum emergentis necessatis nominant SS. et OO. 1790: 65.

Legata haeredes usque sexcentos florenos coram Comitatu prosequi possunt. 1647: 126.
— sua citra sequestrum adeant legatarii, ut primum frater hujus testamentum consensu regio roboratum produxerit. 1715: 25. §. 6.
— pium est privilegiatum, et tenet sola subscriptione testatoris, vel coram duobus testibus si testamentum factum. 1715: 27. §. 5.
— judicabat Protonotarius. 1715: 28. §. 10.

Legati Hungari constituantur ad ineundam cum Turcis pacem vel inducias. 1546: 4. 1553: 3. §. 1.
— Hungarus, tam ob confirmationem Episcoporum, quam ob subsidium contra Turcas ad Papam mittatur. 1550: 15.
— Hung. ad Imperium missi titulo factarum expensarum 600 florenos ex tribus denariis a portis praestandis accipiant. 1557: 5.
— H. cum scitu Imperatoris auxilii causa ad exteros Principes mittantur. 1593: 1. §. 9.
— H. expensis provideantur. 1593: 13.
— H. ad vicina Regna mittendi nominantur. 1609: 68.
— ad Transilvaniam Rex nominet. 1609: 68. §. 6.
— qua instructione, et quo tempore mittendi, ab arbitrio Regis pendeat. Eodem §. 8.
— ad Comitia imperialia Rex determinet, instructionem autem eis SS. et OO. dabunt. 1613: 43.
— Hungarus unus ad Portam Ottomannicam cum Germanis mittatur. 1618: 37. 1630: 36. 1635: 27. 1638: 3: 1647: 74. 1649: 7. 1655: 50. 1659: 14. 1662: 4. 1681: 4. 1715: 41.
— clam ad hostes mittentes, notae infidelitatis rei habeantur. 1622: 20. §. 1. 1625: 12.
— ratione 13. Oppidorum Scepusiensium ad Regem Poloniae mittendi. 1630: 26. 1635: 67. 1638: 39. 1647: 72. 1649: 28. 1655: 82. 1659: 40. 1681: 24.
— det instructiones Palatinus ex Consilio Hungarico. 1647: 73.
— si ad Turciam mittantur Palatino insinuetur. 1655: 50. §. 3.
— ad portam Ottomannicam mittendi decernuntur, qui de novis occupationibus, et aucto tributo querantur. 1659: 13.
— Hungari in negotiis Hungariam tangentibus adhibeantur. 1723: 104. 1790: 17.

Legatos exteros absente vel simplice Rege excipiebat Palatinus. 1481: 7. de offo Palat.
— exteri Rege absque haerede mortuo ad Comitia non admittantur. 1498: 45.
— Caesaris et Venetus remittatur. 1525: 4. §. 3.
— Turcicus si advenit, adventus ejus Palatino insinuetur. 1649: 7.
— Germanus ad Turcas missus cum Legato Hungaro negotia conferat. 1655: 50. §. 2. 1681: 4.
— Turcici euntes et redeuntes ex Camera alantur. 1659: 29.
— in Turcicos habitas expensas Comitatus Mosoniensis et alii liquident. 1715: 81.
— aulicus, si chyrographum et sigillum in literis plenipotentiariis, et procuratoriis in exteris oris commorantis recognoscat et constitutio et revocatio veleat. 1729: 24. §. 3.
— jurisdictiones publicas amplius ne gravent. 1802: 25.

Legiones hungaricae quomodo citra agravium plebis semper completae habeantur, deputatio commissariatica elaborabit. 1791: 66.
— ad Hungaricas et Confiniales stabales officiales et Proprietarii constituantur nati Hungari 1792: 9.
— Hungaricarum completationem obligant ad triennium. SS. et OO. 1802: 1.
— stabilis militiae ex insurrectionali militia non suppleantur. 1808: 2. §. 17.
— hungaricae cum Jurisdictionibus Regni lingua hungarica correspondeant. 1840: 6. §. 9.

Legionis Rex titulus Caroli VI. Imperatoris et Regis Hungariae. 1715: 2.

Legitimatio spurii ad Papam pertinet. I: 106.
— quoad bonorum successionem spectat ad Regem non tamen in praejudicium legitimorum filiorum. I: 108.

Légman Joannis Judicis Nobilium Processus gratuiti labores deputantur ad Sz. Györgyvár. 1602: 14. 1604: 8.

Legrád arcem reparabit Comitatus Szaladiensis cum possessione Chatár et Patha. 1567: 17. 1613: 8. §. 13. 1618: 19. §. 13. 1622: 36. §. 34.

Legrád arcem Insula Muraköz reparabit. 1569: 19. §. 18. 1602: 14. §. 18. 1604: 8. §. 28. 1608: 15. §. 10. p. c. 1613: 8. §. 13. 1618: 49. §. 13. 1622: 36. §. 34. 1625: 19. §. 3. 1630: 3. §. 15. 1635: 92. §. 36.
— bona Zrinyiana reparabunt. 1569: 19. §. 18. 1578: 27. §. 27. 1608: 15. §. 6. 10. p. c. 1613: 8. §. 7. 1618: 49. §. 13. 1638: 3.
— ad arcem muniendam concurret Comitatus Sümeghiensis et Baranyensis. 1618: 49. §. 13. 1681: 7. §. 15.
— in, confiniariorum insolentia coerceatur. 1647: 42.
— alet ducentos pedites. 1655: 3. §. 40.
— equites centum quinquaginta alet. 1681: 5. §. 10.
— in, stabilitur Tricesima filialis ad Varasdinensem 1715: 91.
— inter et possessiones Nagy- et Kis-Attak metalis controversia revideatur. 1715: 116.
Legrády Alexander pro Academia militari Ludovicea offert centum florenos. 1808: 7. §. 18.
Leibiczensi in oppido in praejudicium Civitatis Késmarkiensis inductae nundinae. 1649: 52.
Leibsteinszky Norbertus Leopoldus a Kolovrat in indigenam cooptatur. 1687: 28. §. 5.
Leininger Westerburg Augustus et Christianus Comites in Indigenas Regni recipiuntur. 1836: 47. §. 1.
Lelesz ultra denarios duodecim non desumat diurni. 1550: 63. §. 2.
— Conventus donec elibertetur, loco ejus executiones peragat conventus Jászóv, Capitalium Agriense et Scepusiense. 1557: 21.
— Conventus monachos quinque et in defectu horum presbyteros quinque, juratos pro legalibus testimoniis alat. 1559: 49.
— Praepositurae reformandne bona restituantur. 1567: 31.
— ad oppidum conveniant deputati commissarii ad inquirendum de bonis dubiis in partibus superioribus. 1567: 34.
— Praepositus intersit qua Praelatus judiciis Eperjesiensibus. 1572: II: 4.
— Conventus Sacerdotes sufficientes pro executionibus peragendis interteneat. 1600: 26.
— Conventus requisitores usque futuram diaetam fungantur. 1608: 12. p. cor.
— Conventus fassiones et executiones robur habeant. 1609: 49.
— Praepositus nominatur pro Praelato tabulae in partibus superioribus. 1622: 43.
— Conventus sigillum renovetur. 1655: 103.
— Conventus receptis a Capitulo Agriensi actis fidedigintatem suam recipiat. 1802: 16.
Lellesith Georgii Judicis Nobilium Processus gratuiti labores deputantur ad Széchen. 1625: 19.
Lelócz villa, *vide felső Lelócz.* 1578: 24.
Lempach, *vide Nova Lempach.*
Lenárd Martinus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Lenchés Gabriel perceptor subsidii creatur. 1602: 3.
Lendva (Alsó) milite provideatur ad reprimendos Turcarum insultus. 1601. 29. 1622: 36. §. 40.
— muniant appertinentiae propriae. 1618: 49. §. 18. 1630: 3. §. 20. 1635: 92. §. 37.
— pedites quinquaginta alat. 1655: 3. §. 36.
Lengyel familiae castra Fónód et Szegliget, Magyar Valentinus restituat. 1563: 55.
— familiae gratuiti labores deputantur ad propriam arcem Szegliget. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. et ad Szalavár. 1630: 3.
— Balthasari literae adjudicatoriae contra Franciscum Balassa super quadam pecuniaria convictione cassantur. 1647: 147.
— Joannes fit indigena. 1659: 133. §. 19.
— Paulus ad deputationem de institutis correctoriis ordinatam exmittitur. 1840: 5.
— **Tóthi** possessionis gratuiti labores deputantur ad Szalavár. 1635: 92.
Leopoldus I. Rex eligitur et proclamatur. 1655: 2.
— **II.** coronatur. 1791: 1.
— **II**-di Diploma Regium. 1791: 2.
— **II**-do offertur Honorarium. 1791: 4.
Leopoldopolim inter et Nitriam loca quaepiam praesidianda pro Confinio. 1681: 20.
— ad inductae per Officiales militares in fluviis Vágh et Dudvágh exactiones tollantur. 1681: 20.
Lepaglava de, Eremitae ordinis S. Pauli duos currus et duodecim equos ad vehenda ingenia paratos teneant. 1538: 6. Slav.
Lépes Georgius Episcopus Transilvaniensis 1435. Concl.
— Valentinus Canonicus et Custos Ecclesiae Jaurinensis Tabulae R. Assessor 1601: 33. Episcopus Tinniensis. 1606. Episcopus Nitriensis, et supremus Comes Comitatus Nitriensis Aulae Cancellarius. 1608. Concl. Appellationibus intersit. 1609: 70. et Concl. 1618: 64. Archi-Episcopus Colocensis praestat gratuitos labores ad propriam arcem. 1622: 36.
Leporum de Insula monialium querala contra violentias Joannis Thapolchányi revideatur. 1597: 42.
Lepores integro anno venari liceat. 1729: 22. §. 10.
— in satis a prima Februarii usque finem messis, in pratis usque cordilegium, in vineis usque vindemiam venari non liceat. 1802: 24.
Lerch Sigismundus ad Commissionem pro restabiliendo vini Tokayensis commercio ordinatam deputatur. 1827: 31.
Lessenye de, praedicatum familiae Nagy. 1662: 42.
Lestyán Michael pro Academia militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Leszkovecz possessionis territorialis differentia peremtorie determinetur. 1659: 64.
Léva de, nomen et praedicatum familiae Cheh. 1498: 22.
— de, Sigismundus Banderiatus. 1498: 22.
— est locus antiquus, filialis Tricesimae ad Trenchiniensem capitalem. 1498: 34.
— arcem Comitatus Thurócz, Árva, Liptó, Zolyom, Bars, et Honth demtis bonis Archi-Episcopi, Capituli Strigoniensis et Praepositurae Thurócz reparabunt. 1556: 16. 1559: 28. 1567: 17. §. 21. 22. 1569: 19. §. 12. 1647: 153. §. 9. 1681: 7. §. 6.
— in arce teneantur gentes. 1567: 20.
— cum non sit confinium Regni, milites exteri ex ea educantur. 1608: 12. a. c.
— arcem reparet Comitatus Bars, et concurrat Comitatus Thurócz et Árva. 1578: 27. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. §. 9. 1635: 92. §. 9. 1638: 70. §. 4.
— arcis intuitu causam inter Sigefriedum Kolonich et Joannem ab Althán Palatinus cum Tabula Regia judicet. 1622: 63. 1625: 56.
— in praesidio, Nobiles fugitivi a decimis immunes sint. 1635: 74. 1638: 59. 1649: 63.
— castri citra Danubiani conservationi Rex provideat. 1646: 44.
— admittitur structura pro Augustanae Confessioni addictis. 1647: 9.
— ad arcem praetensionem Susannae Lorántffy Palatinus jure extraordinario cognoscat. 1647: 111. 1649: 70. 1655: 102. 1659: 125.
— arcis intuitu Comitibus Kolonich via novi cum gratia conceditur. 1647: 117. 1649: 56. 1655: 104. 1659: 124.
— equites tercentos, et pedites ducentos alat. 1655: 3. §. 15.
— equites centum quinquaginta et centum pedites alat. 1681: 26. §. 15.
— Protestantes templum, Scholas, et parochiam erigere possint. 1681: 26. §. 15.
Lévár bona extraneis illegitime collata sunt. 1599: 31.
Levatam non faciens actor in judicio regali, poena sex marcarum l. ponderis gravatur. II: 86. §. 11. 12.

Levata fiat ipsa die citationis, cui tota dies cedit. 1723: 32. §. 3.
Levél in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 15.
Leutschovia est locus antiquus Tricesimae filialis ad Cassoviensem. 1498: 34.
— civitatis et civium certae causae cum nobilibus coram Comitatu et Personali judicentur. 1498: 38.
— civitas pertinet ad bona et proventus Regis inabalienabiles. 1514: 3.
— inductum novum et inconsvetum vectigal aboleatur. 1536: 45.
— in festo B. Georgii M. 40. diebus judicia celebrentur. 1546: 33.
— in suis libertatibus conservetur. 1547: §. 21.
— celebrentur judicia. 1557: 8.
— Restituatur Capitalis depositionis locus versus Poloniam. 1569: 18.
— gratuiti labores deputantur ad Cassoviam. 1569: 19. ad Szendrő. 1578: 27.
— celebrentur judicia octavalia et brevia pro partibus superioribus. 1625: 51.
— ad Nundinas circa impeditum per oppidanos Scepusienses accessum commissarii ordinantur. 1659: 52.
— stabilitur Tricesima filialis ad Käsmarkiensem. 1715: 91.
— pro musaeo nationali confert 146 fl. 37⅞ xros. 1827: 35.
— pro Academia militari Ludovicea offert 1000 florenos. 1808: 7. §. 18.
Lex definitur, ejus necessitas, origo, requisita, finis. Prolog. 6.
— ambiguas qui condit interpretetur. Prol. 6. §. 12.
— differt a consvetudine. Prol. 11. §. 1. 2.
— Papae posterior non tollit consvetudines locorum privatas. Prol. 12. §. 1.
— prior tollitur posteriori contraria consvetudine. Prol. 12. §. 2.
— decidit casum dubium, legi magis, quam consvetudini rationabilem. Prol. 12. §. 3.
— cui nihil derogatum viget. II: 2. §. 9.
— posterior tollit priorem. II: 2. §. 10.
— populus hungaricus olim ipse condebat. II: 3. §. 1.
— ex quo fide Christiana illustratus est, eas Rex cum populo condit. II: 3. §. 2. 1635: 18. 1790: 12.
— super rebus Juri divino, aut naturali praejudicantibus, aut vetustae libertati totius gentis Hungarae derogantibus, Rex proprio motu condere non potest. II: 3. §. 3.
— a populo latae accedente confirmatione Regis valent. II: 3. §. 4.
— obligat Principem ipsum, subditos, imo exteros etiam. II: 5.
— si sit poenalis, pro exteris trimestri prius publicanda. Eod. §. 3.
— si non sit poenalis unus mensis ad publicationem sufficit. Eod. §. 4.
— promulgata incolas obligat. Eod. §. 5.
— antiquas cum Consilio Statuum partim confirmaturum, partim reformaturum se spondet Albertus. 1439: 1.
— non defluas, sed erigendas causas regulat. 1486: 70.
— comitialis ab omnibus observetur. 1500: 43.
— circa facta et honestatem Clericorum per SS. et OO. latas Praelatos non acceptasse agnoscitur. 1514. initio §. 4.
— et statuta Decreti II. Lud. II. usque futuram Diaetam observentur. 1518: 44. Bách.
— Regni Rex observet. 1550: 76. 1554. in Concl. 1599. in Concl.
— intuitu Religionis latas Rex observari procuret. 1552: 7.
— Regni violantes puniantur. 1556: 23.
Leges intuitu arendationis decimarum latas, Rex decimas pro conservatione arcium, et officialium arendans observet. 1563: 68.
— intuitu cursus juris emendentur, et res in Comitiis referatur. 1608: 16. a. Cor. 1715: 24. 124.
— per privatos latae non obligant. 1635: 18.
— super libertatibus Regni conditae per Regem observentur. 1681: 10. 80. 1723: 3. 1741: 2.
— sub antecessoribus latas confirmat Carolus III. 1715: 2. §. 5.
— ut emendentur Commissio nominatur. 1715: 24.
— Montanas Rex cum Statibus in Comitiis reformabit. 1790: 22.
— abrogat, ei derogat, eamque interpretatur Rex cum SS. et OO. 1792: 12.
— disciplinaris pro insurgente milite dictatur, ea quando et per quos eis publicetur. 1808: 11. §. 20.
— patriarum textus *hungaricus* pro originali et dirimente habeatur. 1836: 3. §. 1.
— patriae solum idiomate hungarico edantur. 1844: 2. § 2.
— cambiales hungaricae ad totum Litorale Hungaricum extenduntur. 1844: 6. §. 27.
Vide Decretum, Consvetudo, Statutum.
Libri erronei, uti sunt Haeretici, magici, obscoeni, et alii ejusmodi non imprimantur. 1553: 24.
— mercantilem bene ordinatum et formatum habeat quisque mercator, cui credita et debita accurate inscripta sint. 1723: 53. §. 1.
— hic in figura judicii produci debet, si debitum intra triennium nec petitum, nec per notarium extractum et subscriptum sit, et si debitum accurrate inventum post juramentum suppletorium mercator illud accipit. Eod. §. 4—6.
— si informis per judicem adinventus fuerit, mercator ad ordinarias probas relegatur. Eod. §. 7.
— symbolicos et theologicos pietatis per censores proprios censuratos, Protestantes libere edere possint, sed exemplar triplex Regi per Consilium submittatur. 1790: 26. §. 5.
— et mappas militares, pro Academia militari Ludovicea ex sua Bibliotheca offert B. Jeszenák Joannes. 1808: 7- §. 18.
— mercantiles tantum mercatorum et fabricantium apud Tribunal Cambiale improtocollatorum semiplenam probam praestant. 1840: 15. II. §. 106.
— mercantiles, ut coram Tribunali Cambiali semiplenam probam praestent, uno eodemque tempore per plures adornari nequeunt, sed vel per ipsum negotiatorem, vel per adjunctum ad id destinatum ducentur. 1840: 15. II. §. 106. f.) 1844: 6. §. 13.
— mercantiles coram Tribunali cambiali zona sericea persuti, et sigillo judiciali muniti, vim probandi in casibus impetitionum uno anno, et sex mensibus retinent, in casibus defensae semper pleno vigore gaudent. 1840: 15. II. §. 109.
— mercantilibus si probae praestandae sunt, Contoales penes libellum actionalem instar acclusi cum Incatto communicabuntur; actor tamen tenebitur libros in termino comparitionis Tribunali cambiali exhibere; ubi Judicium indagabit, an liber rite ducatnr? Incattus autem positiones se concernentes examinare poterit. Reflexiones Partis contra authentiam librorum protocollo processuali inserentur, et si in libris nullus reperiatur defectus, proprietariis restituentur. Eod. §. 110.
— mercantilibus si proprietarius diutius carere nollet, tunc concernentes contoales ante praesentationem libelli actionalis per Tribunal cambiale, aut per duo localis magistratus commembra judiciaria, in Comitatibus autem per legale Testimonium cum libris suis conferri curabit, et interpellatae personae authenticae pervestigatis libris, subscriptionibus suis recognoscent, quod Contoales libris conformes sint. Contoalium taliter legalisatarum paria libello actionali, in ter-

mino comparitionis autem ipsae originales exhibebuntur. 1840: 15. II. §. 111.

Libros mercantiles Tribunali cambiali exhibitos Praeses tantum et Judices jurisperiti perscrutabuntur, assessoribus mercantilibus tales citra consensum exhibentis pervestigare non licet. Eod. §. 113.

— mercantiles contra proprietarios suos plenam, contra alios autem semiplenam probam praestant, quae accedente proprietarii aut ratiocinantis juramento suppletorio ad dignitatem plenae probae elevatur. 1840: 15. II. §. 114. 115. et a. 16. §. 17. 18.

— suorum adminiculo Extranei coram Tribunalibus cambialibus tunc tantum possunt probam praestare, si fidedigne evincant, quod juxta leges patriae suae libros vi probandi pollentes ducere valeant, et quod hi ad normam inibi vigentem concinnati sint, dein quod in Patria illorum hoc in puncto relate ad negotiatores Hungaros reciprocitas vigeat. 1840: 15. II. §. 116.

— mercantiles per Tribunal cambiale legalisati, et ordinate ducti, coram quibusvis judiciis pro authenticis, et coram jure semiplenam probam praestantibus considerabuntur. 1840: 16. 2. §. 12.

— merc., ut semiplenam probam praestent, per easdem Jurisdictiones, coram quibus Firma mercantilis improtocollata est, modalitate pro Tribunali cambiali praescripta, legalisari debent, ast libri tales coram Tribunali Cambiali semiplenam probam haud praestant. Eod. §. 13. 14.

— merc. per respectivas Jurisdictiones legalisati, coram Tribunali Cambiali semiplenam probam haud praestabunt. Eod. §. 14.

— merc. juxta normam Codicis Cambialis. II. §. 106. praescriptam ordinate duci debent. Eod. §. 15.

— merc. rite ducti inter negotiatores relate ad cuncta negotiorum eorundem adjuncta vim probandi habent. Eod. §. 16.

— merc. vim probandi ad impetendum uno anno et sex mensibus retinent, ad defendendum vero semper vim legalem habent. Si vero Contoales per respectivum civicum aut oppidanum Magistratum, aut in Comitatibus per legale Testimenium authenticentur, libri spatio trium annorum ad impetendum quoque deservire possunt, si demum actio intra unum et medium annum concernenti Judicio exhibita est, aut Contoales ipse debitor subscripsit, vim suam probandi ulterius quoque retinent. Eod. §. 19.

— mercantilibus quovis anno bilanx i. e. status activus et passivus negotiatoris summarie inseri debet. Eod. §. 20.

— ductor cunctis negotiis mercantilibus strenue invigilare, et illa libris accurrate inducere tenetur, atque cessante etiam servitio, erga pcovocationum mercatoris relate ad genuinitatem positionum per se insertarum juramentum suppletorium nuncupare obligatur. Eod. §. 26.

— mercantilium ductores, nonnisi praemissa quatuor mensium edictione ex servitio dimitti possunt. Eod. §. 29.

— mercantilem capitalem vel ipse mercator et fabricans, vel distinctum ad id activisatum individum ducet, librum Strazza dictum attamen quiscunque scribere potest. 1844: 6. §. 13.

— mercantilium pro authenticatione taxa trium florenorum solvetur. 1844: 6. §. 25.

Liberchey Michaelis Judicis Nobilium Processus gratuiti labores ordinantur ad Fülek. 1613: 8. 1622: 36. 1625: 19. 1635: 92. et ad Kis-Honth 1618: 49.

Liberorum nuncupatione continentur filii et filiae, nepotesque et neptes. I: 17.

— alii sunt perfectae aliae imperfectae aetatis. I: 111. §. 2.

Liberorum imperfectae aetatis alii sunt legitimae, alii illegitimae aetatis. Legitima aetas in utroque sexu sunt anni duodecim, olim in masculis fuit annus pubertatis decimus quartus. I: 111. §. 3. 4.

— legitimae aetatis juri stare possunt. Eod. §. 5.

— et pueros illegitimae aetatis evocans: convincitur in homagio eorum contra singulos. II: 23.

— propriorum occisores, notam infidelitatis incurrebant. II: 45. — Poena mortis nunc jam afficiuntur. 1723: 11.

— Presbyterorum provideant Episcopi S. Steph. II: 34.

Libertatem amittant Ewrii (Örök), seu custodes Confiniorum, eorumque Superiores, demtis tamen filiis et filiabus eorum, si boves vel equos ultra confinia vendi siverint. S. Ladis. II: 17.

— Regni et Statuum per Regem confirmantur, ac ut per Reges observentur statuitur. 1351. 1435: 24. 1478: 14. 1492: 1. 1537: 29. 1546: 15. 1548: 56. 1552: 30. 1554: 11. 1572: 2. 1659: 1. 1681: 10.

— Regni partim stabilire, partim reformare velle promittit Albertus. 1439: 1.

— Regnornm Slavoniae, Croatiae, et Dalmatiae serventur. 1464: 13.

— Regni se observaturum pollicetur Uladislaus II. 1495. in Dipl. Coron.

— Civitati Vissegrad a Mathia de non sistendo judicio ob qualescunque excessus, data, aboletur. 1492: 102. 1498: 39.

— Nobilium praedialium Ecclesiae Szegszárdiensis confirmantur. 1518: 26. Bách.

— Nobilium 12 Comitatuum inferiorum confirmantur. 1525: 30.

— Civitatum Regiarum et montanarum in exactione vectigalis, tributi, et telonii conserventur. 1536: 55. 1550: 78. 1569: 57. 1574: 35.

— Nassadistarum in vectigalibus, tributis, ac teloniis conserventur. 1536: 56.

— Captivi sub poena mortis armis redimi nequeat. 1563: 67. §. 3. 4.

— Regni cum commodo et dignitate Regis conjunctae sunt. Eaeque ab abusibus repurgentur. 1582: 8.

— Regni Rex restituat prout se obligavit. 1583: 1. §. 5.

— nisi Rex restituerit subsidium se eidem resolvere non posse declarant. SS. et OO. 1583: 1. §. 7.

— Regni Rex restituat. 1588: 11.

— Rex civitatibus et oppidis citra Consilium hungaricum non conferat. 1608: 6. §. 4. a. Cor.

— Regni confirmat Ferdinandus II. in Dipl. 1622: 2. §. 7.

— confirmat Ferdinandus III. in Dipl. 1638: 1. §. 2.

— confirmat Leopoldus I. in Dipl. 1659: 1. §. 2.

— si sub revolutionibus non essent observatae, omnia acta, et facta contra eas sint invigorosa. 1681: 10. §. 1.

— confirmat Carolus III. 1715: 2. §. 5.

— confirmatae per Regem observentur, quae non sunt et perdurant, intra annum confirmationi Regiae substernantur. 1715: 120.

— confirmat M. Theresia. 1741: 2. §. 3.

— ut conserventur corregens Mariae Theresiae Franciscus curabit. 1741: 4. §. 6.

— confirmat Leopoldus II. 1790: 2. in Dipl.

— conservaturum se spondet Franciscus I. 1792: 2. §. 1. 1827: 3.

— confirmat, et conservaturum se spondet Ferdinandus V. 1836: 1.

Libertini in depositione juramenti pro nobilibus acceptantur. II: 27. §. 6.

— seu manumissos Episcopus vel Comes salva libertate pro lubitu habere possit. S. Lad. I: 30. §. 1.

— si qui pro salute animarum manumissi, ii soli ecclesiae vel Presbytero serviant. Eod. §. 2.

Libertini si alterius domum invadant, eorum libertas 55. Bizantiis redimatur. S. Lad. II: 11.
— in furto captus suspendatur, ad ecclesiam confugiens extractus excoecetur. S. Lad. II: 12.
— proles decennales et infra liberae maneant, supra servituti addicentur, et bona eorum confiscentur. Eod: §. 3.
— si anserem vel gallinam furetur, oculo privatus damnum reparet. Eod. §. 4.
— ab iis deinceps denarii octo non exigantur, demtis civilibus domo carentibus Colom. I: 45.
— Regi transeunti equos, currus et servitia praestent, et nonnisi denarios quatuor cum secum habitantibus solvant. Eod. §. 2.
— festum non colens tribus diebus poeniteat. Colomannus II: 14.
— nisi de omnibus satisfacerint, migrare non possint. 1492: 93. §. 2.
— migrantes de superaedificatis juxta aestimationem villici vel Judicis disponere possint. Eodem.
— in Slavonia Tributum non solvant. 1538: 1. §. 1.
— molendinorum, tributa solvant, non obstantibus quibusvis privilegiis. 1542: 14. D. Pos. 1543: 16. 1546: 13. 1569: 8. 1574: 3. 1647: 128.
— ad tributum unius floreni a proportione facultatum per Dominos taxentur. 1542: 27. D. Novis.
— demtis iis qui dominis erga victum et amictum serviunt, subsidium duorum florenorum solvant. 1554: 4. §. 6. 1557: 3. §. 7. 1559: 12. §. 6.
— Dominis in castris servientes non dicentur. 1567. 14. §. 2. 1569: 8. §. 1.
— subsidium duorum florenorum non solvant. 1578: 2.
— subsidium juxta taxationem Vice-Comitis et nobilitatis solvent. 1595: 6. 1596: 10. 1598: 15. 1602: 2. §. 2. 1603: 3. §. 4. 1609: 65.
— fundos possidentes decimam solvant. 1613: 4. 1647: 95. §. 10.
— pro conservatione coronae per Vice-Comites taxentur. 1622: 34. 1625: 28. §. 3.
— Civitatum solum ad commendationem Civitatis, et duorum Consiliariorum, nobilitatem obtinere possunt. 1649: 15. §. 1.
— Comitatus Gömöriensis licet nonam non solvant, solvant tamen decimam a fundis rusticis. 1659: 54.
— penes Dominos terrestres insurgent. 1659: 85. §. 4. 1662: 5. §. 12. 1681: 46. §. 11.
— in fundo colonicali degentibus sine haerede, et testamento decedentibus, vel notam incurrentibus, non fiscus dominalis, sed Regius in omnibus, praeter fundos dominales per dominos reluendos succedit. 1715: 62. §. 1.
— fundos colonicales excolentes, juxta initum contractum sint dominis obligati. 1715: 101. §. 4. 1723: 61. §. 1.
— nullum cum domino contractum ineuntes, praestitis praestandis libere migrent. 1723: 61. §. 2.
— si ex vicinis provinciis in Hungariam veniant, annis sex contributionem non solvant. 1723: 103.
— in contractualibus et successionalibus, contra nobiles proprio nomine procedere possint, in personalibus vero et potentiariis Fiscus Magistratualis pro iis agit. 1802: 20.
— ad labores publicos concurrere obligantur. 1827: 32. 1844: 9. §. 11.

Libetham proprii reparabunt coloni. 1578: 27. §. 19.

Libethbánya civitas pro Musaeo Natianali confert 500 florenos. 1827: 35.

Liblyó de Nicolaus castra occupata suis possessoribus restituet 1403. princ. §. 9.

Lichtenstein Antonius Florianus cum filiis Josepho et Carolo, item Hartmannus, Josephus Venceslaus, Laurentius, Emmanuel, Joannes Antonius Principes, pro veris indigenis agnoscuntur, et declarantur. 1715: 129.

Lichtenstein Princeps Carolus, et Maximilianus in indigenas cooptantur. 1608: 27. p. cor.
— Joannes Adamus, Maximilianus, Antonius, Philippus et Hartmannus fiunt indigenae. 1687: 27. 1715: 129.

Licitatio, seu venditio sub hasta fiat bonorum rebellium, et pecunia in usus publicos convertatur. 1542: 6. D. Nov. 1542: 7. D. Pos.
— bonorum fiscalium ne amplius fiat. 1741: 19. §. 2.
— bonorum in executionem judicialem sumptorum aestimatio praemitti debet. 1836: 15. §. 4—12.
— prima si bona immobilia vendi nequirent, in secunda licitatione eadem etiam infra pretium aestimationale resignabuntur. 1836: 15. §. 13. 1840: 22. §. 60.
— bonorum sub executione judiciaria constitutorum, tam in jurisdictione illa, in qua substratum reperitur, quam etiam in gremio vicinarum Jurisdictionum, et pro ratione circumstantiarum etiam regnotenus publicabitur. 1836: 15. §. 14.
— in judiciaria bonorum, omnis prioritas cessat. 1836: 15. §. 15.
— judiciali aquisita bona mobilia, civica, vel titulo urbarialis usufructuationis possessa, per anteriores possessores amplius relui non possunt. 1836: 15. §. 16.
— sessiones urbariales et domus civiles dismembrari nequeunt. 1836: 15. §. 17.
— aquisitum nobilitare bonum immobile prae manibus plus offerentis titulo pignoris judiciarii manebit. 1836: 15. §. 18.
— in judiciaria bonorum oppositio locum non habet. 1836: 15. §. 19.
— judiciaria venditis in bonis reoccupatio locum non obtinet. Eodem.
— juribus aliorum non praejudicatur. 1836: 15. §. 20.
— ad procurandam solutionem cambiariam instituendae terminus in Civitatibus et Oppidis ultra 8, in pagis vero ultra 15 dies protendi non poterit, de hoc termino Partes edocebuntur, et licitatio solito modo divulgabitur. 1840: 15. II. §. 179.
— ad procurandam solutionem cambiariam instituendae termino adveniente, exmissa persona judicialis sequestratam paratam pecuniam et pretiosa ad manus suas recipiet, et ad faciem loci exeundo, ibidem summae convictivae sumptus etiam conscriptionales adjiciendo, summam excontentationalem coram partibus excalculat: eo suapte intellecto, quod sumptus licitationis, illa terminata liquidandi, et e summa licitatione mediante incassata exsolvendi veniant. Pecunia parata occasione conscriptionis sequestrata Parti triumphanti extradatur, et in quantum haec totum debitum non adaequaret, licitatio occipienda erit. Eodem. §. 180.
— in judiciali Pars executioni subjecta seriem venditionis designare, et si quid salvare vellet, in locum hujus alia bona mobilia substituere potest, si hoc jure exequendus non utatur, divenditio juxta seriem conscriptionis peragetur. Eodem. §. 181.
— in judiciali omne objectum aere parato solvi debet. Pars exequens omne id quod emerit, in sortem praetensionis suae imputare poterit. Objecta licitationi exposita plurimum offerenti tradentur, si proclamationale pretium nemo offerret, tale devalvandum erit. Eod. §. 182. 183.
— judicialis eousque continuatur, usquedum percepta pecunia praetensioni, hujus accessoriis, et expensis licitationalibus tegendis suffecerit. Eod. §. 184.
— peragens persona judiciaria, super illa accuratum protocollum ducere tenetur, et huic deno-

minationem objecti, nomen emtoris, et pretium venditionale inseret. 1840: 15. II. §. 186.
Licitatione terminata persona judiciaria e percepta summa, exsolutis sumptibus licitationalibus, integram Partis triumphantis praetensionem depurabit, et id, quod supermansit, executo resignabit, non distracta pretiosa restituet, et bona sequestrata sed non vendita ab inhibitione, sigillo et sequestro liberabit, et de omnibus exmittenti Judicio, Magistratui aut Vice-Comiti relationem praestabit Eod. §. 187.
— judiciali divenditis e bonis mobilibus, si tota praetensio excontentari nequiret, et debitor alia adhuc bona mobilia conscriptionem non ingressa possideret, praetendens residuorum horum bonorum continuativam conscriptionem, et subhastationem penes idem Judicium sollicitare poterit, quod ipsum absque noviori recursu effectuabit. Eod. §. 190.
— bonorum immobilium ad massam concursualem spectantium pretio aestimationali inchoatur, et si hoc pretio nullus emtor se insinuaret, illa in secunda licitatione etiam infra pretium aestimationale vendentur. 1840: 22. §. 60.
— judiciariae occasione Tribunali Cambiali a singulis centum florenis obvenit unus florenos. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 24.
— in judiciaria si exmissa per Tribunal Cambiale persona judiciaria plus quam medium diem exigat, Tribunali pro singulo die obveniunt duo floreni. 1840: 15. II. 16. §. 2. ad 25.
Liebenberg B. Carolus fit indigena. 1715: 135. §. 14.
— Emmanueli Carolo et Leopoldo indigenatus confertur. 1827: 45. §. 4.
Lieszko in, praedicatum familiae Ordódy. 1765: 16.
Liga Hungarica ad normam monetarum germanicarum redigatur. 1550: 48. *Vide Moneta, Aureus, Imperialis, florenus.*
Ligna pro foco munitioni Jaurinensi et Comaromiensi subministret insula Csalóköz. 1563: 22. §. 1.
— pro munitionibus iisdem in eadem insula apta reperta adhibeantur. Eod. §. 2. 1600: 17. 1601: 22.
— pro fabrica viarum et pontium suppeditent Comitatus Thurócz et Árva. 1600: 17. 18. 1601: 22.
— pro praesidiis confinialibus convehere non obligentur Nobiles jugo Turcico pressi. 1622: 51.
— aedilia per Granum et Vagum devehere ne impediatur. 1625: 42. 1638: 65. 1659: 58. 1662: 43. 1723: 15. §. 9.
— praeemtio impediatur. 1751: 16.
— aedilia, et pro palis vinearum ut quaestores Posonienses etiam in Austria emere valeant curabit Rex. 1751: 33.
— in silva sequestrata non dominus, vel compossessores sed curator caedet, et a proportione dividet, si clavis desit venduntur, et pecuniae usque eventum litis sequestrantur. 1807: 21. §. 2.
— in silva sequestrata pro usu erga currens pretium compossessoribus dabuntur, vel inscripta subinde ratae eorum imputabuntur, si vero silva sit destructa, lignis siccis et deciduis contenti esse debent. 1807: 21. §. 2.
— focalia et aedilia ex sylva dominali colonis juxta praevigentem usum aut urbarialem regulationem suppeditentur. 1836: 6. §. 4.
— ad artefacta, ad ollas crematorias, aut ad quaestum Dominus terrestris subditis suis dare non obligatur. 1836: 6. §. 4.
— medium orgiam inquilini consecare obligantur. 1836: 7. §. 8. 1840: 7. §. 4.
— orgiam singulus integrae sessionis colonus e silva gratis devehere tenetur. 1836: 7. §. 8. 1840: 7. §. 8.
Lythantracum Fodinis si damna inferantur, horum bonificatio in Comitatibus per Districtualem Judicem Nobilium, in Civitatibus per Capitaneum Civicum, in oppidis et pagis per Judicem cum duobus prioribus adjudicatur. 1840: 9.

M.

Macedonia de, nomen et praedicatum familiae. 1518: 39.
Macha possessionis gratuiti labores deputantur ad Comaromium. 1622: 36.
Macella Camerarius montanus tenere nequeat. 1519: 8.
— Comendantes et officiales militares pro se non usurpent. 1681: 22. 1729: 4. 1764: 37.
— in domo Comitatensi cum praejudicio domini terrestris vel Civitatis non exerceatur. 1723: 73.
— dominale si incolas sufficientibus carnibus non provideret, subditis permittitur pecora sana emacellare. 1836: 6. §. 6.
— jus ad omnes compossessores pertinet. 1836: 12. §. 11.
Machéd (Nagy) in eo Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 11.
Machinas bellicas cum appertinentiis qui curent vehi in Slavonia. 1538: 6. R. Slav.
— bellicas civitates quantum suffecerint, devehebant, ultra Rex vecturas solvat. 1563: 14. 1566: 19. 1569: 26. 1574: 9. 1599: 27. 1609: 15. 1655: 16. 1681: 43.
— bellicarum devectionem ad castra ob defectum Jumentorum SS. et OO. resolvere se non posse declarant, sed ab exteris fine hoc equi subministrentur. 1601: 23. 24.
Machkás de, nomen et praedicatum familiae 1495. Concl. Familiae Tárnok 1498. 1500. Concl.
Mack Ignatius in indigenam regni cooptatur. 1840: 54.
— Ignatii fundatio 5000 florenorum Pestiensi Coecorum Instituto addicta inarticulatur. 1840: 55.
Macripodari Hiacyntus Episcopus Chanadiensis. 1659. 1662. Concl.
Maczal possessionis gratuiti labores deputantur ad Szalavár. 1659: 130.
Maczonka de Ladislai conjux nob. de Kóka, super praefectione filiae in filium falsas litteras impetrat. II: 14.
Madách Casparis Judicis Nobilium processus gratuiti labores deputantur ad Széchen. 1618: 49. ad Fülek. 1625: 19.
Madochányi Emericus Commissarius limitum circa Moraviam. 1647: 70. 1655: 30. 1662: 37.
Madocsányi Paulus membrum Deputationis de alimentatione militiae nominatur. 1836: 11. §. 6.
Magister annonae et victualium pro coordinatione victualium per Regem in Slavonia constituatur. 1538: 11.

Magistri Scholarum ex bonis desolatarum Ecclesiarum stipendia accipiant. 1548: 12.
— Carbonariorum et Ligniferorum, tam ad Subsidium, quam ad Statutionem militis, per Vice-Comitem et unum Nobilem taxentur. 1595: 9.
— Lustrationum Suae Majestatis lustret equitem per Nobiles de propria bursa statutum. 1596: 8.
— annonae per Regnum constituantur. 1596: 25. 1600: 13.
— fori pro Hungaris constituantur, ne miles annonam diripiat, neve profosii ad rem annonariam se misceant. 1596: 26.
— Lustrationum lustrare possit equites et pedites an omnes adsint. 1597: 10. 1602: 4.
— supremi Generalis annonae vel ejus vices gerentis ad requisitionem Praefecti annonae currus expediant. 1597: 25.
— annonae pro statuto curru quid solvant? unaque curent, ne ad devectionem rerum privatarum applicentur. 1597: 25. §. 2. 3. 4.
— Lustrae equites statutos lustrare, et minus idoneos amovere possint. 1598: 6.
— fori ex subsidio Stipendium conveniens habeant. 1598: 26. §. 1.
— annonae tres per Regem nominantur. 1599: 21.
— annonae de victualibus et pabulo prospiciant. 1600: 13. 1601: 13. 16.
— artilleriae, currus civitatum Bombardas devehentes in suos usus ne convertant. 1604: 11.
— artilleriae subsint supremo Capitaneo confiniali 1630: 4.
— Lustrationum in singulo generalatu constituantur. 1655: 9. §. 1.
— annonae Comaromiensis mensuram vini legibus Regni et mensurae Posoniensi accommodet. 1659: 23.
— Scholarum Augustanae Confessionis muniis suis fungi possint. 1681: 25. 1687: 21. 1715: 30.
— Postarum extra Officium legibus Regni subsint. 1715: 22.
— Postarum Generalis, subalternos Magistros nonnisi Hungaros Nobiles bene possessionatos assumere possit. 1715: 22. 1741: 31.
— Postarum Generalis in coordinatione postarum audiatur. 1723: 114.
— Postarum pro insurrectione per Magistratum taxentur. 1741: 63. §. 17.
— Scholarum protestantes ubique libere constituant. 1790: 26. §. 5.

Magistratuum laesores de crimine ab omnibus accusari possint Prol. 2. §. 3.
— civicus judicat negotia civium, si morose vel sinistre judicet, primum ad Tavernicum, dein Regem fiat Recursus. 1405. II: 11.
— civicus, et non sacra sedes judicat testamenta et haereditates civiles, pias causas non concernentes. Ulad. A. Tav. 7.
— Comitatensis etiam in Slavonia militem a 36 colonis pro Confiniis statuet, eumque pro uno anno providebit. 1538: 2.
— Comitatensis ab insurrectione remanens, praeter competentiam suam, loco sui alium statuere debet. 1542: 24. D. Pos. 1741: 63. §. 7. 1805: 1. §. 3. 1808: 2. §. 8. 10.
— Comitatensis subsidium quoque et militem ex bonis praestabit. 1595. 11. 1602: 2.
— Civicus per Civem commissa judicat. 1618: 60. 1662: 33.
— Comitatus Trenchiniensis, et superstites eorum haeredes ab infamia, quam ob non observatum mandatum incurrerant, absolvuntur. 1635: 86.
— Civicus tam per Civitates liberas Regias, quam per Montanas libere eligatur. 1647: 78. 1661: 41. 1715: 36.
— Locorum mercatoribus graecis sedulo invigilent. 1655: 27.
— Comitatus in Malefactores inquirat. 1659: 16.

Magistratus Comitatus in Magnates praesertim potentiores, de gravibus sceleribus diffamatos inquirat, et procedat. 1659: 18.
— civicus de civicis fundis judicat, si tamen cointeressaretur, requiret vicinum Magistratum pro judicio propriis expensis, secus mandato compelletur. 1659: 53. 1681: 41.
— Comitatus rationes singulo triennio a tutoribus et curatoribus exigat. 1715: 68. §. 6.
— civicus si Nobilem in Civitate domum habentem praegravaret, hic ad Regem recurrat. 1715: 77. §. 2.
— civicus de oneribus a Nobilibus desumtis, coram his rationem reddat. Eod. §. 3.
— civicus omnia onera, praeter quarteriale ferre tenetur. 1715: 77. §. 3.
— Comitatensis inquirat, unde veniat servus, vel colonus passualibus destitutus, et Comitatui insinuet. 1715: 101. §. 2.
— Comitatensis oppressiones Colonorum praecaveat. 1715: 101. §. 9. 1723: 18. §. 4.
— Comitutus Crisiensis et Zagrabiensis restauratio omni triennio fiat. 1715: 123. §. 5.
— civicum Zagrabiensem inter et Cives differentiam commissio, vel via juris finiat. 1715: 126.
— in singulo Comitatu omni triennio restauretur. 1723: 56. §. 2. 1729: 15.
— civicum, non haeredes demortui Perceptoris maneat onus satisfactionis, si a Perceptore rationes tempore competenti de contributione exactae non fuerint. 1723: 63. §. 12.
— civicus vel oppidanus contributionem pro arbitrio erogare non possit. Eod. §. 14.
— Comitatensis Contributionis repartitionem inter possessiones omni anno faciat. Eod. §. 17.
— Comitatensis adulteratores vinorum, vel melioribus pejora substituentes, in amissione vinorum puniat. 1723: 118. 1741: 29.
— civicus providebit, ne vagabundi in concivilitatem assumantur. 1729: 12.
— Comitatensis sub poena dupli cum milite, vel ejus officialibus de honorario praestando contrahere non possit. 1729: 18.
— Comitatensis pro insurrectione taxat tricesimatores, Teloniatores, postarum Magistros, veredarios, officiales salis, montanos, dominales et carbonarios. 1741: 63. §. 17. 1805: 1. §. 10.
— Comitatensis molas publico noxias, e proventibus possessorum emendet, si emendari non possint, tollat. 1751: 14.
— civicus judicat causas matrimoniales civium Protestantium, donec consistoria eorum fuerint coordinata. 1790: 26. §. 11.
— Comitatensis si querelam urbarialem complanare nequeat, Dominum terrestrem sedem dominalem celebrare coget, inquisitionem faciet, et Comitatui referet. 1792: 12.
— Comitatensis taxabit nobiles pauperes, ad equitatum vel peditatum insurgere nequeuntes. 1805: 1. §. 4.
— civicus taxet eos, qui ad insurrectionem generalem venire vel statuere non possunt. 1805: 1. §. 10.
— civici in locum, Judicium aliunde convocari debet, hujus expensae per Magistratum tunc saltem supportabuntur, si convocatio talismodi judicii, propter culpam aut neglectum ejusdem Magistratus intervenerit. 1836: 35.
— Comitatensibus, civicis, aut oppidanis circa negotia cambilia officiose fungentibus, concernentes Partes consveta diurna solvere obligantur. 1840: 15. II. 16. §. 17.

Magnates ratione nobilitatis et bonorum temporalium, una eademque libertatis praerogativa gaudent. I: 2.
— viduae dos facit 200 fl. I: 93.

Magnates coram Locis authenticis, et ordinariis Regni Judicibus Procuratores et Plenipotentiarios constituere et fassiones celebrare possint. II: 13. §. 7.
— pro numero Jobbágyonum militem statuat. 1492: 21.
— in bonis, victualium exactiones, vecturas, et alia onera praeter voluntatem eorum Rex facere non permittat. 1492: 28.
— a suis rebus in civitate nihil solvebat. 1492: 105.
— statum Regni constituunt, et singillative ad Comitia per Regales evocantur. 1495: 26. §. 6. 1608: 1. §. 3. p. c
— ad Diaetam vocatus si non veniat, aut abeat 800 florenis muletetur. 1498: 1. §. 3. 1518: 28. 1635: 79.
— Regi subsidium vel contributionem citra diaetam resolventes ut perjuri infames sint. 1504: 1. 1681: 12.
— ad insurrectionem in persona comparere, et a viginti sessionibus equitem adminus lancea et clypeo instructum statuere debet. 1518: 2. Toln.
— occasione insurrectionis damnum inferens illud compenset, et 25. marcas. l. p. solvat. 1536: 27.
— Slavoniae vicesimam victualium partem pro militia eo devehi curabunt, quo dicator indicabit. 1538: 15.
— a viginti domibus, propriis sumtibus unum equitem, subditi autem unum peditem bene armatum statuent. 1543: 13. 1662: 5. §. 4. 1681: 46. §. 1.
— quid pro subsidio solvat, decernitur. 1596: 6.
— magno cum comitatu per Regnum non peregrinentur. 1618: 22. §. 3. 1625: 46.
— ad proclamationem Comitum sub poena Homagii et aestimationis bonorum insurgere et ad lustram se sistere debent. 1622: 21. §. 1. 2.
— qui Nobiles in gremio dominii sui habent, eos ad productionem documentorum literalium, vel ad juri standum coram se non cogant, et si factum processus cassatur. 1638: 2. 1647: 22.
— de servis suis miseram plebem opprimentibus justitiam impendant, secus ipsi conveniantur. 1638: 43. 1649: 83.
— de bonis Nobilium in territoriis suis existentium, contributionem pro Comitiis non exigant. 1655: 37.
— sub poena 50 florenorum ad insurrectionem et lustram compareat. 1659: 28. 1681: 46. §. 3.
— de gravibus sceleribus diffamatos vel accusatos Magistratus Comitatus inquirat, secus Palatinus vel Banus tales jure extraordinario puniat. 1659: 18.
— si contra manifestam prohibitionem e Comitiis abeat in 1600 florenis convincatur. 1662: 53.
— Protestans in suis bonis oratoria et sacella erigere et dotare valeat. 1681: 26. §. 21. 1687: 21. 1715: 30.
— in bonis proprio marte, vel ex fructibus avitorum acquisitis cum consensu Regio, majoratum instituere potest. 1687: 9. 1723: 50.
— ad comitia mature compareat, et comparere nequiens ablegatum mittat nobilem possessionatum. 1723: 7. §. 2. 3.
— ad publicum Conventum proficiscentem occidens, caput amittat. 1723: 11. §. 6.
— Lustrae, vel exercituationi se subducentes 50. marcas g. p. toties quoties solvant, et ad officium adstringantur. 1808: 3. §. 17. et a. 11.
— et Praelati ad Regni Comitia comparituri, pro consequendo quarterio tribus septimanis ante initium Diaetae ad Agazonum Regalium Magistrum se convertent, quarteria sua ipsi soluturi, etiamsi non comparuerint. 1844: 11. §. 14.

Magni Carolus Maximilianus fit indigena. 1687: 28. §. 25.

Magnificentiae titulum, quod Rex Personali concesserit SS. et OO. gratias agunt. 1751: 6.

Mágóchi Casparus in partibus superioribus appellationum Revisor. 1572: 4. Idem Comitatui Bereghiensi supremus Comes datur. 1574: 33.
— Franciscus legit militem 1604: 4. Eum, ab impetitione intuitu castri Regétz Rex absolvat. 1606: 12. §. 10. Pacif. Vien.
— Francisci causam cum civitate Carponensi Commissarii decidant. 1609: 35.

Magyar Valentinus ad restituendum familiae Lengyel castrum Fonyód, et Szegliget cogatur. 1563: 55. §. 2.
— Valentinus ut publicus malefactor accusatus, juxta leges puniatur. Eod. §. 3.
— (Nagy) cum filialibus, in eo Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 11.
— (All) Szőlöske, Czegléd, et Tihamér praedia, cum civitate Agriensi Comitatui Heves incorporantur. 1807: 29. 1812: 5.

Magyarád Possessio Comitatus Szaladiensis condescendit ad locum desertum. 1622: 36.

Magyarbél de, praedicatum familiae Bosnyák. 1625. 1630. Concl.

Magyarfalu in possessione stabilitur Tricesima filialis ad Gaiarensem. 1715: 91.

Maholány B. haeredum ab una, et haeredum Joannis olim Jókay partibus ab altera, causa a longo tempore controversa, per D. Regni Palatinum decidatur. 1715: 67.

Majestas Regia per suum Causarum Reg. Directorem juri stare, in emenda tamen capitis, vel poena capitali, aut amissione bonorum nunquam convincitur, sed damna per officiales et subditos illata reparat. II: 39. §. 1.
— juramentum sibi delatum per Causarum Reg. Directorem praestat. Eod. §. 2.
— documenta literalia ratione bonorum quomodocunque devolutorum producere non tenetur. Eod. §. 3.
— ad Regiam fiat recursus a Tavernico in causis civium magistratu moroso vel sinistre judicante 1405. II: 11.
— si bona sibi injuste appropriavit, pari jure cum privatis, in aestimatione eorundem convincitur. 1439: 24.
Vide Rex, Princeps, Fiscus Regius.

Maignin Carolus Ambrosius fit indigena. 1687: 29. §. 20.

Majer Jacobus Theobaldus in indigenam cooptatur. 1687: 28. §. 12.

Majerffy Franciscus pro Academia militari Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Majláth Georgius deputationis, pro elaborandis Regni gravaminibus ordinatae, commembrum nominatur. 1790: 67.
— Georgius ad revisionem conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
— Georgius ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
— Georgius ad Commissionem de regulatione Danubii deputatur. 1840: 4.
— Georgius membrum Deputationis pro elaborando institutorum cerrectoriorum projecto nominatur. 1840: 5.
— C. Joannes ad Commissionem limitaneam deputatur. 1827: 16.
— Josephus C. commembrum deputationis publico politicae nominatur. 1790: 67.
— Josephus C. junior pro Academia milit. Lud. offert mille flor. 1808: 7. §. 18.
— C. Josephus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis exmittitur. 1836. 37.

Majoratum Magnates, et proceres e bonis acquisitis, vel ex fructibus aviticorum cum consensu Regio non item Nobiles instituere possint. 1687: 9. 1723: 50.
— de bonis possessores tantum usum fructum capere possint, eumque amittat, qui bona majora-

tus oppignoraverit, vel alienaverit. 1687: 9. §. 1. 1723: 48. §. 4.

Majoratus etiam per donationem R. et fassiones, non per solum testamentum institui potest. 1723: 50. §. 1.

— si quis Nobilium instituere velit, ad suam Majestatem recurrat. 1723: 50. §. 4.

Majthény villa ad statum colonicalem redigitur. 1638: 67. §. 3.

— Anna Comitis Josephi quondam Brunszvik vidua Musaeum Nationale locupletavit. 1827: 35.

— Georgius Commissarius limitum cirra Silesiam. 1655: 30.

— Michael Commissarius Commissionis Jaurinensis 1647: 45. Censor rationum pecuniae contributionalis. Ibid. 151. Et Assessor Tabulae Reg. jud. Commissarius limitum Regni circa Moraviam. 1649: 27.

Majthényi Antonius ad revisionem Conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.

— B. Antonius membrum Deputationis de regulatione Danubii ordinatae nominatur. 1840: 4.

— Carolus Judicis Curiae R. Magister Protonotarius Commissarius limitum vgrsus Moraviam et Poloniam. 1765: 16. Pro Academia militari Lud· offert mille florenos. 1808: 7. 1827: 18.

— Emericus a concubinatus nota, quam 36. 1599. incurrit, absolvitur. 1618: 74.

— Ladislaus commembrum deputationis, pro elaborandis Regni gravaminibus ordinatae nominatur. 1790: 67. et pro elaboranda fundi publici idea. 1802: 30. Item pro Commissario locorum diversis Regni jurisdictionibus subjectorum tractamento ad Distr. Cis. Danubianum. 1807: 28.

— Ladislaus pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.

— Ladislaus offert quater mille flor. 1812: 2.

Maiten villae declinationi jurisdictionis Comitatus modus statuitur. 1638: 67. Oppidum Comitatus Szathmár taxetur. 1647: 30.

Majsay de, Ladis. pro erectione patibuli falsas literas impetrat. II: 14.

Majoricarum Rex titulus Caroli VI. Imp. et Regis Hungariae. 1715: 2.

Makay Alexander membrum Deputationis circa Stabilem pontem inter Budam et Pestinum struendum nominatur. 1836: 26. §. 12.

— Antonius Canonicus et Abbas, ac Tabulae R. Jud. Praelatus deputatur in merito organisandi Banderii. 1808: 4. Pro Academia milit. Lud. offert bis mille flor. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.

Makchay Andreas Praepositus Major Agriensis Commissarius pro rectificandis abusibus et reformando vectigali Tricesimarum. 1655: 100.

Mak Ignatii summa fundationalis 5000 florenorum Pestiensi Coecorum Instituto addicta inarticulatur. 1840: 55.

Makó in, Tricesima filialis ad Szegediensem stabilitur. 1715: 91.

Makovicza arcis intuitu Rex Sigismundum Rákóczy, et familiam Balassa non impetat. 1606: 12. §. 14. Pac. Vien.

Mala possessionis intuitu differentia contributionalis per Commissionem cognoscatur. 1751: 38.

Malaczka est locus antiquus filialis Tricesimae ad Posoniensem Capitalem. 1498: 34.

Malatesta Friderico Secretario Regis indigenatus confertur. 1550: 73.

Malatina possessio an ad Comitatum Arvensem, vel Liptoviensem pertineat? Palatinus decidat. 1659: 65.

Malczan a Vertenberg Joachimus B. subscripsit Pacif. Vien. 1606.

Maledicorum et Blasphemorum poena. 1563: 42. 1659: 42. 1723: 110.

Malefactores ubique capi et inarestari possunt. I: 9. §. 2.

— morte damnatorum bona non subjacent collationi Regiae sed ad legitimos successores derivantur. I: 15. 1492: 74.

— nemo adjuvet, etiamsi auxilium clamet. III: 24. 1486: 38. 1557: 23.

— per quemvis detineri, et sub poena homagii Comitatui resignari debent, secus de singulis detentis tres marcas g. p. detentor solvat. III: 32.

— publicos, etiam Nobiles non privilegiati, pro demerito plectere possint. Eod. §. 2.

— impune dimittens etsi magistratualis, in homagio delinquentis puniatur. Eod. §. 3. 1492: 80. 1514: 37.

— Palatinus, Comites, Civitates, Nobiles privilegium juris gladii habentes punire possint, salvo jure aggratiandi 1405. I: 5. 1495: 19. §. 3. 4. 1622: 64.

— si absentes puniri nequeant? proscribantur, publicentur, et ubi deprehensi fuerint, salvo jure aggratiandi puniantur. 1405. I: 5. §. 3. 4.

— non punientes, sed protegentes, Regis indignationem incurrant. Eod. §. 5. 6.

— publicum capiens, et dimittens, in homagio dimissi, et damno per eum patrato convincatur. 1435. II: 7. 1492: 80. 1514: 37.

— publicos vel proscriptos in domibus suis vel castris recipientes pari poena puniantur, excipe si castellani regii in confiniis ad tutandos limites, donec gratiam petitam obtinuerint, eorum opera uti voluerint. 1435. II: 24. §. 1. 2.

— exstirpandi modus praeter generale judicium adinveniatur. 1481: 14. 1492: 35.

— Comiti Dominus vel officialis extradare vel juri statuere recusans, villam et possessionem amittat. 1486: 48. 1492: 81. 1563: 28.

— nobiles, et ignobiles illico detineantur. 1492: 81. 1655: 26. 38. 1659: 15. 1687: 14.

— publici, occupatores bonorum, incendiarii, spolia, rapinas, tempore etiam interregni agentes notam incurrebant, et nec Rex iis gratiam dare poterat. 1492: 107.

— protegentes caput amittant. 1495: 19. 1527: 6. 1557: 23. 1625: 13. §. 6. 1638: 60. 1655: 38. §. 3. 1659: 15. 17. 1715: 48.

— non punientes, sed dimmittentes emendam capitis incurrant. 1495: 19. 1655: 38. §. 3. 1715: 48.

— conscribantur et per Comitatus puniantur. 1514: 33.

— penes literas magistratuales incarcerentur. Eod. 37.

— nobiles et ignobiles capi, et absque gratia necari possint. Eodem.

— aufugisse asseverans juret certo numero hominum. 1514: 42.

— exstirpentur, et quidem Comitibus negligentibus per Commissarium Regium. 1518: 35. Bach.

— per 12 juratos nobiles judicentur. 1527: 6.

— publici citra processum puniantur. 1546: 25.

— singulo trimestri per V.-Comites, et Judices Nobilium inquirantur. 1548: 50. 1608: 2. p. cor. 1618: 66. 1622: 64. 1625: 13. 1630: 40. 1638: 60. 1655: 26. 38. 1659: 16. 1687: 14

— in Confiniis grassantes Capitanei comprehendant, et plectant. 1563: 41. §. 2.

— profugi ubique capi, et plecti possint. 1567: 30. §. 6.

— ad bona Regis vel Nobilium profugus sub duplo homagio extradetur. 1595: 37.

— nobiles vagabundi per quemcunque capi, et detineri possint. 1599: 36. 1625: 13. §. 5. 1638: 60. 1655: 38.

Malefactores in Transilvaniam, et ex ea in Hungariam profugi extradentur. 1606: §. 16. Pac. Vien. de Pers. Bocskay.
— in Confiniis Capitanei extradare obligentur. 1622: 53.
— in Comitatu Jaurinensi et Comaromiensi grassantes Palatinus compescat. 1649: 52.
— non puniens, vel punire impediens Capitaneus quingentos florenos solvat, et a jurisdictione militari puniatur. 1659: 15. 1681: 18. §. 2.
— persequenti Magistratuali quisque sub poena adstipuletur. 1659: 16. 1681: 18. §. 2.
— Magnates quomodo puniendi. 1659: 18.
— Civitas vel oppidum sub poena legali non dimittat. 1681: 42.
— impune dimittens privilegium juris gladii actore fisco Regio amittat. 1715: 48. §. 2.
— publicus et manifestus ad Tabulam Regiam appellare non admittitur. 1729: 30. §. 1.
— dimittentes judicantur per Sedriam. 1729: 35. §. 2.
Maleficio vel veneficio siquis alium mente moverat, laeso, vel ejus parentibus tradebatur. S. Steph. II: 32.
Maleficus per Archi-Diaconi et Comitis nuncium judicabatur. Colom. I: 60.
Malekóczy Nicolaus Commissarius pro abolendis teloniis siccis in Croatia et Slavonia. 1635: 73.
Mállenich Georgius Commissarius pro rectificandis abusibus, at reformando vectigali Tricesimarum in Croatia. 1655: 100.
— Nicolaus V.-Colonellus pro reincorporando Croatiae terreno, quod Generalatus Varasdinensis avulsum tenebat Commissarius. 1723: 88.
Malenicza Nicolaus pro Erudita Societate Hungarica confert 100 florenos. 1840: 42.
— Petrus pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1827: 18.
Malonyai B. Joannes pro Academia milit. Ludov. offert ter mille florenos. 1808: 7. §: 18.
Mamucha Marcus Antonius fit indigena. 1687: 29. §. 6.
Managetta Joannes Georgius cum filiis et filiabus in indigenam cooptatur. 1723: 128.
Mancipium christianum judaeus emere vel vendere, sed neque in servitio tenere possit, et si tale habeat, nisi intra terminum sibi praefixum vendiderit, illud amittat. Colom. I: 74. II: 1.
Mandata contra Leges et consvetudines antiquas emanata vires non habeant. 1471: 12.
— Regium ordinem juris turbans impune seponi possit. Eod. §. 4. 1659: 45. 1681: 30. §. 1.
— illegitima non observentur, neque iis Regnicolae divexentur. 1471: 12. 1608: 6. p. Cor. 1638: 1. §. 6. 1647: 137. 1659: 45. 1681: 30. §. 1.
— Cancellaria hungarica contra leges non expediat. 1543: 31. 1625: 5. 1630: 10. 1655: 53. §. 3.
— violans et contemnens puniatur. 1556: 23.
— Regia observentur. 1556: 23. 1563: 78. §. 3. 1625: 4. 5. 1635: 12.
— in juridicis non observantes, et coram Sedria rationem facti sufficientem non reddentes in ducentis florenis, amissione officii, et infamia convincantur. 1556: 23. 1563: 78. §. 3. 1625: 4. 1635: 12. 1655: 53. §. 4.
— Regia sola Cancellaria Hungarica, non Germanica expediat. 1559: 9. 1563: 35. 1567: 40.
— Regia triplicis ordinis distinguuntur. 1563: 78. 79. 80.
— non observans Capitaneus, Officialis vel Praefectus per Locumtenentem puniatur. 1563: 79. 1625: 4.
— ad expositionem suplicantium data juridice discutiantur an legitima sint? et legitima observentur, false exponens puniatur. 1563: 80. 1625: 4. 5. 1630: 10. 1635: 12. 1655: 53. §. 4 1681: 30. §. 2.
Mandata Regia juris viam non turbent, justitiam non impediant. 1566: 25. 1613: 34. 1625: 5. 1635: 12. 1647: 137. 1655: 53. §. 6. 1659: 1. §. 6. et a. 45. 1681: 30. §. 1.
— quibus nonnulli sua privilegia coram Locumtenente producere jubentur, extra terminos cessent. 1603: 12. 1604: 17. 1618: 14. 1622: 2. §. 11. 1638: 1. §. 6. 1659: 1. §. 6.
— judicialia sola Judices Regni ordinarii expediant. 1608: 6. p. cor.
— Judicis Regni Ordinarii si productum, Forum spirituale causam omnem, praeter matrimonialem transmittere obligatur. 1618: 70. 1638: 31. §. 1. 1647: 15. 1715: 19 §. 1.
— superabundans parce, et nonnisi erga petitam informmationem, et ab eodem judice detur, a quo simplex mandatum emanavit. 1630: 12.
— Incattus ad avocandam a foro spirituali causam obtinere non potest, ut primum se in disputationem inmisit, et sententiam recepit. 1630: 13.
— judicialia judices pedaneos in causis non impediant. 1635: 12. §. 1.
— judicialia semper cum clausula: *Rebus sicut praefertur stantibus, seque habentibus*, secus nullius sint roboris. 1635: 12. §. 3. 1681: 30. § 2.
— superabundans exoperans, si Judicem pedaneum ob non servatum illud injuste evocavit, quomodo puniatur. 1635: 13.
— erga Judicis Ord. Judex Spiritualis causam non submittens beneficium amittat. 1647: 15.
— fulminatorium legitimum processum non impediat sed seponatur. 1647: 15.
— judicialia illegitima in nulla lege fundata Judices Regni Ordinarii non extradent. 1655: 53.
— praeceptorium executionale cum insolitis clausulis non expediatur. 1681: 30. §. 1.
— declinatoria et inhibitoria clausulam salvificatoriam habeant, et in foro contradictorio disputetur. 1681: 30. §. 2.
— absque cassatorio mandatum reexecutorium simplex locum non habeat. 1681: 30. §. 3.
— delegatorio delegat Rex judicem in causa Judice legali destituto. 1715: 17. §. 3.
— dilatorium et inhibitorium ex sufficientibus causis emanatum observetur, nec ad forum contradictorium relegetur. 1715: 19.
— nec quidem dilatorium vel prorogatorium recipiat causa ad proportionatam divisionem sequestratarum silvarum mota. 1807: 21. §. 15.
— judiciaria in causis cambialibus locum non habent. 1840: 15. II. §. 143.
— in causis concursualibus applicari nequeunt. 1840: 22. §. 119.
— moratoria nonnisi cum diserto omnium creditorum consensu extradari possunt. 1840: 27.
Mandatarialis cambialium possessor, si tales ulterius giraret, in giro diserte exponat, quod id ex mandato (per procura) fecerit, secus intuitu summae cambiariae cuivis illum sequenti proprietario obligatus manet. 1840: 15. I. §. 37.
Mandell Baro Carolus pro Erudita Societate Hungarica offert 1000. florenos. 1827: 12.
— Baro Carolus indigenatum adipiscitur. 1827: 45. §. 2.
— Ludovicus Baro in indigenam Regni recipitur. 1836: 48. §. 1.
— Ludovicus Baro pro Academia milit. Lud. confert 10,000 florenos. 1836: 39.
Mandich Antonius Episcopus commembrum deputationis urbarialis et literariae nominatur. 1791: 67.
— pro Academia milit. Lud. offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
Manesdorf a viginti domibus unum peditem statuat. 1662: 5. §. 22.
— dominii pro reincorporatione Regnicolae instant. 1681: 23.
— a viginti domibus statuat unum equitem. 1681: 46. §. 23.

Manfredi Joannes Baro fit indigena. 1715: 135. §. 10.
Manfredini Aloysius indigenatum adipiscitur. 1802: 34.
— Fridericus Marchio in indigenam cooptatur. 1791: 74.
Mansfeld C. vindex disciplinae militaris fatis cessit, a cujus morte miles se in omne scelus effundit. 1596: 3.
— Franciscus Maximilianus in indigenam cooptatur. 1681: 82. §. 2.
Mansio suae Majestatis C. R. in Regno Hungariae. 1751: 1.
Mantuae Dux titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriaca. 1741. Exord. et 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et 2. 1796. 1802.
Manualis pecunia ut augeatur pro conductione militum, ducentena millia annue Regnum resolvit. 1807: 1. §. 7.
Manum amittat perjurus, nisi eam quinquaginta, si vero pauperior 12 juvencis redimat. S. Steph. II: 15.
— amittat rusticus pixidem deferens. 1514: 60. §. 4.
— injicere in aliquem in loco diaetali, vel sessione publica interdicitur. 1723: 7. §. 8.
— contra excubias vel superiorem levans, aut arma stringens, judicio statario morte plectatur. 1808: 11. §. 4. 5. et 17.
Manuscripta, numi, arma familiarum, mappae, icones et bibliotheca per. C. Franciscum Széchenyi Musaeo nationali donata inarticulantur. 1807: 24.
Mánya *vide Nagy-Mánya.*
Mappam silvae sequestratae producat Actor, ad proportionatam ratam sibi exscindendam procedens. 1807: 21. §. 11.
— et Bibliotheca per C. Franciscum Széchenyi Musaeo nationali donata inarticulantur. 1807: 24.
— et libros militares Academiae Lud. offert B. Joannes Jeszenák. 1808: 7. §. 18.
— et Atlantem militarem cum 500 fl. Academiae milit. Lud. offert Antonius Balla. 1812: 2.
— authentica totius terreni pro regulatione beneficiorum communium requiritur. 1836: 12. §. 12.
Maracz villa laboribus gratuitis concurrat ad Tóthfalu. 1638: 70. §. 14.
Maramorusio de 5. civitatibus super jure patibuli fabricatae per Gabrielem de Zömlin falsae literae. II: 14. §. 63. — Super earum libertate per eundem fabricatae aliae falsae literae. II: 14. §. 76.
Máravich Marianus Episcopus Bosnensis. 1649. 1655. Concl.
Marcae gravis ponderis valor in jure sunt quatuor floreni. II: 28.
— g. p. sedecim sunt poena testificari nolentium II: 28. §. 1. 1563: 81. 1618: 67.
— auri facit septuaginta duos florenos. II: 73. §. 4.
— auri solvit repulsionis rationem sufficientem reddere non valens. II: 73. §. 4. et 74. §. 5. 8. 9. 1729: 33. §. 6.
— l. p. valor est unus florenus. II: 82.
— in birsagiis quomodo computatur. II: 86. §. 1. 3. 4. 12. 13. 14.
— Transilvanorum et Siculorum cujus valoris. III: 3. 4.
— tres solvat aliena pecora invagians, vel abigens et intra triduum Judici non resignans. III: 33. 1729: 42. §. 2. 3.
— simpliciter sumta pensis octo, seu sedecim denariis aequiparatur. 1342: §. 2. 3.
— tres Judex pro Judicio pacis exigere possit. 1351: 24.
— auri deponat tricesimator in obsignatis ballis putans aurum, argentum vel metallum prohibitum fine evectionis latere, et si nihil inveniat marcam auri amittit, si vero inveniat, omnia curru contenta confiscat. 1405. I: 15.
Marcas viginti quinque solvat officium Judicis Nobilium assummere recusans. 1435. II: 2. 1486: 9. 1492: 34.
— 25. solvat sedem judiciariam violans. 1435. II: 7. casu 3-o. 1486: 58. 1492: 67. 1723: 57.
— argenti praeter funeralia A. Diaconi, V. A. Diaconi, et Plebani, a sepultura interfecti non exigant sub amissione beneficii. 1492: 29. 1495: 6.
— possint tamen eam ab interfectore exigere. 1492: 29.
— auri solvit hominem capitularem, conventualem vel regium in executione dehonestans. 1495: 9.
— 25. solvat Nobilis etsi ipse Comes, profugum colonum reddere nolens. 1495: 18.
— centum g. p. solvebat Nobilis ad Comitia prima die non comparens. 1498: 1. §. 3. 1635: 79. 1662: 53.
— ducentas g. p. solvat Praelatus vel Baro ad Comitia prima die non comparens, vel ante quatuordecim dies abiens. 1498: 1. §. 3. 1635: 79. 1662: 53.
— centum solvebat Comes Nobilem a Comitiis dispensans. 1498: 1. 10. 1635: 79. 1662: 53.
— duas solvat tricesimator a Nobili vel Ecclesiastico tricesimam desumens, vel tricesimatorem injuste accusans. 1498: 35.
— argenti in sex florenis 50. denariis defigitur. 1523: 33.
— 25. l. p. solvat Capitaneus vel Magnas in obversum legis damna inferens. 1536: 27.
— 25. solvit dominus in Slavonia rusticum migrare non sinens. 1538: 24.
— unam solvat testis, in causa coloni laesi testificari nolens. 1550: 37. §. 3. 4.
— sedecim solvat Dominus terrestris testes pro laeso colono testari volentes prohibens. Eod. §. 3.
— tres solvat Dominus terrestris toties, quoties monitus labores gratuitos sex dierum ad arces finitimas non praestat. 1563: 20. 1625: 20. §. 6,
— tres solvat blasphemum audiens, et non denuncians. 1563: 42. 1659: 42.
— 400. g. p. solvat Praelatus, Baro, Nobilis per Palatinum vel Personalem monitus, et tamen se e sessione absentans. 1662: 53.
— quinquaginta solvat executionem impediens, vel bona executa reoccupans. 1681: 31. §. 1. 2. 1723: 33.
— tres g. p. solvat, qui in alieno territorio, vel tempore foetificationis, vel in prohibita silva venatur. 1729: 22. §. 11.
— 25. g. p. solvat nobilis possessionatus, vel armalista opulentus toties, quoties se lustrae, vel exercituationi absque legitima causa subducit. 1808: 3. §. 17. et a. 11. §. 1.
— 50. g. p. solvat Magnas toties, quoties lustrae, vel exercituationi se subduxerit. Eodem.
Vide florenus, Birsagium Mulcta.
March villae intuitu controversia metalis inter Praepositum Chornensem et Capitaneum de Kis-Márton revideatur. 1678: 18.
Marchensi ex Monasterio exclusionis Episcopi Svidnicensis negotium investigatur. 1741: 46.
Marchiae Slavonicae Dominus titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriacae. 1715: 2. 1741: Exord. et 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et 2. 1796. 1802. 1805.
Marckl Mathias Episcopus Stagnensis. 1723. concl.
Marczaly de, nomen et praedicatum familiae. 1435. II. Concl.
— oppidi gratuiti labores deputantur ad Sz. Grót. 1635: 92.
Marczaltói Nicolaus Commissarius Commissionis Jaurinensis. 1618: 26. et ad fluvium Rába. 1625: 15.
Marczibányi Antonius ad Deputationem intuitu Theatri Hungarici Pestiensis ordinatam deputatur. 1840: 44.

Marczibányi Emericus pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Joannes ad revisionem Conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
— Laurentius ad Commissionem de regulatione Danubii deputatur. 1840: 4.
— Stephanus denominatur pro Commissario limitum versus Moraviam. 1791: 68. Idem pro Academia milit. Lud. offert quinquaginta millia flor. 1808: 7. §. 18.
— Stephanus pro Musaeo nationali offert mille florenos. 1827: 35.
— condam Stephani Successores Musaeum nationale locupletarunt. 1827: 35.
Margalits Joannes commembrum deputationis regnicolaris publico politicae nominatur. 1790: 67.
Margitha in, stabilitur Tricesima Capitalis cum filialibus in Diószegh et Sz. Jób. 1715: 91.
Mariae I. privilegia a Sigismundo non confirmata, non tenent. II: 14. §. 26—33.
— confirmat decreta Andreae, et Ludovici. 1384.
— ad restituendas arces, et bona persvadeatur. 1546: 29.
— consorti Maximiliani honorarium viginti denariorum a singulis portis offertur. 1559: 42.
— Theresiae coronatio. 1741: 1.
— Ludovica coronatur, eique honorarium offertur. 1808: 1.
— a Ludovica Academia milit. nomen accipit. 1808: 7. §. 1.
— Ludovica pro Academia milit. Lud. quinquaginta millia florenorum resolvit. Eod. §. 18.
— **Theresiopolis** inarticulatur. 1791: 30.
— civitas pro Academia Ludovicea offert decem mille florenos. 1812: 2.
— Civitas pro Musaeo nationali confert 2212 flor. 50 xr. 1827: 35.
— pro Academia milit. Lud. 4856 fl. 42 xr. 1836: 39.
— pro Erud. Societate Hung. 300 fl. 1840: 42.
Mariani Petrus Ep. Sirm. Commis. ad Mare Adr. 1647: 71. et concl. 1649: 32. et concl. Archi Episc. Segniensis et Modrussiensis. 1655: 71. et concl. 1659. 1662. concl.
Mariássy Alexander Episcopus Tinniniensis. 1729. 1741. concl.
— Joannes Nuncius ad Poloniam ratione redemtionis arcis Lublyó. 1647: 72. 1649: 28.
— Ludovicus ad Deputationem de Banderiis. 1808: 4.
— Sigismundus Commiss. pro recuperanda indemnitate civitatum Leutschov. et Késmark. ac refectione Metarum contra tredecim oppidanos in Scepusio. 1659: 52.
Marich Thomas commembrum deputationis urbarialis nominatur. 1790: 67.
— David ad revisionem conscriptionis portarum deputatur. 1827: 7.
— David Stephanus ad Commissionem de regulatione Danubii deputatur. 1840: 4.
Maritimas partes S. Ladislaus Rex gladio suo Hung. subjecit. II: 6.
— nobilitas contra Officiales Cameraticos in bonis Frangepaniano fiscalibus via juris procedat. 1623: 94.
— Cameralis Districtus pro Musaeo Nationali confert 428 fl. 5 xros. 1827: 35.
— in Districtibus relate ad operas publicas praevigens usus relinquitur. 1844: 9. §. 9.
Maritus cum uxore una caro et corpus. I: 48.
— uxor succedit in bonis perpetualiter emtis et utrique donatis. Eodem.
— mortuo uxor qualiter succedit. I: 98.
— sine testamento et haerede decedente omnes res mobiles ad uxorem devolvuntur. Eodem. 1687: 11. et contra.
— filios, filias, fratres et uxorem relinquente, quomodo ejus portio dividitur. I: 99.
Maritus uxori sine testamento et liberis mortuae succedit in rebus nuptiarum causa eidem donatis. I: 100. §. 4.
— uxor non succedit in bonis fassione perennali acquisitis cui nomen uxoris insertum non est. I: 102.
— si uxor metu perculsa dotem relaxavit, etiamsi fassio superinducta, ea non valet, eam tamen uxor certis de causis relaxare potest, praesertim in articulo mortis. I: 109.
— uxori et vicissim fassionem in bonis liberae dispositionis, absque praejudicio haeredum, et remoto metu facere potest, pignoratitiam tamen nonnisi ob majorem utilitatem. I: 110.
— uxor in bonis pignoratitiis ante vel post connubium acquisitis, cum aliis haeredibus aequaliter succedit. Eod. 1687: 11.
— e massa concursuali uxoris suae cunctas in domo reperibiles res mobiles praetendere potest. 1840: 22. §. 41.
Vide Conjux, Vir, Uxor.
Markovits Andreas pro Academia milit. Ludov. offert ter mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Antonius membrum Deputationis circa stabilem Pontem inter Budam et Pestinum struendum operaturae nominatur. 1836: 26. §. 12.
— Josephus membrum Deputationis circa alimentationem militiae ordinatae deputatur. 1836: 11. §. 6. 1840: 3.
— Comes Nicolaus fit indigena. 1802: 34.
Markus Ignatius ad commissionem de locis inclavatis. 1807: 28.
Markusócz possessionis gratuiti labores deputantur ad Murai-Szombath. 1655: 116.
Marmaros Comitatus ultra Tybiscum in partibus superioribus constitutus. 1546: 32.
— pro Comitatu Posonii Judicia celebrentur pro festis Lucae et Georgii. 1548: 19.
— in Comitatu peragat executiones Capitulum Agriense. 1550: 63.
— Comitatus Auxilia convertantur ad Varadinum. 1599: 11.
— Comitatus subsidium in intertentionem militis Varadiensis impendatur. 1600: 9. 1602: 3 Dica etiam. 1601: 3.
— pro peragendis executionibus, modo sub Principibus Transilvaniae usitato sigillum a Rege sibi impetret. 1600: 25.
— Com. controversia metalis per Commissionem limitaneam versus Transilvaniam ordinatam complanetur. 1638: 41.
— Com. in juridicis et politicis Regno reapplicandus. 1715: 92.
— Com. querimoniae contra excessus Polonorum 13. oppidorum Scepusiensium complanentur. 1741: 45.
— Com. controversiae limitaneae cum Districtu Transilvanico Bistricensi discutiantur. 1765: 16.
— Reflexiones suas, quoad literas adjudicatorias Rákoczianas, intuitu differentiarum limitanearum faciat. 1790: 68. §. ult.
— Comitatum inter et 2-um Regimen Valachicum limites rectificentur. 1807: 31.
— Comitatus pro Musaeo Nationali confert 3087. fl. 47⅞ xr. 1827: 35.
— spectat ad Tribunal cambiale Debreczinense. 1840: 15. II. §. 2. f).
— Comitatum inter et Dominium Galiciae Kuttense vertentium metalium controversiarum accommodatio Regnicolari Deputationi committitur. 1840: 33.
— in partibns Camerae Salium Thesaurario resignentur. 1518: 14. Bách. Coronae remittantur. 1519: 11. Occupatae Mariae Reginae remittantur. 1542. R. Nov. ad 10. Camera reformetur. 1548: 29.

Maróth de Joannes Banus Machoviensis. 1405. concl. sepultus in Ecclesia Nitriensi ex Donatione Regia. 1435: 24.
Marótt in eo Catholici Protcstantibus templum restituant. 1647: 6. §. 6.
Marovich Martinus Ep. Bosnensis. 1659. concl.
Martini Fridericus ad Deputationem intuitu Theatri Pestiensis hung. exmissae ordinatur. 1840: 44.
Martini S. montis Pannoniae sub S. Ladislao Conventus factus et Decretum conditum. S. Lad. II: 1.
— monasterii per Decimatores inductae pecuniae sigillares aboleantur in Comitatu Simegiensi. 1495: 40.
— Abbas debet equites 200. tenere. 1498: 20.
— Abbas ius suum exigendi pecunias sigillares in Judiciis Octavalibus edoceat. 1498: 64. Et quidem in primis Octavis. 1500: 37.
— S. Arci per Turcas redditibus spoliatae Rex provideat. 1546: 44.
— Bonorum gratuiti labores convertantur in propriam munitionem. 1557: 6.
— Abbatiae restituantur bona occupata. 1622: 54.
— Conventus pro loco credibili restauratur et expeditiones faciat. 1723: 44.
— in Conventu reperibilia acta, et qua loco credibili non propria resignentur Palatino. 1723: 45.
— Archi Abbatiae cum Comitatu Simigiensi ratione decimarum initus Contractus inarticulatur. 1729: 45.
Vide: Győri Sz. Márton, Mons Pannoniae.
Martinicz in, stabilitur Capitalis Tricesima. 1715: 91.
Martinum ad S. Comit. Szabolch. deputantur gratuiti labores ex bonis Sigismundi Forgách. 1608: 15. p. c. 1613: 8. 1622: 38
Martinusius Georgius Ep. Varadiensis Comitatus Heves, Abaujvár, Sáros, Zemplin et Ungh avulsos restituat. 1548: 57. Urgetur. 1550: 59. Tricesimae in Várano, Szepsi, Jászow, ac Torna per ipsum erectae tolluntur. 1548: 58. Nec non bona violenter avulsa possessoribus legitimis restituat. Ibid. 59. Executiones, Jurisdictionem Capituli Varadiensis tangentes peragi patiatur. Ibid. 64. Donationes Bonorum ad S. Coronam spectantium, quoquo coloris titulo nomine ipsius factae in irritum revocantur. 1552: 23.
Márton Bartholomaeus commembrum deputationis juridicae nominatur. 1790: 67.
Mártonos ad bona praetensiones familiae Listius, Zay, Kékedy, Mosdossy, etc. jure extraordinario revideantur. 1638: 62.
— in, stabilitur filialis Tricesima ad Szegediensem. 1715: 91.
Mártony (Szent) in Comitatu Turóczensi, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 9.
Mártonfalvay Stephani et haeredum ejus causa cognosci jubetur. 1715: 103. §. 4.
Mártonffy Georgius B. Episcopus Transilvaniensis. 1715. Concl.
— Josephus Episcopus Transilvaniensis pro Academia militari Ludov. offert quater mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Mártonyos oppidum Comitatus Bachiensis est pertinentia Districtus Coronalis Cis-Tibiscani. 1791:7.
Marturinae, seu vectigalia maritima juxta receptam sub Colomanno consvetudinem solvantur. 1222: 27.
— non solvant Nobiles Illyri. 1518: 12.
— in Regno Slavoniae etiam deinceps exigantur. 1439: 7.
— in Slavonia ita exigantur, uti sub Sigismundo, et Alberto. 1492: 26.
Masculi primogeniti Augustae Domus Austriacae pro haeredibus Regni in perpetuum per Hungaros adoptantur. 1687: 2.
Masculis his deficientibus, succedunt masculi lineae Hispanicae, quibus deficientibus electio Regis libera ad SS. et OO. redeat. 1687: 3. 1715: 2. §. 8. et a. 3.
— in linea Austriaca deficientibus, foeminis Augustae domus successio defertur. 1723: 1. §. 1—4. et a. 2.
— Religionem patris sequuntur in Matrimoniis mixtis. 1790: 26. §. 15.
Maskfalva in possessione Comitatus Neogradiensis templum, numero 90 templorum addatur. 1649: 11.
Mater usque secundas nuptias est tutrix, et Curatrix legitima prolium. I: 113.
— si maritalia bona nulla sint, in bonis propriis etiam sub secundis nuptiis tutrix et curatrix manet. Eod. §. 4.
— si minorennis sit et fratrem seniorem habeat, quoad bona paterna hic est curator et tutor, non mater. Eod. §. 5.
— Nobilium non evocatur nisi jura possessionaria etiam illam concernant. 1486: 13. §. 2.
— mutato voto, det rationes gestae tutelae. 1715: 68.
Materna, et materno avitica non amittuntur ob perduellionem Patris. 1715: 9. §. 5.
Mathias I. Corvinus nisi privilegia ante coronationem edita, post talem confirmavit, non valent. II: 14. §. 17.
— spondet se Decreta antecessorum servaturum. 1464: 1.
— Archi-Ducem quod Comitiis, et bello praefecerit Rex, eidem SS. et OO, gratias agunt. 1600: 2.
— Archi Duci titulo honorarii a singulis domibus colonicalibus, et inquilinaribus denarii viginti resolvuntur. 1602: 25. §. 2.
— Archi-Dux juxta plenipotentiam suam omnia negotia gerendi facultatem habeat. 1606: 3. §. 2. Pacif. Vien.
Máthuznay viduae bona, ab Antonio Székhely revindicentur. 1569: 49. §. 3.
Matkovich Stephanus ad Commissionem in negotio religionario deputatur. 1827: 30.
Matthkovich Mich. Praepositus de Pápócz commissarius limitum circa Styriam. 1659: 66.
Matóch villae declinationi jurisdictioni Comitatus modus statuatur. 1638: 67. in servitutem colonicalem redigatur. 1638: 67. §. 3.
Matricidarum poena. I: 14. §. 5. 1625: 6. 1630: 40. 1723: 11.
Matriculae baptisatorum, copulatorum et mortuorum in duobus exemplaribus conficiantur, et cum fine singuli anni in uno exemplari ad Archivum Jurisdictionum deponantur. 1827: 23.
— lingua hungarica ducantur. 1836: 3. §. 4. 1840: 6. §. 7.
Matrimonio post quartum gradum consanguinitatis celebrato, legitimae generantur proles ad bonorum successionem. I: 47.
— legitimo ex anuentia Patris interveniente; filius dividit haereditatem, et acquisita cum Patre. I: 54.
— si inter consanguineos et affines ignoranter contrahatur et dissolvatur, uxor dotem et parapherna accipiet; proles natae legitimae sunt, et utrique succedunt. I: 106: §. 1.
— si inter consanguineos et affines scienter contractum, mulier sola parapherna sine dote accipit, et proles etsi per Papam legitimatae, non succedunt. Eod. §. 2.
— scienter contractum esse putatur, si consanguinei ex hoc fundamento contradixerunt, vel utrique parti affinitas aut consanguinitas nota esse poterat. I: 107.
— inito puellae coactae, factas fassiones retractant. I: 111. §. 8.
— mediante filiae a Patria et Tutorum potestate emancipantur. I: 112.

Matrimonium in facie Ecclesiae contrahendum. Colom. II: 15.
— filiarum Rex cum Consilio Statuum suscipiat. 1439: 20.
— et accessoria judicat judex ecclesiasticus. 1458: 9. 1462: 3. §. 4. 1464: 17. 1492: 46.
— Protestantium per secularem judicem solutum Episcopus ut tale agnoscere cogatur. 1791: 26. §. 11.
— mixtum coram Parocho catholico ineatur. Eodem. §. 15.
— mixtum non impediatur. Eodem.
— e mixto natae proles si pater sit catholicus, omnes sint catholicae, si vero sola mater fuerit catholica, filiae solum erunt catholicae. Eodem.
— mixta judicabit. S. Sedes Eodem. §. 16.
— durante factis de conquisitionibus inter Colonos singulus Conjugum in rata medietate libere disponere potest. 1840: 8. §. 8.
— mixta coram Evangelico Verbi Divini ministro inita, sunt legitima. 1844: 3. §. 2. 3.
Matrimoniales causae etiam sub juristitiis ventillari possunt. 1723: 29.
— pro causis inter G. r. n. u. et Evangelicos quoad judicatum projectandum Deputatio ordinatur. 1827: 30.
Mattencloit L. B. Godefridus in indigenam regni absque voto in comitiis recipitur. 1840: 51. §. 11.
Mattyasovszky Balthazar ad Commissionem de regulatione Danubii deputatur. 1840: 4.
— Emericus Commissarius limitum circa Poloniam 1723: 17.
— Merchior Commissarius limitum circa Silesiam.
Matus Francisci Parochi Tapiensis legatum pro Erudita Societate Hungarica. 1840: 42.
Maurey haeredum debita, apud Status Selesiae exsolvantur. 1655: 33.
Maurovitius Michael de Beel Abbas Legatus ad Regem Poloniae ratione redemtionis arcis Lublyó. 1630: 26.
Maximilianus resideat in Regno, si Ferdinandus Rex restidere nequeat. 1547: 5. 1550: 5.
— interea tamen Rex a Regno procul non discedat. 1550: 6.
— cum plena auctoritate in Regno resideat. 1552: 32. 1553: 3. §. 2.
— neo coronatus Rex honorarium unius floreni a singulis portis accipit. 1563: 2.
— duos filios natu majores ex Hispania revocet. 1569: 33.
Mayer Albertus, et Adolphus fiunt indigenae. 1792: 22.
— Joannes pro Erudita Societate H. offert 50. florenos. 1840: 42
Mayerffy Franciscus obtulit pro Academia milit. Lud. 1000 fl.
Mayrn a, Joannes Bapt. Syndicus ex parte Austriae Commissarius in negotio civitatis Neostadiensis an a fundis Hungaricis in Hungariam vel Austriam contribuere debeat. 1715: 72.
Machanicus *vide Opifex.*
Mechér in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 15.
Mechliniae Dominus titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriaca. 1715: 2. 1741: Exord. et 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et 2. 1796. 1802.
Meczenzeff (Alsó) in Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 1.
Medgyes ex praedio itinerantes ad telonium in Devecher divertere non compellantur. 1647: 91.
Medici Comitatenses et Civici a personali Insurrectione eximuntur. 1808: 2. §. 7.
— et Chyrurgi in servitio publico existentes a personali insurrectione eximuntur, non item a statutione equitis vel peditis ratione proventuum. 1808: 2. §. 7. 10.
Medici honorarium in casu concursus, ad secundam excontentationis classem refertur. 1840: 22. §. 83. ad d).
Mediolani Dux titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriaca. 1715: 2. 1741. Exord. et 2. 1796. 1802.
— in Lombardia Sigismundus Rex secundam Coronam Regiam Rom. Imperii suscepit. 1435. II. Exord: §. 2.
Mednyánszky B. Aloysius pro Academia milit. Lud. offert mille flor. 1812: 2.
— B. Aloysius ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
— B. Aloysius ad Deputationem de institutis correctoriis ordinatam exmittitur. 1840: 5.
— Franc. Lad. B. Episcopus Catariensis. 1715. 1723. 1729. Concl.
— Joannes Commissarius pro abolendis Teloniis siccis 1635: 72. 1647: 91. Et limitum circa Silesiam. 1638: 37. circa Moraviam. 1647: 70. 1655: 30. Tabulae R. Judic. Assessor. 1681: 23.
— Nicolaus requisitor Conventuum Leesziensis et Jászoviensis. 1608: 12. p. cor.
— Paulus B. Personalis Praesent. R. in Judiciis Locum. ac Cons. pro cognoscenda causa Cathar. Lonyay Pupillae, Praefectus 1715: 105.
Megyászó op. hajd. ab excessibus et recipiendis colonis fugitivis arceatur vi per Comit. 1669: 69. Comit. Zemplin taxetur. 1647: 30.
Megyer (Nagy) in eo Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 10.
Megyeri Emericus Commissarius limitum Regni a Dravo usque Danubium 1588: 10. Circa Austriam et Styriam. 1602: 23. Examinator pecuniae Contributionalis erogatae. 1597: 11. 1603: 4. Item Differentiarum inter Comitatus Castriferrei et Sopron. ac viduam olim Magnif. Christophori Nádasdi. 1597: 32. Subscripsit Pacif. Viennensem. 1606. Nec non Requisitor Conventuum Lelesziensis et Jaszoviensis. 1608: 12.
— Gabriel S. C. R. Maj. Cons. Assistens Cassoviae Commissioni Neo-Acquisitae. 1715: 10. Item in Negotio Religionis ex parte Statuum. Ibid. 30. Eidem coram Mareschallatu Provinciae Austriae ratione Debitorum activorum, contra D. C. Ferdinand. Aspermont Austriacum latae sententiae Executio admittitur. Ibid. 64.
— Joannis sessio assignatur pro aedificando templo Lutheranorum. 1647: 6.
— Paulus Commissarius limitum Regni carca Austriam, Styriam, Moraviam. 1604: 15. 1613: 26.
Mehemet Bassa, quibus Comitatibus ignem et ferrum minatur, eos Rex defendat. 1546: 40.
Méhes Paulus Praepositus Quinque Ecclesis. Commissarius limitum circa Austriam. 1662: 37. Item Tractatus Austriaci, pro invehendis vinis Hungaricis in Austriam. Ibid. 42.
Mekreth in loco depascuatio impediatur. 1751: 34.
Mel ex apiario sufferens praeter simplicem expensarum et duplam damni resarcitionem etiam qua fur puniatur. 1840: 9. §. 14.
Melczer Ladislaus, commembrum deputationis literariae nominatur. 1790: 67.
Meleg bonorum causa in Diaeta jure extraord. revideatur. 1606. Pac. Vien. ad 11.
Melincz in, stabilitur filialis tricesima ad Polyanczensem. 1715: 91.
Melioratio in bonis, per exteros vel indigenas, taxam indigenatus non deponentes facta, conscientiose aestimetur, et sic per quemcunque Hungarum exsolvi possunt. 1715: 23. §. 2.
— et supra aedificata coloni migrantis conscientiose aestimentur. 1790: 35. 1805: 3. 1807: 3. 1808: 9. 1812: 3.
— praetium in regulatione urbariali bonificetur. 1836: 10. ad h).
Melitensis Ordinis instantia pro sui reincorporatione ad aliam Diaetam rejicitur. 1715: 87.

Melitkenses decimas per Papam Capitulo Zagrabiensi adjudicatas, Rex executione revendicet. 1647: 119. 1659: 96. §. 2. 1681: 69. 1741: 53. 1751: 35.
Melitth Georgius Magnif. Appellationibus intersit. 1635: 14. 1638: 23.
— Paulus Magnif. militem legit. 1600: 3. Commissarius limitum circa Poloniam. 1604: 15. 1613. 26.
— Petrus Magnif. Tabulae R. Assessor. 1625: 51. Et Supremus C. pro abolendis Teloniis siccis Commissarius. 1655: 29.
— Vitus Commissarius limitum Regni. 1613: 26.
Membrum mutilantes notae infidelitatis rei fiebant. I: 14. §. 15.
— mutilatio sub poena actus majoris potentiae, nisi a Rege facultatem habuerint prohibetur. 1405: 3.
— mutilatores actum majoris potentiae deinceps incurrant. 1723: 10. §. 6.
Mensa *Regia vide Coquina Regis.*
Mensura Regia in aestimatione Rerum. I: 133.
— aridorum et liquidorum per totum Regnum mensurae Budensi conformetur. 1405: I: 1. II: 6. 1588: 16.
— decimarum, et jurium montanorum penes antiquum usum relinquuntur. 1405: I: 1.
— et ponderis falsi poena. Eodem.
— aridorum et liquidorum per totum Regnum eadem servetur. 1504: 17. 1588: 16. 1729: 14. 1764: 29.
— aridorum et fluidorum per totum Regnum conformetur Posoniensi. 1655: 31. 1715: 63. 1807: 22. §. 1. 2. 4.
— usitata et justa in desumendo jure montano adhibeatur. 1655: 31. 1715: 63. et 97. 1807: 22.
— vini Magister annonae Comaromiensis legibus Regni, et mensurae Posoniensi accommodet. 1659: 23.
— intuitu qui se opponerent Nobiles in 100., rusticus in 40. florenis puniatur. 1659: 71.
— et Monetarum uniformitas in toto regno introducatur. 1807: 22.
Mente turbati, sub curatela legali constituti ordinatum quaestum exercere nequeunt. 1840: 16. §. 2. g).
Mercantiles libri per Tribunal Cambiale legalisati semiplenam probam praestant. 1840: 15. II: §. 106.
— libri, ut semiplenam probam praestent, per ipsum negotiatorem aut Adjunctum ad id activisatum duci debent. 1840: 15. II. §. 106.
— per Jurisdictiones civiles legalisati coram Tribunali Cambiali semiplenam haud praestant. 1840: 16. §. 14.
— contra proprietarios suos plenam, contra alios semiplenam probam praestant, quae accedente juramento suppletorio in plenam elevatur. 1840: 16. §. 17. 18.
— vi probandi ad impetendum uno anno et sex mensibus gaudent, ad defendendum semper valent. 1840: 16. §. 19.
— jus exstinquitur: 1-o morte negotiatoris, 2-o dum mercator talem statum amplectitur, qui exercitio mercaturae non cohaeret, 3-o dum negotiator in concursum incidit, 4-o dum ex capite doli punitur. 1840: 16. §. 57.
— societates sunt, quarum commembra in Firma societatis diserte nominantur, aut sub titulo: *Et socii* comprehenduntur, harum singulum membrum ratione contractuum per societatem cum exteris stipulatorum tota sua substantia cavet. 1840: 18. §. 1. a).
— corporationem formare possunt marcatores et fabricantes, si plures quam decem in civitate aut oppido existant, hi pro negotiorum suorum coordinatione, cassarum manipulatione et Proxenetarum superinspectione Praesidem et Deputationem votorum pluralitate eligunt, negotiatorem improtocollatum attamen e corporatione excludere non possunt. 1840: 19. §. 1.
Mercantiles corporationes, ubi Tribunalia cambialia praeexistunt, omni triennio assessores mercantiles eligent, et Proxenetas censurabunt. 1840: 19. §. 2.
— sodalium merces in casu concursus ad 2-dam excontentationis classem refertur. 1840: 22. §. 83. ad c).
— quaevis negotia, in Diario Strazza compellato, serie chronologica praenotari, et inde postea cum provocatione paginae ad librum capitalem transcribi debent. 1844: 6. §. 13.
— librum capitalem ipse mercator et fabricans, aut ad id in specie activisatus adjunctus ducere obligatur, librum Strazza quiscumque parare potest. 1844: 6. §. 13.
— librorum pro authenticatione taxa trium florenorum solvi debet. 1844: 6. §. 25.
Mercatores si festo die proficiscantur cum mercibus, auferantur eis equi. S. Ladisl. I: 15.
— ultra necessitatem suam equos et boves in confiniis non emant, aut vendant. S. Lad. II: 15.
— duplum Tributum solvant. Colom. I: 33.
— merces suas nonnisi pro novis non item antiquis monetis vendere sub amissionis, et personali poena audeant. 1342: 14.
— ad montana ultra duas marcas secum in denariis deferens, tales cum omnibus bonis amittat et puniatur. 1342: 36.
— forenses qualiter pannum intra Regnum vendere teneantur. 1405. 2.
— Regnicolae intra et extra Regnum libere merces distrahant, exteri tamen suas antea Budam deferre cogantur. 1405: 11.
— res exterorum non teneant suo nomine. 1405. I: 16.
— a mercibus ab exteris invehendis, vel evehendis tricesimas Regi solvant, non tamen alia tributa ab iis officiales Regii exigere audeant. 1405. I: 17.
— externi et forenses consveta loca ad emendum et permutandum destinata accedant. 1439: 9. 1492: 84.
— vada falsa transiens vel navim conducens habeatur ut non solvens. 1492: 88.
— et opifices merces suas sub amissione earum moneta nova inducta cariori vendere non audeant. 1523: 36.
— externorum merces in civitatibus inquirendae. 1542: 37. D. Nov.
— exteri et fuggeri a mercibus quadragesimam partem contribuant. 1542: 40. D. Nov.
— exteri et domestici solutis solvendis, libere per Regnum migrent, modo vetitas merces non habeant. 1546: 51.
— Poloni in Hungaria, et Hungari in Polonia ut commercium libere exercere valeant, Rex provideat. 1546: 59.
— tricesimas defraudantes, in aestimatione rerum suarum puniantur. 1548: 28.
— pro subsidio belli taxabit Vice-Comes. 1599: 7. 1647: 26. 1662: 12.
— intra Regnum quaestum exercentes, absque distinctione status et nationis ultra ordinariam tricesimam adhuc dimidiam per biennium solvant. 1635: 1. §. 5. 1638: 6. 1647: 27. 1649: 2. 1655: 4.
— Graecis Magistratus locorum sedulo invigilent. 1655: 27.
— Turcae admittantur, et in confiniis militari jurisdictioni, in Regno Magistratualibus intuitu negotiationis subsint. 1715: 99.
— habeant libros mercantiles rite institutos. 1723: 53.
— ab ementibus super emtis mercibus, vel syngraphum exposcant, vel annualem computum per Notarium subscribi curent. Eodem. §. 2.
— quomodo debita sua penes libros mercantiles acquirere possint. Eod. §. 3—7.

Mercatores publico utiles ut protegantur Consilium Regium providebit. 1723: 116. §. 4.
— graeci si subditi sint Regni, quaestum exercere permittantur, non item si turcici maneant. 1741: 29.
— de rebus mobilibus centesimam valoris partem titulo subsidii bellici solvent. 1807: 2. §. 7.
— operas manuales aere parato reluere possint. 1836: 7. §. 9.
— fabricantes et opifices, perfectam aetatem assecuti, et coram Tribunali cambiali inprotocollati proprias literas cambiales edere possunt. 1840: 15. I. §. 10.
— illius Civitatis, in qua Tribunal cambiale praeexistit, ad hoc e gremio sui duos assessores eligent, qui omni triennio novae electioni subsunt. 1840: 15. II. §. 11.
— qui libris suis fidedignitatem tribui desiderat, nomenclationem (Firma) suam penes concernens Tribunal Cambiale inprotocollari facere obligatur. 1840: 15. II. §. 27.
— penes Tribunalia Cambialia inprotocollatorum mutuae praetensiones, si librorum inspectio necessaria sit, ordinaria juris via decidentur. 1840: 15. II. §. 78.
— apud Tribunal Cambiale inprotocollatorum libri mercantiles semiplenam probam praestant. Eod. §. 106.
— post suspensam solutionem libros coram Tribunalibus Cambialibus probandi vi gaudentes ducere non possunt. 1840: 15. II. §. 106. i).
— apud Tribunal Cambiale aut Jurisdictionem civilem haud improtocollati, libros vi probandi gaudentes ducere nequeunt. 1640: 16. §. 21.
— a subsidiariis suis personis fidelitatem, mores honestos, diligentiam et strictam obedientiam praetendere possunt. 1840: 16. §. 25.
— omnis generis emtionis, et venditionis negotiationes exercere, merces in commissionem accipere et expedire potest. 1840: 16. §. 35.
— sodalium suorum activitatem restringere possunt. et per hoc jura tertii non laedunt. Eod. §. 51.
— si moriatur, aut statum militarem vel ecclesiasticum amplectatur, per legales haeredes, aut Mandatarium ejusdem, si illi tale continuare vellent, omnia pendentia negotia mercantilia, quin nova inchoentur, ad finem perducenda, praeexistentes merces vendendae, et creditores excontentandi veniunt. Ductor Firmae cui coordinatio negotii per haeredes conredita est, coram jure eandem considerationem subit, ac si ad subsignandam firmam per ipsum mercatorem activisatus fuisset. 1840: 16. §. 58.
— fabricantes aut socii communis quaestus causa coalescentes in civitate aut oppido si plures quam decem adfuerint, corporationem mercantilem formare et in hanc alios etiam recipere, atque pro negotiorum suorum coordinatione, cassarum manipulatione, et Proxenetarum superinspectione, Deputationem, et Praesidem votorum pluralitate eligere possunt. 1840: 19. §. 1.
— in concursum incidens, etiamsi juribus et bonis nobilitaribus praeditus esset, institutum ejus mercantile si in L. R. Civitate, aut priv. oppido praeexisteret, Judicatui Magistr atus civici, aut oppidani subjacebit. Si autem institutum mercantile sub Jurisdictione Comitatensi, aut Dominali constituatur, judicatus concursualis semper sedriam Comitatus concernet. Denique si negotiator plura instituta mercantllia haberet, quae non uni eidemque Jurisdictioni adjacent, judicatum in concursu illa Jurisdictio exercebit, quae scopo aperiendi concursus prima requisita fuit. 1840: 22. 1. ad a).
— contractus emtio-venditionales absque consensu partium in tertium transferri nequeunt, vigorem suum nonnisi duobus annis retinent, et Tribunali Cambiali subsunt. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 5. 6. 7.
Vide Quaestor.

Mercatus *vide Quaestus.*
Mercenarii et servitores a singulis florenis quinque numos contribuant. 1542: 38. D. Nov.
— et servitores a contributione subsidii liberi sint. 1546: 13. §. 3.
Vide Servitor, servus, operarius.
Mercedem trituratores ut prius accipiant. 1574: 24.
— servitorum Comitatus limitabit. 1723: 66.
Merces domestici mercatores intra et extra Regnum libere vendere possint, exteri tamen eas antea Budam deferre teneantur. 1405. I: 11.
— exterorum si nomine proprio vendant domestici, eas fiscus ocupet. Eod. 16.
— confiscentur, quae nomine Nobilis absque solutione per tricesimas transvehuntur. 1498: 35. §. 6.
— mercatores et opifices inducta moneta nova, cariori ne vendant. 1523: 36.
— exterorum telonium et naulum solvant. 1528: 5. §. 2.
— exterorum fine pendendae contributionis per Judices Civitatum conscribantur. 1542: 37. D. Nov.
— per fuggeros et mercatores exteros clam, ne quadragesimam partem contribuant elatae confiscentur. Eod. 40.
— vetitas mercatores ne circumferant. 1546: 51.
— polonicas si Rex Poloniae in Hungariam non inmiserit, nec hungaricae in Poloniam immittantur. 1546: 59.
— amittant mercatores, qui tales contra prohibitionem in Poloniam inferrent. Eodem.
— exteris solum confiscatas judicet Camera· 1723: 13. §· 4.
— in tricesimis confiscatae ante cognitionem causae, non distrahantur. Eodem.
— in teloniis confiscatae, sub refusione omnium damnorum et expensarum, ante decisionem causae non distrahantur. 1723: 15. §. 13.
— inutiles et Regno damnosae ne inducantur. 1723: 116. §. 2.
— cum naturalibus productis commutari possunt, Eodem §. 3.
— intra Regnum non subjacent solutioni Teloniorum sed tantum currus et jumenta. 1741: 28.
— quarum invectio licita est, in Hungaria pertricesimari possunt. 1807: 5. §. 1.
— hungaricae per Austriacas ditiones evectae non vectigal consumtionis seu accisas, sed cautionem solum deponant. 1807: 5. §. 2.
— in nundinis emtarum circa persolvendum pretium aut procurandam illarum restitutionem ad judicium nundinale recurrendum erit. 1836: 18. §. 4.
— quoad emtas quidem, sed ante earum resignationem per venditorem alteri iterum venditas, et huic posteriori emtori effective etiam traditas, vertentes lites ad ordinariam viam juris relegantur. 1836: 18. §. 16.
— in expeditionibus, qui primus illas expedit, merces bene componere, et vectori, legali certificato proviso concredere, se autem de rite facta expeditione necessariis documentis providere obligatur. 1840: 16. §. 44.
— expediens pro cunctis sive incuria, sive negligentia enatis damnis cavere tenetur. 1840: 16. §. 45.
— ut primum observatum damnum per localem Jurisdictionem investigari curavit, nulli amplius responsionis oneri obnoxius est. 1840: 16. §. 45. 46. 47.
— in emtione et venditione, nisi de solutione speciali Contractus stipulatus sit, pretium emtionale illico persolvi debet. 1840: 16. §. 52.
— in venditione, quae absque involucro ulterius expediri nequeunt, pro involucro nihil solvetur, nisi hoc diserte stipulatum fuerit. 1840: 16. §. 54.

Mercium involucra aut dolia si vecturarius laesa esse observaverit, ne merces periculo exponantur, involucra aut dolia reparari curabit, et sumtus reparationales eidem per proprietarium mercium refundentur. 1840: 20. §. 7.
— in commissionem datae, aut res ad alienam indubiam proprietatem spectantes, si simul cum massa concursuali conscriptae et sequestro affectae fuissent, has proprietarius libello actionali, Judicio concursuali ante convocationem creditorum exhibendo reclamare potest. 1840: 22. §. 38.
— famulorum cridatarii uno anno haud exsoluta ad 2-am excontentationis classem refertur: 1840: 22. §. 83. ad b).
— subsidiariarum mercantilium personarum in casu concursus ad 2-am excontentationis classem refertur. Eodem ad c).
— de emtione et venditione initi contractus scripto exarari, quantitatem et qualitatem mercium, tempus et locum traditionis atque solutionis in se continere debent. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 1. 2.
— emtor contractum emtio-venditionalem non observans ad refundendum damnum et solvendum vadium stringetur. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 3.
— venditor contractum emtio-venditionalem non servans in refusione damni, et solutione sex percentum summae anticipato levatae convincetur. 1844: 6. §. 28. ad B. §. 4.
— de emtione et venditione sonantes contractus etiam feminae, sacerdotes, et monachi bonorum possidendorum capaces inire possunt. 1844: 6 §. 28. ad B. §. 8.
Mercipotus victima dicitur emtionis et venditionis Hungaris áldomás, seu áldas. III: 34. §. fin.
Mére de, nomen et praedicatum familiae. 1563: 60. 65. 1567: 26. 1572. II: 5.
— de Emer. B. Judiciis intersit. 1572: 5. 1574: 17. 1582: 5.
Mereny in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 13.
Meretrix judicio Episcopi puniatur. S. Ladis. I: 34.
Mérey Alexander Ad Deputationem de Banderiis. 1808: 4. pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Alexander ad Deputationem de alimentatione militiae ordinatur. 1836: 11. §. 6. 1840: 3.
— Michael Magnif. Commis. ad Kőszegh. 1550: 43. Locumtenens Palatinalis confirmatur, et literae ejus robur habeant. 1563: 65. Commissarius limitum versus Moraviam. Ibid. 60. Item Judiciis intersit. 1567: 26.
— alterius Michaelis Abbat. Szegzardiensis ab una et Stephani Mártonfalvai partibus ab altera, causa; Juris et Processus forma revideatur. 1715: 103. Item Episc. Wegliensis. Ibid. Concl.
— Sophiae negotium revideatur. 1608: 17. p. c.
Mérges Georgius a sententia Judicum confinii Kallo absolvitur. 1647: 58. §. 3.
Merniavchich Christoph. V.-Banus Dalmatiae Croatiae et Slavoniae subscripsit Pacificationem Viennensem. 1606.
Merode Comiti Ernesto indigenatus confertur. 1649: 102.
Merzy Antonius Ignatius Carolus Augustinus indigenatum consequitur. 1741: 70.
— Claudius Florimundus fit indigena. 1723: 125.
Mesko Jacobi causa jure extraordinario per Palatinum, vel Personalem cognoscatur. 1715: 103.
Messey Comes Ludovicus in indigenam regni absque voto in comitiis cooptatur. 1840: 51. §. 1.
Messis et vindemiarum tempore jura cessent. 1553: 20.
— et vindemiarum tempore coloni ad labores munimentorum non cogantur. 1559: 34. 1578: 33. 1582: 2 1729: 1. §. 4.
Messor solvit decimam ex rata in fundo ignobili parta, neque ante solutionem eam convehere possit. 1498: 52. §. 3.
— calcatores et trituratores absque passualibus literis extra locum domicilii nemo conducere praesumat. 1840: 9. §. 37.
— si obranicus merces et sustentatio non suppeditaretur, aut si alio ex obtutu Conventio stipulata violaretur, harum quaestionum decisio ad concernentem Judicem Nobilium vel Capitaneum pertinebit. 1840: 9. §. 37.
— calcatores et trituratores, si assumtos in se labores perficere recusarent, vel fuga se subducerent, etiamsi alteri hero se elocassent, per respectivum Judicem Nobilium vel Capitaneum, non tantum ad laborem, quem primitus assumserunt, sed non perfecerunt juxta tenores initae conventionis explendum, sed insuper titulo causati damni et expensarum duplici currentis in loco idoneorum ad opus intermissum laboratorum mercede refundenda convincantur. Eod.
— calcatorem et trituratorem jam per alium conductum si quis ad se alliceret, et judicialiter admonitus non dimitteret, praeter simplicem expensarum et causati damni duplicem resarcitionem per respectivum Judicem Nobiliumvel Capitaneum in poena a 20 usque 100 flor. C. M. convincetur. 1840: 9. §. 38.
Messorialem pecuniam ii dant, qui decimam non solvunt. 1498: 52. §. 3.
Meszleniensis Nobilitatis causam Palatinus jure extraordinario cognoscat. 1681: 54.
Meszleny Benedictus Commissarius limitum circa Styriam. 1647: 70. 1655: 30. Item pro abolendis teloniis siccis. 1649: 77.
Mesznill Josephus fit indigena. 1790: 73. §. 2.
Mesző Casparus Commissarius limitum circa Transylvaniam. 1638: 41.
Mészáros Adami Coloni Sarae Draskovith viduae condam C. Dionysii Széchy, in possessione Tuksincz ad arcem Felső-Lindva spectante: per Vilhelmum Rattmanstorffer Styrum domus incineratur, amissa etiam uxore et liberis; cui justitia administretur. 1655: 87.
Metae per Majores occasione Divisionis factae mutuam fratrum successionem non impediant. I: 46. §. 8.
— non praescribitur. I: 78. §. 7. et 84.
— origo. I: 84. 85. 86.
— faciens fluvius mutato alveo suo nulli praejudicare potest, sed terrae jus vadis, molae, vectigalis, piscaturae prioribus possessoribus manet. I: 87.
— in reambulatione aestimatio communis obtinet. I: 134. §. 6.
— in reambulatione nomina conjuratorum reambulatoriis inseruntur. II: 35.
— in reambulatione vicini conscribuntur. 1435. II: 9. 1486: 77. 1492: 43.
— Regni observent Reges ex consiliis Regnicolarum. 1439: 17. 1492: 25.
— inter Cumanos Philistaeos et Nobiles Rex per Protonotarium rectificet. 1498: 48.
— Cumanos inter et Philistaeos per Officiales distractae denuo erigantur, per Palatinum revideantur, et rectificentur. 1526: 41.
— vel bona occupata Comites non obstante quavis contradictione restitui procurent. 1542: 4. Pos.
— inter Párndorff et Gátham Rex revideri curet. 1556: 45.
— inter duos Comitatus Palatinus judicet. 1618: 71. 1635: 19. 1802: 23.
— ex usu, ubi discussio privilegiorum non requiritur judicat V.-Comes. 1635: 20.
— ex privilegio judicat Tabula Regia. Eodem.
— controversae intra eundem Comitatum qualiter componendae, et discriminandae. 1635: 20. 1647: 127. 1802: 23.

Metae inter Dobrassov et Babóth possessiones quo ocyus determinentur. 1649: 88.
— inter Comitatus Sárosiensis et Scepusiensis Nobiles Palatinus judicet. 1655: 86. 1659: 65.
— in bonis Comitis Palatini inter Comitatum Zoliensem, Scepusiensem et Liptoviensem judicet Judex Curiae vel Tavernicus. 1655: 101.
— inter Sztrecsén et Budetin peremtorie decidantur. 1659: 64.
— inter possessiones Malatina et Sz. Anna Palatinus decidat. 1659: 65.
— inter Slavoniam et Croatiam decidantur. 1659: 108.
— extranei judices non judicent. 1659: 120.
— inter Slavoniam, Hungariam, item inter dominium Murány et Liptó-Ujvár, Comitatum Heves et Borsod de Agria Palatinus decidat. 1715: 40.
— controversae inter Confiniarios et Ecclesiam Zagrabiensem ut cognoscantur Commissio nominatur. 1715: 61.
— inter Sztrecsén et Budetin Judices nominati judicent. 1715: 112.
— in Comitatu Szaladiensi decidantur. 1715: 116.
— inter Styriam et Carnioliam ex una, et Hungariam ac Croatiam ex alia parte rectificentur. 1715: 116. 1751: 35.
— rectificentur inter Dominium Csák-Tornya, et vicinas Provincias. 1751: 35.
Metae Regni *vide: Limes.*
Metalium literarum virtute possessiones corporales annihilari vel occupari non possunt, quia occasione erectionis villae vel domus proprietarius fundi reclamare debuisset. I: 85.
— literarum virtute minores particulae a tali corpore non obstante quavis praescriptione recipiantur. Eodem. §. 3.
— literae quae valent? et quae fraudes in iis usitatae? I: 86.
— controversias Vice-Comes interimaliter dirimere tenetur. 1802: 23.
Metallicida in exstirpatis silvis agros, prata absque recognitione dominii sibi vendicans commissioni subjiciatur. 1662: 44.
Metallum e Regno evehere sub poena confiscationis prohibetur. 1405. I: 15. 1492: 32. 1498: 31. 1518: 13. 1563: 73. 1609: 48. 1618: 46. 1655: 28.
— contra educentes procedendi modus. 1625: 64.
— ubi et quomodo vendantur praescribitur. 1655: 28.
Metlike Districtus Decimarum intuitu Capitulo Zagrabiensi contra Commendatorem Domus Theutonicae Ordinis Cruciferorum administretur justitia. 1647: 119.
— districtus decimae Capitulo Zagrabiensi restituatur. 1681: 69. 1741: 53. 1751: 35.
Metretam Tyrnaviensem avenae et tritici porta quaevis contribuat. 1602: 10.
— duas et mediam frumenti conferet porta quaevis transdanubiana pro Confiniis. 1622: 38. 1625. 11. 1630: 7.
— tres in remotioribus Comitatibus uno floreno redimi possint. 1647: 31.
— sex frumenti dabit porta quaevis Comitatuum Cis- et transdanubianorum. 1659: 6. 1681: 17.
— duos milliones quadringentena millia siliginis Regnum Regi offert pro bello. 1796: 2.
— tres milliones septingentena sexaginta millia avenae SS. et OO. Regi resolvunt. Eodem.
— Posoniensis 64. mediarum per totum Regnum universalis sit. 1807: 22.
— siliginis unum, avenae semi alterum millionem juxta novam mensuram offerunt Regi SS. et OO. in natura. 1812: 1.
Metropolitam ad, fiat appellata ab Episcopo. 1481: 17.
— graeci r. n. u. in Regno Slavoniae, Croatiae, et Dalmatiae nullam jurisdictionem exerceat. 1741: 46. §. 4.
Metropolita graeci r. n. u. votum et sessionem in Comitiis habeat. 1792: 10.
Metternich Princeps Clemens indigenatum adipiscitur. 1827: 38.
Mezőszeged praedicatum familiae Szegedy. 1805. Concl.
Mezericz bonorum cum pertinentiis Controversia metalis possessorum arcis Besztercze revideatur. 1655: 30.
Miava in, stabilitur filialis Tricesima ad Vágh-Ujhelyiensem. 1715: 91.
Micatius Nicolaus Ep. Varadiensis Revisionibus appellationum intersit. 1601: 34. donec causa ejus decidatur exulet. 1606: 5. Pacific. V. Toleratis plurimis in exilio calamitatibus ab eodem revocatur. 1609: 71.
Migazzy Casparus indigenatum consequitur. 1764: 46.
— Christophorus Cardinalis Archi-Episcopus Viennensis fit indigena. 1764: 46.
— C. Christophorus pro Academia milit. Ludovicea offert 10,000 florenos. 1827: 18.
Mindszent possessionis gratuiti labores deputantur ad Lövő. 1630: 3. ad Egervár 1649: 86. 1655. 116.
Miglio Carolo indigenatus confertur. 1622: 55.
Migratio libera colonis conceditur. 1405. I: 6. II: 14. 1471: 16.
— Coloni impedientium poena. 1435. II: 7. 1492: 93.
— Colono uno anno non sit licita. 1474: 14.
— colonis ob rebellionem, demtis coronalibus in fide persistentibus, non admittitur. 1514: 14. §. 3. et a. 25.
— viduae vices coloni gerenti, etiamsi alterius rustico nubat integra non sit. Eodem. 21.
— filiae tamen coloni, aut viduae vices Jobbágyonis non gerentis libera sit. Eodem §. 2.
— filio coloni etiamsi Mater alterius colono nupsit, non admittebatur, sed post perfectam aetatem redire debuit. Eodem §. 3.
— libera colonis in Slavonia admittitur. 1538: 21.
— in Slavonia si absque licentia facta, juxta testimonium Judicis Nobilium reducitur, et post quindenam iterum redire potest. 1538: 22.
— Colonorum ad proximam diaetam rejicitur. 1546: 39. 1548: 32. 1552: 8. 1553: 10.
— sit libera Colono oppressionem a Domino patienti. 1547: 26. §. 2.
— libera colonis denegatur. 1550: 34.
— libera sit Colono, robottis vel censu ultra competentiam gravato. 1550. 35.
— coloni per Dominum laesi causa cognita admitti debet. Eodem. 37.
— colono, de oppressione sui juramentum coram Judice Nobilium, jurato Nobili ac duobus villanis deponenti libera sit. 1553: 13.
— libera colono intra Regnum in perpetuum conceditur. 1566: 27.
— libera colonis, praestitis praestandis in festo Georgii post praeviam sui in festo S. Michaelis insinuationem indulgetur. 1790; 35. §. 4. 1792: 12. 1796: 3. 1802: 6. 1805: 3. 1807: 3. 1808: 9. 1812: 3.
— liberae systema deputatio elaboret. 1790: 35. §. 5.
Vide: Colonus.
Mihál *vide*: *Nagy Mihály.*
Miháldy de, praedicatum familiae Splényi. 1791; 1792. Concl. 1802: 5.
Mihálffy Stephanus, Tab. Reg. Jud. Assessor et Cons. denominatur pro Commissario limitum Regni versus Moraviam. 1791: 68.
Mihálovics Joannes pro Academia milit. Ludov. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
— Josephus pro Academia milit. Lud. offert 1800. florenos. 1827: 18.
Mihálkovits Josephus membrum Deputationis circa alimentationem militiae ordinatae nominatur. 1836: 11. §. 6.

Mihályfalva possessionis quintalitas Comitatui Bihariensi incorporatur. 1827: 34. §. 1.

Mikházy Georgius in negotio Religionis ex parte Statuum commissarius. 1715: 30. Item Commissionis Systematicae. Ibid. 59.

Miklós in Szent, stabilitur filialis Tricesima ad Munkácsiensem. 1715: 91.

Miklosdorf in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 15.

Miklósy Franc. Episcopus Biduanensis, denominatur pro Commissario limitum versus Transilvaniam. 1791: 68. 1802: 26.

Mikos Ladislaus commembrum deputationis urbarialis nominatur. 1790: 67. Item in merito organisandi Banderii. 1808: 4.

Mikulich Alexandri praetensos excessus Banus cognoscat. 1655: 115.

— Alex, Ign. secundus Episcopus Zagrabiensis Commissarius limitum versus Carinthiam et Carnioliam. 1687: 15. et concl.

— Thomas Personal. Praesentiae in Judic. Locumtenens et Consil. Commissarius limitum circa Croatiam. 1625: 23. 1647: 70. Et circa Austriam 1635: 57. Item in negotio Valachorum in Slavonia. 1635: 33. 1647: 46. Nec non ad redimendas arces in Austria possessas. 1635: 60. Et pro abolendis teloniis siccis. 1647: 91. Per ipsum mota causa Zeleniana contra familiam Kerechényi foeminei sexus ad forum competens rejicitur. 1655: 72.

Milassin Nicolaus Episcopus pro Academia milit. Lud. offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Miles aulae Regiae etsi ignobilis vel non possessionatus olim executiones peragere potuit. II: 19. §. 5.

— uxorem necans ejus consanguineis decem juvencis conciliabatur, et jejunabat. S. Steph. II: 14.

— quisque Dominus suum habeat, neque alienum seducat. Eodem 21.

— suum profugum si dominus per nuncium repetiit, et nuncius verberatus fuit, percussor decem juvencos solvebat. S. Steph. II: 23.

— invasor si potens, milites ad invadendum si misit, centum; si pauperior quinque juvencis invasionem redimebat. Eodem. 33.

— siquis Comes quidpiam abstulerit reddat, et tantumdem insuper e proprio solvat. Eod. 44. 45.

— loricatum dabit Comes si per manumissos ex villis suis centum equos, et centum pensas accipiat. Colom. I: 40.

— potestatem sibi in Ecclesiam non vendicet. Eodem. 65.

— ultra limites Regni non obligetur exire, etsi exeat, stipendio Regis militabit. 1222: 7. 1492: 18. 19. 1649: 3. §. 9.

— per vim Regnicolis damnum inferentes in facto summariae potentiae, ac sine strepitu ac figura judicii convincantur. 1405. II: 1. 1486: 31.

— insurgens ad exercitum tarde vel non comparens, vel absque licentia Capitanei mature discedens, possessorio privetur, de quo Rex vel Status disponent. 1435. I: 7.

— nemini damnum inferant, ac praeter herbam, aquam et ligna, nihil a colonis gratis accipiant. 1435. I: 8. 1486: 31. 1518: 8. Toln. 1552: 6.

— si in segetibus damnum intulit penes juramentum damnificati, vicinorum, et villici, Comes vel Judex Nobilium satisfaciet. 1435. I: 9.

— succensionem, depraedationem, vulnerationem, raptum committens actu potentiario convincatur. Eod. §. 4. 5.

— suis Rex de stipendio regali provideat, ne Regnicolas depraedentur. 1439: 3. 1492: 17.

— captivos et lucrum Rex non adimat. 1439: 13.

— statuant etiam filii Magnatum, pueri, et orphani. 1454: 4. §. 5.

Milites statuant provisores in curiis nobilium remanentes. 1454: 6.

— propriis expensis militet. 1454: 8. 1474: 15. 1486: 31. §. 1.

— victualia absque solutione accipere non audeat, si accipit ductor eum satisfacere cogat, si pauper, personam tradat, vel Capitaneo generali insinuet. 1454: 8. §. 1—5.

— sub poena sententiae capitalis in solutionem pecuniae non convertatur. 1454: 12.

— insurgens ad locum a generali Capitaneo praefixum sub ductore suo compareat. 1454: 16.

— in domo nobilitari vel ecclesiastica contra voluntatem domini condescendens, pro octava evocetur, et penes communem inquisitionem judicium feratur. 1464: 28. 1471: 9. 1478: 6. §. 3.

— damna nulli inferant, Capitaneorum secus poenae subjaceant, Rex de damno satisfactionem impendi curet. 1471: 21.

— si absque pretio victualia abstulit Capitaneus satisfactionem impendat, secus puniatur. 1471: 21. 1486: 31.

— nobiles aut pauperes colonos non opprimant. 1486: 6.

— damnum inferens illud reparet. 1486: 31. 1681: 12. 1715: 43. §. 3.

— ex campis reduces, domum remeare teneantur, si admoniti ut reparatis damnis recedant, id non fecerint, per Comitem captiventur, et Regi mittantur. 1486: 31. §. 7—11. 1492: 23. 1681: 12.

— si ostia ecclesiarum infregit, ecclesias profanavit, res et victualia diripuit, si capitaneus nobilis fuerit, omnia bona amittat, si ignobilis, comburatur. 1486: 61. §. 2. 3.

— si penuriam patiatur, Plebanus, Judex, vel villicus victualia deputato per Capitaneum competenti pretio dabit. 1486: 61. §. 6.

— depraedationes instar aliorum actuum potentiariorum puniantur. 1492: 17.

— stipendiarius ultra limites Regni ire tenetur. 1492: 18. 19. 1498: 17.

— insurgentem Duces, Comites a proportione Jobbagyonum statuant. 1492: 21.

— insurgentem Ecclesiastici, religiosi a proportione proventuum et subditorum statuant. 1498: 15. §. 2.

— insurgens usque festum S. Martini per omnes Comitatus pro omni eventu disponatur, non tamen levetur. 1498: 18.

— si Capitaneus erga falsum rumorem levabat, notam incurrit. 1198: 19.

— insurgentes quot statuere teneantur Archi Episcopi, Episcopi, Abbates, Carthusiani, Prior Auranae, Capitula, et Praepositi recensetur. 1498: 20.

— insurgens lorica et galea instructus veniet, qui 50. et ultra sessiones possidet. 1518: 2. Toln.

— equitem unum a viginti sessionibus statuant Ecclesiastici, Sanctimoniales et viduae. Eod. 3. 4.

— loco sui statuant Nobiles servientes. Eodem. 5.

— pro equitibus Comitatus partium superiorum, pixidiarios secum ducere teneantur. Eodem. 6.

— in confiniis statuens eum ibi relinquere et sustentare obligatur. 1518: 34. Bách.

— stipendiarium conducere Capitanei est. 1522: 35.

— in domo Nobilis vel ecclesiastica non condescendat. 1522: 36. 1536: 2. 1543: 24. 1599: 5. §. 2. 1600: 20. 1618: 22. 1622: 54. 1638: 44. 1715: 43 §. 5.

— Comitatuum stipendiarii, qui stipendia levarunt, et ad exercitum non venerunt, pecuniam restituant, et gratiam bonorum a Rege impetrare teneantur. 1522: 52.

— insurgens in domo nobilitari vel ecclesiastica invito domino descendens, poena capitis puniatur. 1523: 21.

Milites Comitatus illico conscribant, et Capitaneo Regis subjiciant. 1526: 29.
— mortuo absque haerede Barone, conservetur per eum qui bona ejus possidebit. Eodem. 30.
— pro Regni defensione paratus sit. 1528: 1. et 8.
— in domibus rusticorum citra injuriam rustici, justo stipendio vivant. 1536: 3.
— insurrectionalis ad equestrem addicatur. 1536: 26.
— de illatis damnis convictus caput amittebat. Eodem. 27.
— hussari salarium. 1542: 50. D. Nov.
— non grassentur, et ad loca defensioni oportuna locentur, depraedatores liceat cuivis e bonis suis repellere, damnum etiam per retentionem stipendiorum compensetur. 1542: 51. Pos.
— damna illata compensare recusantes per Judicem loci capi, et Capitaneis si vicini fuerint, vel Comitibus resignari possint. 1543: 25.
— etiam de bonis impignoratitiis serventur. 1545:15.
— alat Regina Maria ratione bonorum, quae in Regno tenet. Eodem. 16.
— tam exterum quam domesticum Rex in Hungaria conservet. 1546: 19.
— per Hispanos contracta debita Rex exsolvi faciat. Eodem. 47.
— nostrates penes gentes externas conducantur. 1547: 6.
— sex a singulis centum colonis, et quidem tres equites et tres pedites, Domini et Nobiles praesto habeant. Eod. 17
— violentias supremus Capitaneus in castris cognoscat. 1548: 20.
— per, damna illata ex dica refundantur, et talis damnorum compensatio ex salariis militum detrahatur. 1550: 8. 1555: 16. 1563: 36.
— ne damna Regnicolis inferant Rex provideat. 1552: 6.
— exsolvendi modus et tempus. Eodem. 10.
— domini servitia deserere volens, mense uno prius domino edicat, si vero dominus in expeditione, vel e regno absit, anno uno adhuc servire teneatur. Eodem. 11.
— accepto stipendio clam se ab exercitu subducens sive nobilis sive ignobilis, capitis poenam luat. Eodem. 12.
— equitum et peditum solutionis et stipendii quantitas. 1552: 13. 1553: 16. 1595: 30. 1596: 20. 1597: 21. 1599: 18. 1601: 8. 1602: 8. 1609: 12.
— victualia sine pretio non auferant, bonaque Regnicolarum sibi in Thimaros more Turcarum non conscribant, nec distribuant. 1553: 5. 1602: 20.
— quamvis insolutus non permittet Rex violenter aliquid auferre, aut ad incisum victualia a colonis accipere. 1554: 2.
— et capitanei damna inferentes in debitis locis juxta cujusvis nationis consvetudinem puniantur. 1557: 20.
— ne rapinas faciat, stipendium ei accurrate solvatur. 1563: 10. §. 8. 1588: 7. §. 18.
— quamdiu cum equis suis in pascuis permanere possunt decernitur. 1566: 20. 1588: 22.
— Regii pro continuis militibus non sistantur tempore lustrae. 1569: 23.
— Nobiles pro stipendio Regi servituri probantur. 1569: 32.
— in suis stationibus perseverent. 1575: 14.
— villas nobilium pro condescensione inter se non distribuant. 1578: 5.
— Comitatus semel per annum coram Capitaneo supremo lustretur. 1578: 13. 1662: 10.
— a divagationibus per villas abstineat. 1588: 7.
— dominus ad labores privatos non evocet. 1593: 16.
— Comitatus in campum non prius prodibit, quam stipendiarius regius vexilla regia eduxerit. 1595: 2. §. 3. 15.
Milites in quolibet Comitatu specialem Capitaneum et vexillum habeant, ac ad finem usque militare teneantur. 1595: 17. 1596: 11. 1597: 2. §. 3. 1662: 7. 1741: 63. §. 19.
— ii, qui in pluribus Comitatibus bona habent, ad singulos mittant suos. 1595: 18.
— bene armati quo ocius lustrentur. 1595: 19.
— cessante necessitate dimittatur. 1595: 20.
— ante tempus dimittens Capitaneus caput amittat. Eodem. 21.
— non expleto tempore discedentes comprehensi suspendio puniantur. 1595: 24. 1602: 8.
— per Comitatum statutus ad confinia non dislocetur, sed in campo consistat. 1595: 25.
— competenti numero non statuentium bona per Comitem occupentur, ac donec triplum desumtum fuerit, teneantur. Eodem. 26.
— Ecclesias violantes, aut ad curias nobilium vel personarum ecclesiasticarum domos condescendentes omnium rerum ablatione et capitis poena puniantur. Eodem. 27.
— qualescunque propriis stipendiis sint contenti. Eodem. 28.
— currus aut equos nobilium vel rusticorum adimentes suspendantur. Eodem. 29.
— duplicia vel triplicia stipendia accipientis poena. 1595: 30 1596: 20. 1599: 26. 1662: 8. §. 2.
— vugabundi quomodo puniantur. 1595: 32. 1608: 2. 1622: 39.
— conducatur e taxis liberarum R. Civitatum. 1595: 38. 1597: 17. 19. 1601: 4.
— militis insolentia quomodo compescenda. 1596: 3.
— hungarum, hungarus capitaneus judicet. Eodem. 21.
— hungarum pro stipendio solus Papa conducere possit. Eodem. 22.
— majoris stipendii vel lucri causa ad alios se conferens si non rediverit, bona amittat, si non habet, capite plectatur. Eodem. 22. 1597: 22. 1602: 8. 1609: 13.
— in hibernas stationes ad confinia hostibus viciniora distribuendi. 1596: 29.
— per exteros illata damna quomodo cognoscenda et refundenda. Eodem. 46.
— Comitatus sex integris mensibus in castris maneat. 1597: 9. §. 5.
— exteri per certos Commissarios a Comitibus vel V.-Comitibus designatos per singulos Comitatus deducantur. 1597: 37. 1604: 13.
— confiniariis ut de solutione mature prospiciatur, petitur. 1597: 41. 1609: 32. 1630. 4. 1655: 3. §. 1. 1662: 14.
— licentia ut refroenetur sua Majestas provideat. 1598: 3. 1599: 2.
— Rex conducere possit, sed conductis hungaros Capitaneos praeficiat. 1598: 16. 1600: 3. §. 12.
— vexilla deserentium poena. 1598: 31.
— exterorum ad suas stationes deducendi modus. 1598: 25. 1599: 4.
— in itu et reditu, in campo et castris condescendant, non in villis, oppidis, civitatibus, signanter in domibus nobilium et ecclesiasticorum. 1599: 5. 1662: 13. 1715: 43.
— hungarus praeter morem Patriae juramento aliquo non est obstringendus. 1599: 19.
— itinerantium insolentiae quomodo caveri, et quomodo Commissarii minus fideles puniendi. 1600: 19.
— externi in Hungaria non conducantur, aut lustrentur, vel ablicentientur. 1600: 28. 1601: 26. 1602: 20.
— tempestive in campum educendi, et praesidiarii confiniorum pleno numero servandi. 1601: 5.
— desertores Capitanei etiam terminato bello capere et punire possint. Eodem. 14.
— equitum levis armaturae bis mille, et peditum bis mille offeruntur: 1602: 1.

Miles exterus damna illata ex stipendis reparare cogatur. 1602: 24. §. 3.
— campestrem qui conducant. 1603: 5.
— hungarus a Capitaneis hungaris conducatur. 1603. 5. 1604: 2. §. 4.
— exterum Rex citra consensum Statuum non inducat. 1608: 2. a. cor. 1618: 2. §. 1. 1622: 2. §. 19. 1638: 1. §. 14. 1655: 19. 1659: 1. §. 14. et a. 25. 1681: 8.
— exterus ut primum e regno et adnexis provinciis educatur. 1608: 12. a. cor. 1609: 27. 1635: 34. 1647: 54.
— exteri si pauciori numero et non turmatim stipendia merendi causa in Hungariam venerint, et Capitaneis hungaris subesse voluerint SS. et OO. non refragantur. 1609: 11.
— stipendiarius juramentum fidelitatis Regi juret. 1609: 14. 1613: 14.
— praesidiarius bona aliena non occupet. 1609: 46.
— stipendiarius confinialis colonos ad servitia sua cogere, bona nobilium occupare, foenilia depascere, agros citra solutionem decimarum subarare non audeat. Eod. 56.
— confinialis si pacem cum Turcis turbet, eum Palatinus puniat juxta leges. 1618: 3.
— per Capitaneos in bonis Nobilium non illocentur, damna non inferant, alimenta et supellectilia non auferant. Eod. 22.
— confinialis in domos nobilium, ecclesiasticorum in Confiniis non condescendat. 1618: 58. 1635: 46. 1662: 13.
— hajdones privilegia a Caesarea Majestate habentes iisdem fruantur. 1622: 2.
— se distinguens pro armalibus recurrere possit. 1622: 17. §. 2.
— si damnum intulit, illud Palatinus e bonis Capitanei reparabit. 1625: 16. §. 3.
— confinialis excessus patrans puniatur. 1625: 16. 1649: 82. §. 3. 1681: 18. §. 3.
— exterum Rex stipendio provideat. 1625: 24. 1662: 2. 1681: 8.
— exterus ubi periculum desierit, e Regno educatur. 1625: 24. 1635: 59. 1638: 46. 1647: 65. 1662: 2. 1681: 8.
— exteri cum suis Capitaneis Palatino subordinentur. 1625: 24. 1659: 25. 1662: 2. 1681: 8.
— exteri supremo Confiniorum Capitaneo subsint. 1630: 4. 1659: 25. 1662: 2. 1681: 8.
— praesidialis restauretur, stipendia, pannum et alia accurrate accipiat. 1630: 4. 1681: 62. §. 1. 2.
— non per pagos, sed per praesidia dislocetur. 1630: 37.
— a Comitatu dependeat. 1635: 10.
— in pagis condescendere non sinatur. 1635: 10. §. 4. 1638: 43. 1647: 67.
— confinialis cum Turcis familiaritatem fovens, et pacem domesticam turbans, rigore disciplinae militaris puniatur, et extra stipendia constitutus jure conveniatur. 1635: 11. 1647: 40.
— Rudolphi Paradeyser ut ob nimiam licentiam refroenetur, Commissarii procurabunt. 1635: 38.
— confinialis in pagis non condescendat. 1635: 47.
— in Colapini intertentionem in Croatia et Slavania media Tricesima convertatur. 1638: 7. 1649: 4. 1659: 86. 1662: 17. 1681: 75. 1715: 115.
— Confinialis ad illata Capronczensibus, Varasdinensibus, et Carolostadiensibus damna reparanda, per Commissionem cogatur. 1638: 22. 1723: 92.
— Capitaneus pro suis servitiis non adhibeat. 1638: 44. 1649: 3. §. 9.
— confinialis Capitaneis hungaris subsit. 1638: 45. 1662: 2.
— exterus praesidialis juramentum fidelitatis deponat. 1638: 45.
— confinialis in confiniis deficiens suplementis novis per Capitaneos redintegretur. 1647: 24.

Miles praesidialis damna inferens capiatur, et per Capitaneum plectatur. 1647: 42.
— hungarus e confiniis non educatur. 1647: 65. 1659: 73.
— e Comitatu Mosoniensi educatur. 1647: 67.
— praesidialis telonia Episcopi et Capituli Veszprimiensis non turbet. 1647: 141.
— exterum in confiniis Provinciae Austriae interioris provideant. 1649: 2. §. 2. 1662: 3.
— loco contributionis per Comitatus statuendorum modus praescribitur. 1649: 3.
— pro confiniis statuere nolens in duplo toties quoties convincatur. Eodem. §. 7.
— Germanus ex arce Varasdinensi exeat. 1649: 36. 1659: 99. 1662: 3. 1681: 72. 1715: 113. §. 2.
— in quali confinio quali numero adesse debeat? defigitur. 1655: 3. 1659: 2.
— hungarus pro confiniis numero augeatur. 1655: 3. 1659: 2. 1662: 14.
— pro confiniis resolvitur loco contributionis, cui dimidium stipendium domini terrestres, dimidium portae praestabunt. 1655: 5. §. 5.
— pro sex mensibus in pecunia, pro quatuor vero in panno stipendium suum accipiat. 1655: 9.
— stipendiarius arma et equum amittat, si talia alteri statuto pro lustra commodaverit. 1655: 9. §. 2.
— hungarus veteranus in Muraköz augeatur. Eodem. 12.
— exterus intra triennium e regno educatur. 1655: 19. 1659: 25. 1681: 8.
— Colapianum et Banalem Rex provideat. 1655: 73.
— praesidiarium debito numero non intertenens primo officium, dein caput amittat. 1659: 3.
— confinialis colonos abducere, et pro lytro remittere non audeat. Eodem. 19.
— in praesidio a Capitaneo loci non dependentem, nullus Nobilis vel dominus servare possit. Eodem 20. §. 4.
— praesidiarius Jaurinensis ab intrantibus Nobilibus et mercatoribus nihil exigat. 1659: 23.
— praesidiarius Jaurinensis et Comaromiensis, ab excessibus prohibeatur. 1659: 24.
— exterus tormenta et munitiones pro statuto stipendio de uno confinio ad aliud devehat. 1659: 25. §. 3 1681: 8.
— exterus executiones non peragat. 1659: 25. §. 4. 1681: 8.
— Germanus in praesidiis hungaricis quaestum exercens tricesimam et telonia solvat. 1659: 60.
— pedites sufficientes pro custodia passuum glacialium erga requisitionem Vice-Comitum Posoniensis, et Comaromiensis e praesidiis Comaromiensi, et Ujvariensi dentur. Eodem. 74.
— ne impediat Jaurinenses pileos et alia artefacta vendere. Eodem 80.
— stipendiarius vicinarum provinciarum ex Croatis et Slavis occasione insurretionis personalis, personaliter insurgere obligatur. Eod. 85. §. 5.
— sive Germani sive nativi et eorum viduae in civitate Crisiensi et Capronсensi ac Varasdini fundos civiles possidentes taxas regias, aliasque contributiones et onera civilia ferre teneantur. 1659: 93.
— insurgentem ad insurrectionem generalem non statuentium poena. 1662: 5. §. 23. 1681: 46. §. 24.
— ignobilis limitata stipendia nec in confiniis, nec regia nec privatorum mereri volens, in casu necessitatis cogi possit. 1662: 8. §. 6.
— exterus cessante necessitate ex arcibus privatorum, civitatibus montanis, relictis ibi armis educatur. 1681: 9.
— exterus annonam. pabulum, foenum, victualia non limitet. Eodem. 12.
— exterus si damna patravit, officiales satisfaciant, secus hos Palatinus puniat. 1681: 22.
— fundos civiles possidens si vinum epocillet, illud amittat. Eodem. 78.

Miles regularis tum ex nativis tum exteris constans pro Regni defensione intertenendus statuitur. 1715: 8.
— cujuscunque status in regno bona possidentes in casibus criminalibus et militaribus judicio militari subsint; in non militaribus vero consveto juris processu judicentur et puniantur. 1723: 11.
— occisi prolibus homagium solvit. Eodem.
— pro insurrectione in necessitate non statuens pro circumstantiis poena arbitraria puniatur. Eod. 12.
— quod Rex in libertate venandi restrinxerit SS. et OO. gratias agunt. 1729: 22. §. 12.
— fundos civiles possidens, horum intuitu subest Magistratui civico. 1741: 38.
— ad Verecske excubantem Rex interteneat. 1764: 25.
— per, practicari soliti diversi generis excessus abrogentur. Eodem 36.
— officialium excessus quoad educillorum et macellorum usurpationes sua Majestas tollat. Eodem 37.
— quomodo citra agravium plebis pleno numero haberi possit, deputatio commissariatica eleboret. 1790: 66.
— Jazyges, Cumani et oppida Hajdonicalia nonnisi in sensu privilegiorum suorum etiam in necessitate dare cogantur. 1802: 1. §. 3.
— insurgens pro hac vice extra Regnum ire teneatur, sed stipendio Regis provideatur. 1805: 1. §. 28.
— post 20. annorum servitia dimissus non dicetur, ad labores publicos non cogatur, et si opifex sit, absque paradigmate ad contubernium suscipiatur. 1807: 1. §. 11.
— sive Suae Majestatis, sive auxiliaribus copiis factae praestationes bonificentur. Eodem 16.
— insurgens idiomate hungarico exerceatur. 1808: 2. §. 20. et 3. §. 13.
— insurgens per Palatinum in turmas et cohortes dividatur. Eodem 3. §. 6.
— insurgens vestitum proprium citra aurum et argentum habebit. Eodem §. 11.
— insurgentis gradum distinguent signa, quae Palatinus providebit. Eodem §. 12.
— insurgentis ad lustram et exercituationem non comparentis poena. 1808: 11. §. 1.
— insurgens contra Regem, legem vel Patriam tumultum ciens, complex, aut non detegens morte puniatur. Eodem §. 2.
— insurgens officiali, superiori obedire detrectans, arma in eum stringens, vel contra excubias manum levans morte puniatur. Eodem §. 4. 5.
— insurgens ante hostem vigilias deserens morte puniatur. Eodem §. 6.
— insurgens in vigiliis obdormiens, vel temulentus ad tales ac servitia comparens aresto et vinculis puniatur. Eodem §. 7.
— insurgens occasione conflictus impedimenta expilans vitam amittat. Eodem §. 9.
— insurgens signa deserens quomodo puniatur. Eodam §. 10.
— insurgens incendiarius, latro, praedo, obsessor viarum, spoliator, duellator, rixator, certator, verberator, poena delicto commensurata puniatur. Eodem §. 11.
— insurgentis furtum committentis poena. Eod. §. 12.
— insurgens in lustra delinquens mitius puniatur, quam in ipsa insurrectione. Eodem. §. 14.
— anno 1831. statuti post decennium dimittantur. 1830: 7. §. 1.
— qui ad tractandam rem domesticam inevitabiliter necessarii fuerint, etiam absque amictualis pecuniae persolutione dimittantur. 1830. 7. §. 8. 1840: 2. §. 8.
— statutio donec perduraverit, collectacula cessent. Eodem.
— in procinctu mortuorum testamenta sunt privilegiata. 1830: 9. §. 3.

Milites in bello se distingventes armalibus et collatione bonorum condecorentur. 1830: 7. §. 12. 1840: 2. §. 12.
— cambiali Tribunali se subjicere non possunt. 1840: 15. I. §. 11.
— qua negotiatores improtocollari nequeunt. 1840: 16. §. 2. c).
— ab illocatione fabricalia aedificia sunt immunia 1840: 17. §. 8.
Milethinszky Michael Appellationum Assessor. 1559. 38.
Militari in trajectu Petro Varadinensi Nobiles a solutione nauli immunes sunt. 1765: 9.
— Jurisdictio ad bona nobilitaria et civilia se non extendat. 1765: 8.
— status in territorio provinciali educilla et macella non servet. 1765: 37.
— Tyrones extra diaetam, nec praetextu liberae oblationis, nec alio quocunque titulo solicitabuntur. 1791: 19.
— in Legionibus tam hungaricis, quam confiniariis, aequa semper habebitur ratio, prout et in Academiis militaribus officialium hungarorum filiis formandi se occasio dabitur. 1792: 9.
— tyrones 50.000 offeruntur. 1796: 2.
— quoad Legionum hungaricarum ad triennium completationen. 1802: 1.
— tyrones ad casum imminentis intra triennium belli, 12.000 absque suppletandi obligatione, titulo anticipatae completationis offeruntur. Eodem.
— statui in promtuariis, magazinis Regiis, in sensu legum, epocillatio prohibetur. Eodem 29.
— de subsidio ad legiones hungaricas oblato, et revehendis collectaculis. 1807: 1.
— Collectaculorum pro facilitatione 200.000 florenorum, sub iisdem cautelis, quibus contributio annue offeruntur. Eodem §. 11.
— tyrones offeruntur non ad alia, quam hungarica Regimina distribuendi. 1808: 6. §. 5.
— ignobilium personarum in actuali servitio obeuntium remansae substantiae pertractatio pertinet ad militarem jurisdictionem. 1830: 9. §. 1.
— nobilium personarum remansa substantia per jurisdictionem civilem pertractetur. Eodem.
— a condescensione nobiles in fundis colonicalibus degentes sunt immunes. 1836: 11. §. 7.
— ad transportus requisitae vecturae juxta praevigentem usum statuantur. 1844: 9. §. 13.
— aedificia a suppeditandis quarteriis diaetalibus sunt immunia. 1844: 11. §. 9.
Militiae Hungaricae vestitus in Hungaria comparetur. 1765: 24.
— suppeditatarum durante bello turcico frugum pretium regnicolis ex aerario Regio exsolvatur. 1791: 37. §. 3.
— regularis pro completatione tyrones offeruntur. 1791: 66. 1792: 6. 1796: 2. 1802: 1. 1807: 1. 1808: 6. 1830: 7. 1840: 2.
— hungaricae pro completatione 48,000 tyrones offeruntur. 1830: 7.
— alimentationis, et inquarterisationis pro eruenda optima modalitate Regnicolaris Deputatio ordinatur. 1836: 11. §. 6. 1840: 3.
— alimentationem Nobiles fundos colonicales usuantes ferre teneantur. Eodem §. 7.
— hungaricae pro redintegratione 38.000 Tyrones offeruntur per sortilegium statuendi, et hi nonnisi decem annis servire tenebuntur. 1840: 2. §. 1.
— hungaricae pro redintegratione etiam tyro 5. pedum altitudinis acceptetur. Eodem.
— statutorum tyronum domi relictae substantiae illico conscribantur, et sub inspectione orphanalis civilis provisionis conserventur. Eodem.
— tyrones in Regno statuendi, nonnisi penes legiones hungaricas servient. Eodem.
Millium decimatur. 1481: 1.

Millii vicesima pars pro militia deferatur eo, quo dicator in Slavonia indicaverit. 1538: 15.
— possessionati lustrae vel exercituationi se subducentes viginti quinque marcas g. p. toties quoties executione mediante solvant, et ad officium adstringantur. 1808: 3. §. 17. et 11. §. 1.
— et Civis absque differentia Religionis intra duodecimum et decimum quintum aetatis annum, testimoniis eminentiae et primae classis provisus ad academiam militarem recipiatur. 1808: 7. §. 12.
— insurgens sub lustra in flagranti delicto deprehensus detineri quidem potest, sed id Vice-Comiti illico insinuetur, qui judicabit an ultra detinendus sit. 1808: 11. §. 15.
— in causis pure personalibus usum Nobilitatis Testimonialibus Vice-Comitis cum subscriptione processualis Judicis Nobilium et Jurassoris elargitis legitimet. 1827: 20.
— Turmae praetorianae portiones orales et equiles ex Hungaria absque tricesimae depensione Viennam ferantur. 1827: 36. §. 1.
— — de perceptionibus et erogationibus reddendae Rationes Consilio Locumtenentiali Regio exhibeantur, manipulatione Cassae penes inspectionem et responsionem Capitanei Turmae hujus relicta 1827: 36. §. 2.
— — cuncta membra, proinde etiam officiales sint lingvae patriae gnari, et in civili etiam statu applicationem nanciscantur. 1827: 36. §. 3.
— — Cassae pro meliori dotatione ad singulum aureum Honorarii Reginalis duo floreni adduntur. 1827: 36. §. 4.
— in fundis colonicalibus degentes onera publica, et dominalia supportare obligantur. 1836: 11.
— ab usufructuatione fundorum colonicalium contributionem solvere obligantur. 1836: 11. §. 1. 2. 3. 4. 5.
— fundos colonicales usuantes militiae alimentationem suppeditare tenentur, ast a condescensione militari sunt immunes. Eodem §. 7.

Nobilium fundos colonicales usuantium restantiae contributionales per Judicem Nobilium et Jurassorem via summaria desumantur. 1836: 11. §. 14.
— judicio nundinali se sponte subjicientes, coram eodem stare tenebuntur. 1836: 18. §. 14.
— quaestum aut opificium exercentes judicio nundinali suberunt. Eodem.
— in pagis et oppidis non privilegiatis tempore nundinarum relate ad quaestus objecta judicatui Judicis Nobilium et Jurassoris subsunt. Eodem §. 17.
— Regni in Districtu Fluminensi habitantes in causis personalibus Capitaneae sedi Judiciariae subjacent. 1836: 19. §. 3.
— in Communitatibus, quae propriis ordinatis Magistratibus provisae sunt, aut ordinato magistratu destitutae, pro minoribus causis Ductores eligere solent, verbales processus 60 fl. haud excedentes, per Ductorem cum duobus primoribus decidentur. 1836: 20. §. 5.
— causae verbales per Judicem Nobilium et Jurassorem decidentur. Eodem. §. 6.
— in ponte stabili Budam inter et Pestinum struendo telonium solvere tenentur. 1836: 26. §. 2.
— Regni, etiamsi quaestum aut opificium exercerent, a taxa stationali sunt immunes. 1836: 33.
— Regni expensas Comitiorum R. anno 1836. celebratorum supportabunt. 1836: 44.
— Ductor cum duobus primoribus judicat damna agris, vineis, pratis, sylvis, et semitis ferreis illata usque ad valorem 24 florenorum. 1840: 9. §. 6.
— et ignobilis colonus iterato patratae voluntariae damnificationis reus, e sessione urbariali amoveri potest. 1840: 9. §. 17.
— qui proprio domicilio destituitur, aut praeter hoc vix aliquid habet, ob patratam praeconcepto animo aut violentia damnificationem, si fidejussionem praestare nequeat, e vestigio detineatur, et dictandam sibi poenam in tali statu praestolari obligatur. 1840: 9. §. 17.
— framea conscriptioni et sequestro judiciario subjici nequit. 1840: 15. II. §. 154. d).
— ita prout ignobilis in casibus damnificationum expensas vecturales et diurna aestimatorum persolvere tenetur. 1840: 9. §. 24. 25.
— bona nobilitaria possidentium in causa concursuali judicat sedria illius Comitatus, cui bona adjacent, si bona pluribus Comitatibus adjacerent, sedria illius, in quo ordinarie habitant, si vero jam in uno jam in alio Comitatu, aut plane extra Regnum degerent, concernens Tabula districtualis, si vero bona pluribus districtibus adjacerent, erga recursum creditorum unam e Tabulis districtualibus sua Majestas Sacratissima delegabit. 1840: 22. §. 1. ad b).
— qui in L. R. Civitatibus habitant, et nulla bona nobilitaria possident, in casu concursus judicatui civili Magistratus subsunt, in oppidis vero degentes sedriae Comitatus subjacent. Eodem.
— bona nobilitaria possidentes, qui negotiatores protocollati non sunt, etiamsi in L. R. Civitatibus aut oppidis privilegiatis habitarent, possessorium haberent, aut qua fabricantes improtocollati etiam essent, judicatus in causa concursuali semper sedriam illius Comitatus respiciet, in quo bona nobilitaria eorum jacent; et si bona illa nobilitaria in pluribus Comitatibus essent, sedria illius judicabit, in quo ordinarium habitationis locum habent; si vero jam in uno, jam in alio Comitatu, aut plane extra Regnum degerent, concernens Tabula districtualis; denique si bona illorum in pluribus districtibus essent, erga recursum Creditorum Tabula Districtualis per suam Majestatem delegata. 1840: 22. §. 1. ad b).
— in L. R. Civitatibus degentes et nulla bona nobilitaria possidentes, si in concursum incidant,

judicatui civico subsunt; in priv. vero oppidis habitantes ad casum concursus, sedriae Comitatus subjacent. 1840: 22. §. §. ad b).

Nobiles comitiorum expensas solvere renuens, via summarii processus ad solvendum stringetur. 1840: 45. §. 3.

Nobiles armalistae in persona insurgere obligantur. 1588: 19. 1595: 6. 1598: 22. 1622: 21. §. 1. 1625: 10. 1662: 5. §. 17. 1681: 46. §. 16. 1741: 63. §. 5.

— arm. a fundis non liberis decimas det, et omnia onera ferat. 1595: 6.

— arm. ad subsidium juxta limitationem Vice-Comitis, Judicis Nobilium, et unius nobilis concurrant. 1595: 6. §. 1. 1596: 10. 1598: 15. 1599: 7. 1609: 65. 1622: 34. 1647: 26. 1741: 63. §. 6.

— arm. a fundis non liberis et civilibus dicentur. 1596: 10. §. 2.

— arm. decimas et quartas solvere nolentes citentur ad forum spirituale, et contumaces etiam brachio regali adigantur. 1596: 55.

— arm. fundos civiles, vel colonicales excolens decimam solvat, et omnia onera ferat. 1613: 4. 1630: 30. §. 6. 1647: 95. §. 10. 1649: 17.

— arm. tempore belli insurgere nolens, in homagio vivo convincatur. 1622: 21. §. 2. 1625: 10. 1635: 88. 1638: 15. 1659: 7. 1681: 46. §. 24. 1741: 63. §. 5.

— arm. pro conservatione coronae taxat Vice-Comes, Judex Nobilium, et Jurati Nobiles. 1625: 28. §. 3.

— arm. omnia Comitatus onera ferant, et ad talia per Comltatum taxentur. 1630: 30. §. 6. 1649: 17. et 20. 1655: 62. §. 3. 1723: 6. §. 4.

— armalistas in Civitate degentes Vice-Comes exequitur. 1647: 93. 1649: 20. 1655: 62. §. 3.

— quoad armalistas lati articuli etiam ad oppidi Szathmár et Némethi incolas armalistas extenduntur. 1655: 62.

— arm. occasione insurrectionis generalis nec in persona insurgens, nec loco sui alium statuens, in dimidio suo homagio convincatur. 1662: 5. §. 23.

— arm. in suis libertatibus confirmantur. 1723: 92.

— arm. propriis expensis militantes nullas taxas solvant. 1751: 19.

— arm. lustrae vel exercitio se subducentes quomodo puniendi. 1808: 3. §. 17. et 11. §. 1.

— arm. ut proni in peditatu vel equitatu insurgant a taxa articuli 6-ti 1723. immunes declarantur. 1805: 1. §. 17.

Nobiles praediales seu ecclesiarum nulli collectae Regni subsint. 1222: 3. §. 2.

— praediales sub banderio domini sui militabunt. 1435. I: 3. 1567. 14.

— praed. salvis juribus ecclesiarium decimas non solvant. 1500: 29. §. 4.

— praed. Ecclesiae Sexard in suis libertatibus confirmantur. 1518: 26. Bách.

— praedialis unum equitem instructum statuet, et intertenebit. 1537: 13.

— praed. Regi a singulis curiis quinquaginta denarios solvat. 1546: 46.

— praed. Archi-Episcopales telonia non solvant. 1563: 59. §. 4.

— praed. cum aliis Nobilibus iisdem juribus gaudeant. 1567: 14.

— praed. pro subsidio ut alii Nobiles per Vice-Comitem et potiores nobiles taxentur. 1595: 6. 1647: 26.

— praed. pro conservatione coronae per Vice-Comites taxentur. 1622: 34. §. 3. 1625: 28. §. 3.

— Praediales insurgere obligantur. 1741: 63. §. 9.

Nobiles unius sessionis non dicentur. 1478: 4. §. 1.

— unius sessionis decem, olim unum ad Comitia mittebant. 1498: 1. §. 9.

Nobiles unius sessionis decimas de proprio non solvant. 1500: 29. §. 4.

— unius sessionis pro salario Assessorum concurrant. 1507: 3. §. 5.

— ad bellum per singula capita compareant. 1518: 2. Tol. 1518: 36. Bách. 1523: 20. 1598: 22. 1542: 33. 1662: 5. §. 16. 1741: 63. §. 5.

— unius sessionis viritim consurgentes, ad conservationem gentium non taxentur. 1518: 36. Bách.

— unius sessionis ad onera iusurrectionis se se obligant. 1536: 24.

— et si unius sessionis equitem statuat et alat. 1537: 13.

— unius sessionis a singulis caminis denarios decem pro expensis Regis solvant. 1538: 25.

— partem sexagesimam omnium mobilium suorum ad expeditionum conferant. 1542: 29. D. Nov.

— imminente periculo viritim insurgant. 1542: 33. D. Nov. 1545: 21. 1552: 3. 1622: 21. 1625: 10. 1635: 88. 1638: 15. 1659: 7. 1681: 46. §. 15. 1741: 63. §. 6.

— qui equis carent, pedites insurgent. 1542: 33. D. Nov.

— ad rationem sexagesimae denarios quinquaginta usque festum S. Georgii solvant. 1542: 15. D. Pos.

— sessionis unius quinque unum equitem statuant. 1542: 25. D. Pos. 1543: 14. 1578: 12.

— ad Salarium Capitaneorum concurrant. 1543: 20.

— a singulis curiis Regi denarios quinquaginta solvant, et ditiores pauperiores juvent. 1546: 6. 1548: 25.

— sessionis unius pari cum ceteris libertate gaudeant. 1552: 40.

— communia cum aliis onera ferant. Eodem.

— a quinque curiis equitem statuant, vel ipsi in expeditione particulari militent. 1556: 22. §. 3. 1557: 2. 1567: 23.

— unius sessionis ex singulis tribus integris curiis nobilitaribus ad insurrectionem generalem statuant. 1556: 21. 1557: 2.

— contra leges viritim insurgere non cogantur. 1566: 18. §. 3.

— pro subsidio juxta conscientiam Vice-Comitis, et unius potioris Nobilis taxentur. 1595: 5. 1596: 10. 1598: 15. 1599: 7. 1608: 14. p. Cor. 1622: 34. §. 2.

— unius sessionis inquilinos habentes, pro subsidio juxta facultates taxentur. 1599: 7.

— pro solutione militum in subsidium datorum taxentur. 1602: 2. 1603: 3. §. 4

— pro insurrectione taxentur per Vice-Comites, Judices Nobilium, et potiores Nobiles. 1609: 62. §. 5. et 65. §. 1. 1613: 13. 1638: 15. 1741: 63. §. 6.

— per Capitaneos et Praefectos Confiniorum avitae libertati restituantur. 1635: 36. 1638: 22.

— unius sessionis occasione insurrectionis generalis non insurgens, nec militem statuens, in dimidio homagio proprio convincitur. 1662: 5. §. 23. 1681: 46. §. 24. 1741: 63. §. 5.

— unius sessionis in usu suarum libertatum confirmantur. 1723: 92.

— unius sessionis juxta limitationem Comitatus plures simul unum equitem ad Insurrectionem statuant. 1741: 63 §. 6.

— unius sessionis, vel pauperes in lustra, exercitio, vel insurrectione non comparentes in duodecim florenis, in defectu autem fundi aresto mulctantur. 1808: 3. §. 17. et 11. §. 1.

— in fundis colonicalibus degentes contributionem solvant. 1836: 11.

— qui fundos colonicales usuant, a condescensione militari quidem sunt immunes, ast ad alimentationem militiae a paritate ignobilium concurrere obligantur. 1836: 11. §. 8. Eorum restantiae contributionales via summaria incassentur. 1836: 11. §. 14.

Nobilitaria bona in executionem sumta pignus judiciarium sapiunt, ita ut quandocunque relui possint. 1792: 17. §. 4.
— bonorum circa divisionem si fratres inter se convenire non possent, exmittenda per Comitatum Deputatio divisionem via summaria instituet. 1836: 14.
— bonorum pro venditione judiciaria unus terminus ad tres menses extendendus praefigetur, quo illa plus offerenti, etsi infra aestimationale pretium per exequentem resignabuntur. 1836: 15. §. 13.
— bonum immobile, licitatione mediante acquisitum prae manibus plus offerentis, titulo pignoris judiciarii manebit. 1836: 15. §. 18.
— bona in generali Comitatus congregatione intabulari debent. 1840: 21. §. 1.
— bona immobilia per Deputationem concursualem vendi nequeunt, modum tamen administrationis Deputatio defiget, et ordinatae eorum administrationi Curator massae invigilabit. 1840: 22. §. 61.
— bonorum intuitu moti, et aliquam juris aut aviticitatis quaestionem involventes Processus in Croatia per Tabulam Banalem decidantur. 1840: 25.
— bona ignobiles indigenae acquirere et imperturbate possidere possunt. 1844: 4.
Nobilitas inter Hunnos et Hungaros post eorum ingressum orta. I: 3. §. 1.
— acquiritur dotibus militaribus, donatione, scientia, literis. I: 4. 5.
— etiam absque possessionaria donatione obtineri potest. I: 6
— sola insignia armorum non probant. Eodem. §. 1.
— probatur literis donationalibus, vel solis statutoriis, vel literis super exsolutione quartalitii. Eodem. §. 2.
— obtineri potest etiam adoptione. I: 8.
— a Stephano Bocskay collata in suo vigore maneat, sed literae superinde producantur in proxima Diaeta. 1606: 14. §. 2.
— Colonus citra consensum et commendationem Domini terrestris in fundo colonicali armalibus acquirere non possit. 1622: 17. 1630: 30. §. 4.
— libertini in Civitatibus degentes nonnisi cum commendatione civitatis et duorum Consiliariorum possint obtinere. 1649: 15.
— usus actualis in causis pure personalibus quomodo possit doceri. 1827: 20.
Nolten Joannes fit indigena. 1715: 136. §. 10.
Nomenéi Marchio titulus Regum Hungariae ex Aug. Domo Austriaca. 1791. 1792. Exord. et 2. 1796. 1802.
Nomina testium in literis relatoriis duplici ratione solent conscribi. II: 29.
— vicinorum et commetaneorum praesentium literis relatoriis inserantur. 1486: 77. 1492: 43. §. 9.
— Superioris et Custodis Conventus ad calcem relatoriarum inseratur. 1492: 44. §. 5.
— hominis capitularis, conventualis, regii, palatinalis, banalis, aut archiepiscopalis in relatoriis et expeditionibus inseratur. 1723: 39.
— alienum in praejudicium familiae alicujus assumens larva vocatur, et talis in servitutem redigitur. 1723: 46.
— et cognomen delatoris seu accusatoris in actione contra criminis laesae Majestatis reum erecta Fiscus exponat. 1741: 26.
— suum delator delationi inscribat, secus delationis anonymae nullus usus fiat. 1805: 5. §. 1. et 2.
— testium, et acta non truncata sed integra cum delato communicet Commissarius. Eodem. §. 5.
Nona frugum et vinorum olim Reginae pendebatur. 1351: 6.
— frugum et vinorum in omnium bonis colonus solvere teneatur. Eodem.
Nonam Praelati et viri Ecclesiastici a suis colonis cum decima exigant. 1351: 6. §. 1. 1492: 48.
— et decimam partem depositae pecuniae convictae parti auferat Judex. 1405. I: 9. 1486: 75.
— et decimam partem depositae apud se pecuniae accipit capitulum. 1435. II: 10. §. 18. 1486: 75. 1492: 95. §. 15. 1588: 17.
— frugum et vinorum in omnibus bonis exceptis civitatibus muratis desumatur. 1492: 47. 1500: 27. 1507: 15. 1514: 18. 1604: 14. §. 2.
— solvit subditus alienus terras et vineas in alieno fundo colens idque sub amissione fundi. 1492: 49.
— se ex privilegio non debere si quis praetendat, illico Judici ordinario deferatur, et definiatur. 1492: 49. et 104.
— prius dein decima in bonis secularibus desumatur. 1495: 44. 1500: 29. §. 2.
— domino terrestri solvat civis a fundis dominalibus. 1498: 41. 1514: 58. 1518: 27. Bách.
— et decimam solvat colonus si exstirpaturas retineat. 1547: 29. §. 6.
— possidentes seculares duos equites ab ea deinceps non statuant. 1559: 14.
— non vero bona possidentes ecclesiastici pro subsidio belli per V.-Comites, et potiores Nobiles taxentur. 1596: 10. 1598: 15.
— et decimam pecuniae arestatae Capitanei non exigant. 1588: 17.
— Domino terrestri in Slavonia et Croatia praestent Valachi sessiones habentes. 1604: 14. §. 3. 1608: 9. p. Cor. 1613: 39. 1618: 32. 1622: 2. §. 13.
— Dominis terrestribus denegantes ne Archi Dux Ferdinandus tueatur. 1604: 14. §. 4.
— et decima eodem tempore desumatur. 1613: 4. 1618: 45. 1622: 70.
— licet opiliones et libertini in Comitatu Gömöriensi non solvant, decimam tamen praestent. 1659: 54.
— intra octo dies, a facta insinuatione desumatur e frugibus, secus proprietarius tales domum devehere possit. 1802: 7.
— solam vini vinicolae ad domum nonatoriam obligantur devehere, nonator vero procreationem totam in vinea inspicere debet. 1802: 7. 1807: 3.
— circa praestationem inter Dominos et subditos liberae conventiones ineantur. 1836: 7. §. 2.
— ex omnibus terrae nascentiis praestari debet. Eodem.
— loco praevigens octava vel septima porro quoque stabilitur. Eodem.
— aut decimam terminata messe, facta eatenus per primores loci Dominio insinuatione, dominium intra triduum e singula specie desumere tenetur, quam coloni intra ambitum territorii, gratis domum vehere obligantur. Eodem.
— vinorum aut jus montanum, intra ambitum territorii, vinicolae gratis devehere tenentur. 1836: 7. §. 3.
— occultatores condignae poenae subjiciantur. 1836: 10. §. 5.
Nonator ex vineis nonam desumens totam procreationem in vinea inspicere debet, et vinicola solam nonam ad domum nonatoriam devehere obligatur. 1802: 7. 1807: 3.
Norimbergam boves pacatis temporibus libere expelli possunt. 1741: 27.
Normam docendi Protestantes salvo jure inspectionis regiae ordinare possint. 1790: 26. §. 5.
Noszdroviczky Franciscus pro Academia militari Ludov. offert centum florenos. 1812: 2.

Noszlop possessionis Comitatus Veszprimiensis gratuiti labores deputantur ad arcem Devecser. 1659: 130.

Noszlopy Ignatius Membrum Deputationis circa alimentationem militiae ordinatae nominatur. 1836: 11. §. 6.

Notam infidelitatis incurrenti succedit Rex. I: 13. §. 5.
— infidelitatis casus antiqui et novi recensentur. I: 14. 1462: 2. 1495: 4.
— incurrens bona amittit. I: 14. 1659: 104. 1715: 9.
— privilegia et caput amittit. II: 12. §. 6.
— incurrens ecclesiasticus sententiam capitalem, non emendae capitis incurrit, et ideo degradatus beneficium, bona propria, et caput amittit. II: 44. §. 1—6.
— etiam Prior Auranae. II: 54. §. 7.
— in Hungaria et in omnibus adnexis provinciis bona amittit, et Judex provinciae sententiam exequitur. II: 65. §. 5. 6. S. Steph. II: 35.
— infidelitatis incurrens asylum in ecclesia non habeat. S. Steph. II: 51.
— infidelitatis committit contra Regis salutem aut dignitatem conspirans, aut in id scienter consentiens. Colom. II: 6.
— incurrens et non denuncians etiam excommunicabatur. Eodem.
— incurrit aurum vel argentum alteri quam Regi clam vendens vel commutans. 1342: 34.
— incurrens, coram Rege se purgans, vel gratiam capitis et bonorum ab eo accipiens sub Sigismundo bona recuperabat. 1404. 9. 10. 14.
— quodsi se non purgavit, vel solius capitis gratiam accepit, in hoc casu bona non recepit. Eod. 14. 16.
— incurrebant notorios, vel proscriptos domi vel in castris hospitio recipientes. 1404: 20. 1405. I: 5. II: 9. 1435. II: 24. §. 1. 2.
— incurrunt castra et fortalitia nova intra quindecim dies non diruentes. 1453: 6. 1458: 6. 1464: 10. 1471: 29. 1492: 15. 1536: 60.
— violentus bonorum occupator talia non restituens. 1453: 7. 1492: 14. 1498: 10. 1500: 20. 1563: 44. 1609: 4. §. 7. 8. 1622: 11.
— Instrumenta falsa producentes, vel iis scienter utentes. 1462: 2. §. 2.
— incurrebant fratricidae, occisores et vulneratores consanguineorum. 1462: 2. §. 5. 1495: 4. §. 5.
— occisor adversarii in loco judiciorum publicorum. 1462: 2. §. 12.
— haereseos damnatae reus. Eod. §. 13. 1495: 4. §. 12 1723: 9. §. 6.
— nemo sine Consilio Praelatorum et Baronum damnetur. 1464: 3. 1486: 46. 1492: 13. 1495: 3.
— Judices Regni ordinarios occasione Sedis Judiciariae verberans, captivans, occidens. 1464: 19. 1492: 70. §. 4.
— salvum conductum violans. 1464: 27.
— bona Venetis vel Polonis vendens impignorans inscribens. 1486: 32 1647: 94. §. 2.
— infidelitatis reum ad castrum vel domum recipiens, sub amissione hujus eum ultra duodecim dies detinere non audebat; potuit tamen cum vel absque reo ad Regem pro salvo conductu venire. 1486: 47.
— homicidam voluntarium recipiens. Eod. 51. §. 2. 1492: 82. §. 3.
— executionem judicialem interturbans, et reprimens. 1486: 67.
— ad Judices euntes vel ab iis redeuntes turbans. 1492: 79. §. 3.
— occupationes bonorum, incendia, spolia, rapinas licet interregni tempore agens. 1492: 107.
— incurrenti nec salvus conductus, nec judicium novi suffragabatur. 1495: 3. §. 3.
— reus personaliter citatur. 1495: 3. 1715: 7. §. 2. 1723: 5.

Notam incurrebat occisor, verberator, vulnerator hominis regii, capitularis, vel conventualis in executione existentis. 1495: 9.
— Judicem exequentem necans. Eodem 16.
— arcium et castrorum amissores, et malitiosi traditores. 1495: 33. 1601: 35. 1723: 9. §. 7.
— occupator bonorum sub, vel post Mathiam, si talia usque festum S. Michaelis non restituerat. 1498: 10.
— Capitaneus Regis erga falsum rumorem gentes levans. Eodem. 19.
— tricesimatores, aurum et argentum in societate cum forensibus conniventer evehi sinentes. Eodem. 32. 1723: 9. §. 10.
— arma, victualia, cultellos, vel quaecunque ingenia Turcis vel hostibus subministrans vel vendens. 1498: 72. 1563: 67. 1601: 20. 1622: 20. 1723: 9. §. 8.
— profugos a Turcis impedientes eosque quoquomodo damnificantes. 1498: 73. 1588: 24. 1723: 9. §. 9.
— incurrebat Baro occasione necessitatis exercituare nolens. 1504: 24.
— dominus terrestris gentes pro executione brachiali non submittens. 1507: 1. §. 5.
— incurrebat Palatinus, Judex Curiae, Capitaneus Regni, gentes praeter scitum Regis alio quam ad executionem brachialem adhibens. Eod. §. 6.
— executionem brachialem facienti Comiti, Capitaneo, vel Palatino se opponentes. Eodem. §. 8. 1609: 4. §. 8. 1622: 11. §. 2.
— Civis sententiae judiciariae non parens. 1507: 1. §. 9.
— Comitia verberatione vel vulneratione turbans. 1507: 12.
— Banus alter si Confinium deserat. 1518: 21. Bách.
— infidelitatis incurrebat ad insurrectionem venire renuens, ni senex vel infirmus alium substituerit. 1523: 41.
— Matricidae, uxoricidae, infanticidae, Polygami. 1525: 6.
— de nota suspecti si citati pro decimo die ad sui purgationem non comparuerint. 1528: 4. 1622: 20. §. 3.
— Capitaneus, de incusato milite satisfacere nolens. 1536: 4.
— ex subsidio Majestati debito aliquid sibi retinens. 1536: 29.
— conjurati etiamsi in mutuam defensionem conjuraverint. 1536: 40.
— bona et decimas per Regem non collatas post mortem Ludovici Regis occupans, et non reddens. 1542: 1. et 3. D. Nov.
— donationes et occupationes illegitimas per judicem abjudicatos reddere nolens. 1542: 12. §. 1. D. Nov.
— bona restituta reoccupans. 1542: 20. D. Nov. 1545: 3.
— Nobilis in expeditione penes Regem militare nolens. 1545: 5. 1557: 2. §. 3.
— Judicem Nobilium in causa colonorum migrare volentium procedentem occidens. 1547: 32.
— Nobilis e castris sine scitu Capitanei fugiens. 1552: 9. 1557: 2. §. 3.
— bona in Hungaria et Transilvania occupata non restituens. 1552: 16.
— infidelitatis judicat Rex. 1559: 43. 1715: 7. §. 4.
— infidelitatis incurrebat bona injuste impetrans, et non obstante contradictione illa retinens. 1563: 44.
— occisor querulantis in Comitiis, de violenta bonorum occupatione. 1563: 76. 1647: 114.
— Capitaneus, Rascianos aliosque plagiarios protegens. 1567: 39.

Notam incurrit violentiam in Comitiis patrans. 1567: 39.
— incurrisse declaratur Debreczenyi Georgius Vice-Tavernicus Consiliariorum Calumniator. 1588: 48.
— hajdones liberos servans. 1595: 31. 1598: 29. 1602: 19. 1603: 11. 1604: 12. 1613: 22.
— infidelitatis antea iudicabat Palatinus cum Tabula Regia. 1622: 20. §. 2.
— infidelitatis incurrebant cum hostibus clam tractantes, legatos ad eos mittentes, et ab iis recipientes, hostem contra Regnum evocantes, vel concitantes. 1622: 20. 1625: 12. 1723: 9. §. 2.
— incurrerant, qui post fata Bethlenii de septem Comitatuum Turcis traditione consilia agitare praesumserunt. 1622: 29. §. 11. 1647: 20. §. 10.
— incurrit Ztrúcz Franciscus Capitaneus Vacziensis arcem Turcis tradens. 1622: 73.
— incurrentis etiam fundos civiles rex occupat, qui collati, jure civili possidebuntur. 1647: 87. 1649: 16.
— incurrit cum perduellibus commercium, et correspondentiam habens. 1687: 5.
— judicabat Rex juxta leges Regni, cum Consiliariis hungaris sive extra seu intra Regnum judicaverit. 1687: 6. 1715: 7. §. 4.
— si Rex judicare nollet, in Regno delegat Judices, verum sententia ante executionem regi substernatur. 1715: 7. §. 4.
— committenti rustico, vel ignobili in omnibus succedit Dominus terrestis. 1715: 62.
— infidelitatis convicto Nobili vel libertino fundum rusticanum colenti, praeter fundum in omnibus Fiscus R. succedit. Eodem.
— infidelitatis casus actu persistentes recensentur. 1723: 9.
— infidelitatis hodie judicat Tabula regia. 1790: 56.
Notarii publici non valeant procurare inter duos Laicos in judicio seculari, sed solum spirituali. 1405. I. 3.
— contra publicos, nobiles aut Ecclesiastici inquirere non possint. Eodem.
— Comitatus dicam exigens in minoribus Comitatibus unum, in majoribus duos florenos salarii e dica accipiat. 1550: 31. 1567: 10.
— Comitatus in dicatione anni 1596. gratis serviat. 1596: 5. §. 7.
— Com. subsidium duorum florenorum a singula domo colonicali solvat. 1599: 15.
— inducatur per Jesuitas ad Conventum Thurócz pro expeditionibus literarum. 1599: 35. §. 2.
— Com. contentus salario ex dica nihil usurpet. 1609: 62. §. 3. 1622: 37.
— Capituli Episcopus Jaurinensis non dirigat. 1647: 102. §. 4.
— Capituli vel Conventus, bona impetrare non possit. 1655: 32.
— unus sine voto datur Tabulae Districtuali. 1723: 30 §. 5.
— Districtualem nominat Rex. 1723: 31. §. 14.
— Capituli vel Conventus Juramentum deponat. 1723: 39. et 44.
— Capituli et Conventus Relationas omnes ac expeditiones improtocollet. 1723: 39. §. 8.
— idoneum habeat Abbas in conventu pro expeditionibus faciendis. 1723: 44. §. 2.
— Capituli acta pro expeditionibus domum ferre possit. 1741: 25.
— aptum habeat Conventus Szalavár. 1751: 8.
— locorum pascuum mediae sessionis competit. 1836: 6. §. 3.
— loci per Communitates erga Dominii confirmationem libere conducatur. 1836: 9. §. 1.
— loci pro ratione demeritorum etiam ante contractualis temporis evolutionem, per Communitatem, cum praescitu Dominii e servitio dimitti potest. Eodem.

Notarius loci cum Judice ac Primoribus consulta prius communitate, cunctarum annuarum expensarum praeliminarem conspectum elaborabit, et qua modalitate illae depurari possint, Dominio pro approbatione proponet. 1836: 9. §. 4.
— protestationem cambiariam interponens ad locum acceptationis vel praesentationis personaliter concedere debet et in causam denegatae acceptationis aut solutionis indagabit, si debitorem domi non reperiret, super ubicatione illius domesticos interrogabit, et eorum responsum praenotabit, si vero domicilium debitoris inveniri nequiret, hoc etiam instrumento protestatorio inducet. 1840: 15. I. §. 128. 129. 130.
— in cambiales denominantur advocati cambiales, qui causas cambiales per tres annos egerunt. 1840: 15. II. §. 221.
— cambialis cujusvis sigillum perigraphe nominis, et officii insignitum, quo protestationes cambiarias munire debebit, literis facultatoriis inseretur. Eodem. §. 222.
— cambiales pro expeditione literarum facultativarum Tribunali Cambiali solvent quinque florenos. 1840: 15. II. 16. §. 1. ad 12.
— cambiarii protocollo authentico provideantur, quod omni trimestri Tribunali Cambiali exhibere tenentur. 1844: 6. §. 4.
— cambiarius in protestatione aliquid intermittens, causatum damnum refundere obligatur, secus officium amittet. 1844: 6. §. 5.
— loci praestandas per colonos operas publicas, cum initio anni, contributionis libro cujusvis coloni inseret, et de praestitis per contribuentes laboribus rationes reddere et protocollum ducere debet, et cum fine mensis insumptos decursu evoluti mensis dies libello singuli contribuentis inserere obligatur. 1844: 9. §. 37.

Notre-Dame dictae moniales Posonii introductae pro articulariter receptis declarantur. 1765: 43.

Nova-Brezova pagus per Moravos aedificari coeptus per Commissionem limitaneam revideatur. 1618: 12.

Novák Chrysostomus Archi-Abbas Montis Pannoniae commembrum deputationis literariae nominantur. 1790: 67.

Noverca justitiae est Judicis praecipitantia inferenda sententia. Prolog. 14. §. 4.
— violans antea infidelitatis notae reus fiebat. I: 14. §. 6.
— hodie caput amittit. 1723: 11. §. 4.

Novi in, stabilitur Tricesima capitalis. 1715: 91.

Novigrad arcis Com. Zagrabiensis subditorum Erdődyanorum Passavianorum seditio per Banum supprimatur. 1655: 76.

Novigradecz in, stabilitur Tricesima filialis ad Carolostadiensem in Croatia 1715: 91.

Novisari possunt causae cambiales: 1) si convictio ob terminum comparitionalem citra neglectum secuta est, 2) si nova documenta adreperiantur, quorum in priori processu usus factus non fuit. 1840: 15. II. §. 194.
— non potest pars, quae in casum convictionis adversus praecedentes suos regressum haberet, si jus regressus lapsu temporis evanuit, aut ob brevitatem temporis usus illius fieri non posset. Eodem. §. 197.
— intendens pars recursum Tribunali Cambiali praesentabit, quod praefixo termino partes exaudiet, et super admittendo, vel denegando beneficio novi, deciso mediante deliberabit. Negativum ejusdem decisum, ad Forum appellatorium deduci poterit; si vero novum admisit, Processus novisatus, juxta ordinariam proceduram judiciariam pertractabitur. Eodem. §. 198.

Novisatio causarum cambialium, si convictio ob terminum comparitionalem citra culpam negle-

ctum secuta est, intra quindenam institui debet. 1840: 15. II. §. 195.
Novisatio causarum cambialium novis documentis fulciendarum intra tempus praescriptionis, intra duos quippe annos tantum locum habet. Eodem. §. 196.
— causae cambiales, executionem ad solutionem non impedit. Eodem. §. 199.
— dupplex coram Tribunalibus cambialibus locum non habet. Eodem. §. 200.
— causae concursualis locum non habet. 1840: 22. §. 119.
Novitates et nocivae consvetudines introductae aboleantur. 1439: 4. 1490: §. 2. 1492: 1. §. 1.
Novum Judicium a Principe impetratur. II: 77. §. 1.
— Judicii gratiam donec is, qui in processu stetit, vivit, nemo alter impetrare potest. II: 78. §. 1.
— Judicium tantum post executionem locum habere potest, excepto casu, ubi pars convicta ob non venientiam convinceretur. 1492: 51.
— judicii causae in primis octavis judicentur. Eod. 52.
— Judicium qui cum inhibitione impetrat, et partem adversam ab executione prohibet in poena calumniae convincatur. 1504: 11.
— Judicium in causa depositionis Juramenti impetrans si justam et rationabilem causam suae impetrationis assignare, et se a juramenti depositione in judicio praeservare non poterit, in amissione juramenti, adeoque poena exinde sequenti ipso facto convincatnr. 1518: 29. Bách.
— Judicium ad primae Instantiae Judicem, vel eo demortuo ad ejus successores extradetur. 1655: 53. §. 8. 1659: 126.
— judicii regressus conceditur, Evictores suos ob certa impedimenta contra actorem evocare non valentibus. 1659: 45.
— Judicio in causis metalibus post executionem uti liceat. 1659: 45.
— Judicium cum gratia, etiam in causis articularibus conceditur. 1662: 31.
— Judicium simplex penes novam actionem sine mandato locum habet. 1723: 33.
— Judicium cum gratia nonnisi penes mandatum locum habet. Eodem.
Nugent Comiti Laval indigenatus confertur. 1827: 41. §. 5.
Numi bohemici *Babkones* terni pro uno crucifero acceptentur. 1548: 51.
— hungaricus viennenses tres valet. 1550: 48.
— duos a manipulis singulis Exactores decimarum sub poena dupli et violentiae exigere non audeat. 1574: 23.
— hungaricos decem de propria bursa a porta pro laeso milite solvat nobilis. 1596: 30.
— rariores, arma familiarum, mappas, icones, manuscripta et bibliothecam Musaeo nationali donat Comes Franciscus Széchenyi. 1807: 24.
Nundinas confert Rex. II: 9.
— privilegium absque praejudicio tertii, quod vel ratione temporis vel ratione loci esse potest conceditur. II: 10.
— statui debent. II: 12.
— dominicis et festis diebus B. M. Virginis non celebrentur, exceptis bonis A.-Episcopi Colocensis, et Episcopi Vaciensis. 1464: 25.
— armatus ingrediens arma amittat, et si nobilis una marca g. p. si ignobilis cyppo biduano absque esca, et potu plectatur. 1486. 66.
— Civitatum nobilibus liberae sint. 1647: 78. §. 12. 1649: 19. 1715: 36. §. 2.
— occasione commendantes, aut schultesii nihil exigant sub poena refusionis. 1741: 30.
— ad anniversarias proficiscentes, cespitem vel sata pedes, equitando, curru, vel pecora pellendo conculcant, vel conculcari permittunt, tandiu, persecutioni subjici possunt, donec non capiantur et pignus dent: et causata damna bonificaverint. 1840: 9. §. 23.
Nundinas ad intraregnanas ab una usque octo dies durantes, cambiales prima nundinarum die praesentari debent. 1840: 15. §. 57.
— in, ultra octo dies durantibus, cambiales prima nundinarum septimana usque diem Sabbati inclusive praesentari possunt. Eodem.
— in, una solum die durantibus, exsolvendae Cambiales praesentari non debent. 1840: §. 1.
— ad anniversarias editae cambiales in nundinis unius diei, eadem nundinarum die solvi dent, si vero nundinae ab una usque octo dies perdurent, terminus solutionis usque ultimum nundinarum diem, si nundinae ultra octo dies durent, altera nundinarum hebdomada usque diem Mercurii decurrit. 1840: 15. I. §. 97.
Nundinales literae in Cancellaria majori redimantur florenis duodecim. 1609: 73. §. 12.
— Judicium in civitatibus ex praeside, quatuor senatoribus et actuario constat, et nonnisi tempore nundinarum anniversariarum et hebdomadalium procedit. 1836: 18.
— ad judicium pertinent debita ex negotiationibus quaestualibus provenientia, et pro specifice designatis nundinis obligata. 1836: 18. §. 1.
— ad judicium spectant quaevis quaestus objecta sub ipsis nundinis accordata vel subarthata, aut quorum admodiatio ad nundinas stipulata fuit, et in nundinis praesto sunt. Eodem. §. 2.
— Judicium relate ad merces erga stipulatam instantaneam pretii persolutionem emtas, et per emtorem effective receptas ad pretii numerationem, vel mercium restitutionem procedet. 1836: 18. §. 4.
— Judicium emtionum et venditionum ex vi, dolo, fraude et errore interventarum rescissionem, et si merces adhuc in natura praesto sunt, pretii soluti renumerationem procurabit. Eodem. §. 5.
— Judicium ad procurandam praetensionum securitatem, et praecavendas defraudationes, duos senatores cum adjungendo Cancellista, duos item mercatores aut alios artis peritos pro sequestro, oculata et aestimatione mercium litigiosarum exmittet. Eodem. §. 6.
— Judicium pro ratione adjunctorum personae querulatae vigilias adjungere, vel Commissarium denominare potest, qui pecunias ex distrahendis mercibus intraturas tantisper in custodiam recipiat. Eodem. §. 7.
— judicii pro dispositionibus provisoriis necessarias expensas actor anticipare, et succumbens ferre debet. Eodem. §. 8.
— Judicium, etiam erga verbalem querulantis expositionem, si periculum sit in mora, festis quoque diebus et dominicis horis pomeridianis querulatum citare, et si sponte non compareat, mediis etiam coactivis ad comparendum stringere potest. Eodem. §. 9.
— coram judicio partes in persona vel medio commissionatorum comparere tenentur. Eodem. §. 10.
— coram judicio verbalis discussio locum habet in protocollum summenda, ac postea partium declarationes, testiumque fassiones iisdem recapitulandae; et lingua ipsis nota explanandae erunt, demum sententia feretur et publicabitur. Eodem. §. 11.
— judicii penes protocollum producta partium documenta originalia tamdiu asservabuntur, donec his judicialiter vidimanda paria expensis partium substituantur. Eodem. §. 12.
— judicii sententiarum executiones tantum in mobilibus facultatibus succumbentium in loco, per subhastationem sub ipsis nundinis in instanti peragentur. Eodem. §. 13.
— judicio nobiles quaestum aut opificium exercentes suberunt. Eodem. §. 14.
— Judicium in adjudicatione vinculi, etiamsi illud contractui ad nundinas stipulato adjectum habetur, procedere nequit. Eodem. §. 15.

Nundinale Judicium de mercibus emtis quidem, sed ante earum resignationem per venditorem alteri venditis, et huic posteriori emtori effective traditis judicare nequit, verum partes ad suam competentiam inviabit. Eodem. §. 16.
— objecta in locis non privilegiatis sub ipsis nundinis terrestrale Dominium in concursu Judicis Nobilium, et Jurassoris decidet. 1836: 18. §. 18.
— judicii a sententia appellata non competit. Eodem §. 19.
— judicii deciso non contenta pars, ordinariam juris viam ingredi potest. Eodem §. 19.
— judicii protocolla terminatis nundinis ad respectiva Archiva reponentur. Eodem §. 20.
Nundinalis judicii decisa concernentibus partibus in fidedignis paribus extradanda erunt. 1836: 18. §. 20.
Nuncii regii olim fures per villas exquirebant. S. Lad. III: 1.
— Archi-Diaconi vel Comitis maleficia judicabant. Colom. I: 60.
— ad Apostolicum vel Papam, neglecto suo dioecesano nullae causae, nisi via appellatae, sub poena deduci possint. 1492: 45.
— ad Ursi facti recursus, ad ordinarios Judices reducantur. 1595: 10. §. 4.
Nucum collectio a dispositione domini terrestris pendet. 1836: 6. §. 4.
Nyakas Petrus Vice-Comes Comitatus de Zabolch Commissarius limitum Regni circa Transilvaniam. 1681: 23.
Nyaláb arx reaedificetur. 1681: 6.
Nyáry de Bedegh Bernardus Commissarius pro abolendis teloniis siccis in partibus Ultra-Tibiscanis. 1647: 91.
— Christinae querela ratione detentionis filiarum suarum per Elisabetham Czobor. 1625: 63.
— Franciscus ut rebellis tractetur, nisi a tyrannide desierit. 1542: 37. §. 4. D. Pos. Orator ad R. Majestatem pro adprobatione constitutionum Novi Zoliensium 1543. princ. in Resp. Regis.
— familia absolutionem sui per Commissionem neoacquisticam exhibeat, et sic ad possessionem bonorum redeat. 1715: 10. §. 10.
— C. Josephus Commissarius limitum versus Moraviam. 1751: 26. 1765: 16.
— Ludovicus Commissarius limitum circa Moraviam. 1635: 55. 1649: 27. Controversia ipsius cum Civitate Szakolczensi, ratione Certae domus, per D. Palatinum decidatur. 1649: 58.
— Paulus subscripsit conditiones pacis Turcicae. 1606.
— Sigismundi, et cointeressatorum intuitu praetensionis confiscatorum bonorum Scsavnyk, Rex reflexionem habeat. 1715: 65. 1723: 81.
— Sigismundus in possessione oppidi Hranovicza perseveret. 1715: 66.
— Stephanus Magister Junitorum Commissarius limitum circa Poloniam 1635: 34. et Concl. Ac circa Transilvaniam. 1638: 41. et Concl. 1649: 72.
Nyereghgyártó Andreae Judicis Civitatis Cassoviensis excessus cum complicibus Senatoribus ad Instantiam Fisci R. per D. Palatinum peremtorie puniantur. 1647: 82.
Nyir-Adony villa subsit judicatui Comitatus. 1609: 37. declinationi jurisdictionis Comitatus modus statuitur. 1638: 67. Oppidum Comitatus Szabolch taxetur. 1647: 30.
— Bator oppidani restituant fugitivos colonos. 1613: 36. 1618: 48. Eorum excessibus in recipiendis fugitivis colonis modus statuitur. 1638: 67. Per Comitatum taxetur. 1647: 30.
— Egyháza oppidum restituat fugitivos colonos. 1618: 48. Praetensive Hajdonicale ad statum colonicalem redigitur. 1635: 68. Ejus excessibus in recipiendis fugitivis colonis modus statuitur. 1638: 67. Taxetur. 1647: 30.
Nyulas in possessione Curiam Nobilitarem Civitas Bruck emere possit. 1556: 44. Eadem illius intuitu ad Hungariam onera ferat. 1715: 72.

O.

Obedientia potius Deo quam hominibus exhibenda est. I: 53.
— Regi ab omnibus praestanda. 1548: 14.
Obequitatores salis officii, nonnisi praesente Judice Nobilium, domos visitare possint. 1715: 13. §. 4.
— excedentes quomodo coercendi. 1729: 6.
Obicz Ferdinandus indigenatum consequitur. 1687: 28. §. 32.
Objecta nonnulla ad futura Regni Comitia relegantur. 1566: 28.
— Synodus Protestantium Regi praevie substernantur. 1790: 26 §. 4.
— singularum deputationum regnicolarium enumerantur. 1790: 67.
Oblato publico se se opponentes, et exactionem de bonis suis fieri non permittentes, quomodo plectendi. 1599: 13.
— ad Academiam milit. Ludoviceam inarticulantur. 1808: 7. §. 18. 1812: 2. 1836: 39.
— pro Musaeo Nationali facta inarticulantur. 1836. 38.
— liberum *vide Subsidium.*
Obligatio bonorum non excludit proprietatem. I. 27.
— causae sunt brevis termini. II: 18. §. 3.
— prout quis se obligavit, ita jus et justitiam recipiat. 1486: 17. 1492: 38. 1635: 90.
— causae in primis octavis revidebantur. 1492: 38.
— exteris contra libertates Regni datae, nullius sint roboris, nec a Rege concedantur. 1526: 25.
— Promissiones, Inscriptiones violenter extortae irritae sunt. 1536: 59.
— ad impossibilia nulla est. 1545: 50. §. 2.
— tenori semet et Judices, et Actores conformare tenentur. 1723: 31. §. 8.
— originali in loco authentico depositae si solutio insinuata, ea sub refusione damnorum inscribatur. 1723: 42. §. 7.
— antiquae post triginta duos annos praescriptionem incurrunt. 1729: 37. §. 3.
— Locorum credibilium. 1764: 11.
— pupillorum et minorennium, judicio cambiali se se subjicientium vigore careant. 1792: 17. §. 1.
— de se det a 1-a Januarii 1809. ad Academiam milit. Lud. summam aliquam offerens, et obligatio haec ut intabulata praerogativam habeat ante omnes creditores seniores. 1808: 7. §. 16.
— haec in archivo regnicolari conserventur. Eodem §. 19.
Obligatoriales status in securitatem debiti cambiarii in sortem pignoris obtentas, evoluto pignoris termino Creditor juxta cursum Viennensem vendere potest, superantem tamen summam proprietario extradare obligatur. 1840: 15. I. 1. §. 197. II. §. 73.
— extabulandae si deperdantur, si intra praefixum via Consilii Locumtenentialis R. unius anni terminum, nemo quis eatenus praetensionem formaverit, per concernentem Jurisdictionem amortisandae, et extabulandae erunt. 1840: 21. §. 22.
— intuitu intabulatarum falsarum, aut jam exsolutarum, si quis via processus judicialiter absolutus fuisset, penes Judicii sententiam absolutoriam extabulatio illarum institui poterit. Eodem.

Obsessores viarum publicarum cum spoliatione pro rei gravitate aresto, vinculis, vel morte puniantur. 1808: 11. §. 11.
Vide Praedo, Latro.

Obsidem filium non emancipatum, pater pro se dare potest. I: 51. §. 8.
— L. R. Civitatis Nagy-Bányensis praejudiciose detenti dimittantur. 1681: 57.

Obuchovszky Joannes fit indigena. 1659: 133. §. 19.

Ó-Buda oppidi gratuiti labores deputantur ad Vácz. 1608: 15. p. Cor. 1609: 61. 1613: 8.
Vide: Buda, Vetus Buda.

Obuli quorum duo integrum denarium valeant, cudantur. 1439: 10. 1523: 58.
— novi cudantur, quorum quadringenti unum florenum valeant. 1458: 12.

Occisor conquerentium iu Diaeta, Judicis, Baronis, Comitis, Consiliarii, Hominis regii, capitularis, vel conventualis, Directoris vel Vice-Directoris Causarum R. Praelati, Magnatis, Ablegati, Judicis Regni ordinarii olim notae infidelitatis reus fiebat. I: 14.
— nobilium sine procrastinatione evocatur ad judicium Personalis ubicunque intra ambitum Regni fuerit. 1462: 1. §. 4.
— Consanguinei inter quartum gradum notam infidelitatis in currebant. 1462: 2. §. 5. 1495: 4. §. 5.
— occisor Judicis Regni ordinarii notam incurrebat. 1462: 1. §. 10. 1464: 19. 1492: 70. §. 4. 1495: 4. §. 10. 1546: 31.
— adversarii in loco Judiciorum publicorum vel palatinalium, olim notae infidelitatis reus fiebat. 1462: 2. §. 12.
— Nobilis ultra tres octavas prorogatione non gaudeat. 1464: 7.
— penes evocatorias in Comitatu prius perlectas evocabatur, non juramento sed communi inquisitione vel duello innocentiam suam non probans caput amittebat. 1471: 28.
— Nobilium absente Rege judicet Personalis. 1474: 12.
— Archi-Diaconis, Vice-Archi-Diaconis et Parochis funeralia occisorum solvebant. 1492: 29.
— ad judicia proficiscentis notam incurrit. 1492: 79. §. 3. 1495: 4. §. 11.
— casualis cum propinquis occisi accordare poterat. 1492: 82. §. 4.
— hominis Regii vel capitularis notam incurrit. 1495: 9. 1546: 31.
— Judicis exequentis notam infidelitatis incurrebat. 1495: 16.
— Nobilium extra octavas per Regem judicari possint. 1498: 8.
— Nobilium personaliter evocetur. 1498: 8. §. 4.
— Nobilium, sententiae capitalis rei, etiam bona amittebant. Eodem §. 5.
— Nobilis, si Capitaneus, Centurio, vel Decurio fuerit? morte absque gratia puniatur. 1514: 14. et 39.
— Vice-Comitis, vel Judicis Nobilium in causa colonorum migrare volentium procedentis notam incurrebat. 1547: 32.
— mediatus vel immediatus in loco diaetali in poena mortis cum exasperatione per Tabulam R. convincitur. 1723: 7. §. 9.
— Nobilis antea notae infidelitatis reus, nunc actum majoris potentiae incurrit. 1723: 10. §. 1.
— si ecclesiasticus vel femina fuerit, non capitis, sed emendae capitis notam incurrit. Eodem §. 7.
— consanguinei intra quartum gradum juxta vicinitatem gradus, adversarii in loco judiciorum publicorum vel Palatinalium; Judicis, Baronis, Comitis, Consiliarii, hominis Regii, capitularis, vel conventualis, Causarum R. Directoris vel Vice-Directoris; Magnatis, Praelati; Judicis exequentis, Vice-Comitis vel Judicis Nobilium in causa colonorum migrare volentium procedentis; Judicis Regni ordinarii, poena capitali cum exasperatione plectitur. 1723: 11.

Occisor conquerentium in diaeta hodie actum majoris potentiae incurrit. 1723: 10. §. 5. — Et caput amittit. 1723: 11. §. 6.

Occultatas cridatarii facultates massae curator ad se recipiet, et occultans qua fautor punietur. 1840: 22. §. 33.

Occupatio bonorum est actus majoris potentiae, in quo penes praeceptorias regales facta per Comites vel Judices Nobilium inquisitione justis Dominis occupata restituuntur. 1435. II: 4. 1439: 29.
— post haec causa per Magistratum comitatensem vel Regem finaliter decidatur, ni partes accordaverint. 1435. II: 5.
— pro literis in locis authenticis solvantur denarii decem. Eodem 10. §. 12.
— tempore electionis Mathiae factae restituantur, secus occupatores evocentur. 1462: 1. §. 15.
— rerum in nota convictorum si facta, capitulum et decimam partem earum, et pro redemtione literarum denarios centum accipit. 1486: 74. §. 13. 1492: 95. §. 13.
— in Slavonia ita tractentur sicut in Hungaria. 1492: 10. Reg. Slav.
— bonorum sub vel post Mathiam factae, sub nota infidelitatis usque festum S. Michaelis restituantur. 1498: 10. 1500: 20.
— bonorum brevi lite extra seriem vindicantur. 1504: 6. 1514: 69. 1588: 29. §. 1.
— usque decem jugera terrae Vice-Comes judicabat. 1504: 8.
— bonorum, durante expeditione per tales, qui ad hanc non iverunt factae, statim in brevibus brevium evocatione duntaxat juxta distantiam loci, et non ad 32-dum diem facta judicentur. 1522: 55.
— bonorum ecclesiasticorum intra decennium factas judicet Locumtenens Regius. 1537: 24.
— abalienatas terras, prata, piscinas et alia Vice-Comites, rescita a vicinis veritate, damnificatis restituant, si restitutioni occupatores se opponere auderent, Capitanei contra eos ut infideles procedant. 1542: 4. D. Pos.
— e novis Vice-Comites occupatores intra annum ejiciant, sub amissione officii. Eodem §. 5.
— bonorum Locumtenens extra terminos judicet. 1545: 35.
— bonorum praecaveantur. 1547: 12.
— bonorum etiam tempore belli judicentur. 1552: 26. 1596: 38. §. 4.
— bonorum judicabat Palatinus. 1555: 2. §. 7.
— bonorum, interceptiones castrorum judicet Comitatus, sed ultra centum florenorum poenam dictare nequeat. 1563: 48.
— bonorum judicet Sedria Comitatus. 1588: 29.
— bonorum, etiam tempore belli factas, judicet Sedria Comitatus. 1595: 36.
— bonorum per Nobiles Comitatus Simegiensis et Capitaneos factae judicentur in Comitatu Szaladiensi, cum in Comitatu Simegiensi nulla judicia celebrentur. 1596: 41.
— usque annum 1592. factae, quaenam manere, et quae non debeant? 1608: 3. p. Cor.

Occupator bonorum violentus intra annum a legitimo possessore vi ejici potest. I: 68. III: 22. §. 2. 3.
— elapso anno ab indebita occupatione, vel usurpatione brevi lite convenitur. I: 68.
— in sententia capitali convincatur, si actor jure successionario bona occupata possedit. I: 68. 1538: 17.
— terrarum violentus tantumdem de propria terra perdat et insuper decem pensas solvat. Colom. I: 32.
— ultra tertiam octavam prorogatione non gaudeat. 1464: 7.

Occupator bonorum post obitum Alberti, nisi ea ad admonitionem loci credibilis restituerit, evocetur. 1464: 12.
— injustus bona occupata restituat. 1471: 23.
— injustus brevi evocatione evocetur. 1478: 8.
— incurrunt actum Majoris potentiae. 1486: 15. 1500: 20. 1723: 10.
— spoliatores bonorum post mortem Mathiae Regis tempore Interregni, poenae perpetuae infidelitatis subjaceant, et nec quidem Rex cum Consilio Praelatorum, et Baronum, nec totum Regnum talibus malefactoribus gratiam faciendi habeat facultatem, sed jugo perpetuae servitutis subjecti, reatus sui poenam lugeant sine fine. 1492: 107. 1498: 10.
— bonorum sub Mathia Rege, eadem cum fructibus sub actu potentiario restiuant; et si quid juris ad ea se habere praetendant, illud extra Dominium quaerant. 1495: 1. 1622: 6. 1647: 23. 1802: 22.
— violentus in aestimatione jurium possessionariorum et illatis damnis convincatur. 1495: 11.
— violentus bonorum, post mortem Ludovici II. occupatorum, pro decimo quinto die evocetur, et nulla prorogatione, inhibitione, vel contradictione opitulante executio fiat. 1536: 9. 10. 11.
— bonorum restitutorum notam incurrebant. 1542: 20. D. Nov. 1563: 43. 1588. 29.
— bona post mortem Ludovici II. occupata, non obstante quavis donatione, vel contradictione sub nota infidelitatis reddant. 1542: 4. D. Pos. 1588: 29.
— bonorum violentus intra annum a Comitibus, vel Judicibus Nobilium via facti ejiciatur. 1542: 5. D. Pos.
— violentus bona restituat, et restituere nolens actione violentiali etiam in compensatione damnorum convincatur. 1542: 5. D. Pos. 1802: 22.
— bona restituere nolentes, penes literas Universitatis per Capitaneum cum gentibus cogantur. 1542: 5. D. Pos. 1563: 43. 1588: 29.
— bona restituere nolentes si servitores Nobiles habuerint, hi ab illis avocentur, et si abire noluerint, bona eorum confiscentur, et in persona puniantur. 1543: 6.
— decimarum Capitaneus puniat. 1543: 28.
— violentus etiam post statutionem per Capitaneum ejiciatur, et bona dominis restituantur. 1543: 35. 1802: 22.
— bonorum juxta leges puniantur, et bona iis adimantur. 1548: 16.
— bona occupata reddere nolentes etiam in adnexis Regnis notam incurrebant, et per Capitaneos, Vajvodas, et Banos executio fiebat. 1552: 16. 1563: 44.
— bonorum etiam fructus perceptos juxta depositum juramentum refundet. 1563: 48. 1588: 29. 1609: 29. §. 8. 1613: 20. §. 9. 1662: 29. §. 1.
— et coenam non accipientes villici, circa decimam occupati decimatoribus nihil solvant. 1481: 7.
Prandorfe possessionis metae revideantur. 1556: 45.
Praschóczi Stephanus censor rationum Emerici Bradách. 1538: 25.
Prata et agros civitas Szakolczensis ob limites Regni alienare non audeat. 1548: 68.

Prata depascere Capitaneus, Vice-Capitaneus, Officialis aut miles confinialis non audeat. 1609: 56. 1647: 43. 1655: 57. 1659: 98. 1681: 73.
— cum festo S. Georgii uti moris fuit, per Judicem Nobilium, et Jurassorem aestimabantur. 1625: 58.
— in exstirpatis silvis, citra recognitionem domini sibi vendicantes lapicidae, carbonarii, metallicidae commissioni subjiciuntur. 1662: 44.
— colonicalium in defectu, singulum falcastrum uno jugero agrorum compensetur. 1836: 5. §. 2.
— in vicem assignatis ab agris, nona non competit. 1836: 7. §. 2.
— in redintegrationem agrorum sessionalium data, etiamsi per Colonos non subarentur, sed tamquam falcastra usuentur, exactioni nonae subjacent 1836: 7. §. 2.
— damna inferentes in refusione damnorum et expensarum convincantur. 1840: 7. §. 1. 2.
Prechinszki Raphaelem et Nicolaum Nobiles inter, ac Moravos, metas controversas Commissarii revideant. 1578: 18.
Preiner Mathias Censor Rationum, de restantiis contributionalibus. 1681: 16.
— in Stübing Sigefriedus Christophorus B. infer. Austriae Camerae Praesidens subscripsit pacificationem Viennensem. 1606.
Preli libertatis systema elaboret deputatio. 1791: 15.
Prellenkirchen in, Austriae, stabilitur Tricesima capitalis cum filiali in Köpchén. 1715: 91.
Predmir in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 8.
Prény Agneti, Nicolai Eszterházy viduae, intuitu moravici castri Veszele via juris admittitur. 1659: 113.
— Franciscus pro conducendo milite, in partibus superioribus candidatur. 1604: 2.
— Franciscum contra secundum, tutorem pupillae C. Agnetis Perény ob abalienatum castrum Veszele in Moravia, pupilla jus suum prosequi valeat. 1659: 113.
— Gabriel junior ex linea sexus feminei familiae Kun descendens ratam portionem acquirit. 1659: 117.
— Joannes Commissarius limitum versus Transilvaniam. 1681: 23.
— Paulus Commissarius limitum versus Transilvaniam. 1687: 15.
— Petrus ut e carceribus dimittatur, Rex interpellatur. 1545: 55.
— Sophiae haeredum negotium cum Dobone per accordam sopitum est. 1606: 12.
Vide: Perén.
Presbyterum et liberos ejus provideat Episcopus. S. Steph. II: 34.
— et Diaconi bigami separabantur et peracta poenitentia revertebantur ad ordinem suum, renitentes degradabantur, et uxores eorum ut illegitimae, parentibus restitutae nubere poterant. S. Ladisl. I: 1.
— ancillam loco uxoris habens, eam vendere jubetur, si noluerit, vendebatur illa et pretium Episcopo tradebatur. Eod. 2.
— Protogami, cum uxoribus legitimis maneant; scilicet ritu graeco. Eodem. 3.
— si iucuria ejus res ecclesiae periit, triplum solvebat. S. Ladisl. I: 6.
— in festo venans ordine descendat, donec satisfecisset. Eod. 12.
— de ferro candenti unam, et de aqua bullienti unam pensam accipiat. Eod. 28. §. 1.
— extra Ecclesiam non celebrent. Eod. 29.
— servum ecclesiae, qui ut fur ad eam confugiendo, servus ejus factus est, si manumiserat, ipse serviebat Ecclesiae; et manumissus ad exteras oras vendebatur, et rediens oculis privabatur. S. Ladisl. III: 4.
— solvit decimam Ecclesiae, in cujus territorio terras habet. Colom. I: 66.
Presbytero parochiani, ecclesiae servi tres denarios solvant. Colom. II: 5.
— conjugatus altari servire non sinatur, nisi uxor consentiens continentiam voverit, cui providere debebit. Eodem. 10.
— altari servienti concubina auferebatur, ipse vero peracta poenitentia ecclesiae reddebatur. Eod. 12.
— ab ecclesia longius non recedat: si fecerit decem pensas persolvat, et redeat. Eod. 12.
— rusticorum concitator, puellae, vel mulieris violator etiam per famulos detineri, et Praelato consignari poterat, et carceri perpetuo mancipabatur. 1514: 48.
— res, equos, arma nobilium contra rusticos amissa sub poena excommunicationis reddi procurent, nec auferentes prius absolvant. 1514: 51. §. 5.
— beneficiatus si arma et pixidem deferebat, per Vice-Archi-Diaconum et Praelatum carceri mancipabatur. Eod. 60.
— ad Synodum dioecesanam comparere teneatur, et impedientem eum Rex puniat. 1559: 41.
— quinque in defectu monachorum alat Praepositus Lelesziensis pro legali testimonio. 1559: 49.
— Graeci Ritus non unitorum filii ad statum colonicalem non redigantur. 1723: 69.
— G. r. n. uniti fundum colonicalem excolentes juxta contractum domino omnia praestent. Eod.
— eorum filii omnia onera communia ferant. Eod. §. 1.
Presing Volfgangus Honorius in indigenam cooptatur. 1659: 133. §. 6.
Preszka in, stabilitur filialis Tricesima ad Varasdinensem. 1715: 91.
Pretia victualium ante adventum exercitus, Comitatus ratione fertilitatis limitent. 1435. I: 8.
— aridorum et liquidorum, manente ubique eadem mensura, pro ratione locorum et raritatis variare potest. 1504: 17.
— bonorum per rebelles possessorum, et sub hasta venditorum necessitatibus publicis applicetur. 1542: 6. D. Nov.
— salis pristinum ut restituatur, supplicant SS. OO. 1604: 16.
— exarendatarum decimarum non augeatur. 1647: 95. §. 1.
— dirutarum pro arce Comaromiensi domorum solvatur. 1655: 91. 1659: 81. 1662: 39.
— lapidum molarium Commissio defigat. 1715: 90.
— salis per Regnum publicetur. 1741: 34.
— salis nonnisi in Comitiis elevari possit, excipe casum necessitatis. 1791: 20.
— salis in undecim cruciferis auctum, augmentum in praestitutos fines erogetur. 1792: 14.
— salis unius centenarii in uno floreno et sex cruciferis, ob necessitates publicas elevatur. 1802: 3.
Pribék Antonius ad Deputationem de institutis correctoriis ordinatam exmittitur. 1840: 5.
— Antonius ad Deputationem intuitu Theatri Pestiensis Hung. exmissam ordinatur. 1840: 44.
Pribina Glava locus Comitatus Sirmiensis Monasterii Graeci Ritus non unitorum Contributioni ad Cassam domesticam subjiciatur. 1751: 38.
Prietto Leopoldus pro Academia milit. Ludov. offert 2456. fl. 1836: 39.
Prileczky Nicolaus Commissarius pro rectificatione metarum circa Silesiam. 1655: 30.
— Paulus Commissarius Metarum Regni circa Moraviam. 1723: 17.
Prileszky Adalbertus de Eadem Canonicus Nitriensis ad Commissionem limitaneam versus Moraviam. 1791: 68. 1802: 26. 1807: 31.
— Carolus commembrum deputationis publico politicae nominatur. 1791: 67.
— Carolus ad Deputationem de Banderiis. 1808: 4.
— idem pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Prileszky familiae praedicatum de Eadem. 1791: 67. 68. 1802: 26.
Primas Regni Hungariae est S. Rom. Imperii Princeps. 1715: 111.
— Regni, Archi-Episcopus Strigoniensis, ad legalem auctoritatem suam reponatur, eique duplex sigillum Regium consignetur. 1741: 10. 1751: 3. 1790: 24.
— in magnis et arduis negotiis Rex consulat. 1741: 11. §. 3. 1791: 17.
— sedem suam Strigonium transferat. 1751: 3.
— Jura et praerogativae confirmantur. 1791: 24. *Vide: Archi-Episcopus Strigoniensis.*
Princeps creabatur per Nobiles. I: 3. §, 7.
— habet plenariam potestatem nobilitandi, et possessiones conferendi. I: 3. §. 10.
— si legitimet proles, ex scienter contracto inter consanguineos, vel affines matrimonio, cum praejudicio haeredum legitimorum, nisi forte hi deessent, non succedunt. I: 108. §. 1.
— sine populo non; nec populus sine principe; sed simul leges et statuta condere valent. II: 3.
— sigilla habent authentica. II: 13. *Vide: Rex.*
— Transilvaniae, subditos ab occupatione bonorum in ditionibus suae Majestatis attentanda; coercebit. 1596: 35.
— Transilvaniae, Procuratoria conceditur. 1649:68.
— Imperii quod Archi-Episcopus Strigoniensis nominatus sit SS. et OO. Regi gratias agunt. 1715: 111.
Princzfalva in, Catholici Protestantibus templum restituant. 1647: 6. §. 5.
Prior Auranae uti alii Praelati Procuratorem sub proprio sigillo constituit. II: 13. §. 6.
— Auranae a Ludovico I. institutus, ex officio fidem tueri, et castitatem servare tenetur. II: 54. §. 1. 2. 3.
— in sententia emendae capitis, in homagio quadringentorum florenorum uti Baro Regni, reparatione item damnorum, ex bonis ecclesiae convincitur, et si propria bona habeat ea amittit, in aliis eodem cum ceteris Praelatis et Regni Nobilibus activo et passivo jure gaudet. II: 54. §. 4. 6. 8.
— Auranae in Criminae laesae Majestatis, nota infidelitatis, et homicidio deliberato capitalem sententiam subit. Eod. §. 7.
— a proportione bonorum et subditorum banderium statuet. 1495: 15.
— unum banderium statuet. 1495: 20. §. 19.
— de Lövöld ex privilegio juramentum judiciale per officialem deponere potest. 1550: 64.
Prioritas juris inter Creditores observetur. 1723: 107.
— in judiciaria bonorum licitatione locum non obtinet. 1836: 15. §. 15.
Pristaldum Judicis verberans quomodo puniendus. Colom. I: 28.
— eadem habeant requisita quae testes. Eod. 29.
— est servus Judicis, seu Executor Sententiarum Judicis. Eod. 29. et 30.
— iniquam executionem faciens, quomodo puniatur. Eod. 30.
— si jussu Judicis damnum intulit, illud de bonis Judicis compensabatur. Eod. 31.
— Comes curialis Regis in praedio suo existens, dare non potuit, nec partes citari facere. 1222: 9.
Privignum violans olim notam incurrebat, hodie caput amittit. 1723: 11. §. 4.
Privilegium est praerogativa, aut honor singularis, estque generale et speciale. II: 7. §. 2. 3.
— per decretum non tollitur, nisi expressa ejus in decreto fiat mentio. II: 8.
— consideratur ut mera Principis auctoritas, communi constitutioni derogans et conceditur cum clausula: *Salvo jure alieno.* II: 9.
Privilegium posterius cum clausula praejudiciosa priori nihil derogat. II: 10.
— praejudiciosa non obligant. II: 11.
— quibus modis robur amittat declaratur. II: 12.
— sigillis roborantur. Eod. 13.
— Regni Slavoniae Rex conservabit. 1492: 1. Reg. Slav.
— de non solvenda ex vino et frumento decima, praetendenti, Judex primis octavis Justitiam administret. 1492: 104.
— sua reus conventus intuitu jurium possessionariorum intra quatuor octavas producere, et causam terminare debet. 1492: 54.
— de non standō in judicio magistratus in causis passivis abrogantur. 1495: 15.
— super translatione, vel incorporatione villae ab uno Comitatu ad alium, coram Rege producatur, secus pro nullo habeatur. 1500: 28.
— telonium proprietarii non in Diaeta, ced in Comitatu exhibere teneantur. 1500: 40. §. 2—4.
— telonii Regi pro recognitione et limitatione submittantur. 1500: 40. et 41.
— telonii si posterius sit, quam literae tributum ipsum tangentes, nullum sit; si vero in dato concordet validum. 1500: 41. §. 3.
— exemtionale a jurisdictione Comitis parochialis abrogatur. 1526: 33.
— de non contribuendo molendinorum libertinis non opituletur. 1543: 16. 1546: 13.
— Insulae Csalóköz in invectione frumenti et vini conserventur. 1546: 46.
— telonii et nauli amittat, ultra justam taxam exigens 1546: 49.
— super libertatibus Regni Joanni Kaczianer data in arce Scepusiensi, restituantur. 1548: 71.
— familiarum, haeredes Comitis a Salmis sub juramento restituant. 1553: 26.
— ratione non solutionis tricesimae, ac telonii, liberis Regiisque Civitatibus, et colonis Archi-Episcopalibus datum servetur. 1557: 16. 1563: 59.
— Ladislao Zudár, vini in S. Benedicto educillandi, per quempiam Abbatem datum, ut ecclesiae praejudiciosum suffertur. 1559: 51.
— antiqua de non solvendo subsidio, demtis infelicibus, usque feliciora tempora cassantur. 1566:8.
— telonialia Vice-Comiti exhibeantur. 1566: 12.
— de non solvendo telonio producant, qui in pacifica talium possessione non fuere. 1569: 57.
— de non solutione urburarum Regi opponentes, evocentur. 1574: 19.
— Transilvaniae, ubi ea ad Regnum Hungariae devoluta fuerit, Rex confirmabit. 1595: 2. §. 4. Tract. Trans.
— sua ad quaevis mandata, etiam extra juris terminos producere nemo teneatur. 1603: 12. 1604: 17. 1618: 14. 1622: 1. §. 11. 1638: 1. §. 6. 1659: 1. §. 6.
— sua producant hajdones, a Bocskaio nobilitati. 1609: 9.
— Juris gladii per liberos Barones redimitur decem florenis. 1609: 73. §. 24.
— hajdonum militum Rex confirmet. 1622: 2. §. 22. 1638: 1. §. 17. 1659: 1. §. 17.
— obsoleta in praejudicium dominorum sub nullitate non confirmentur. 1622: 17. §. 3. 1649: 45.
— Valachis, cum praejudicio dominorum data cassantur. 1635: 40. 1659: 90. 1681: 64.
— illegalia quorumdam oppidorum et villarum cassantur. 1638: 67.
— Regni Slavoniae et Croatiae confirmantur. 1649: 33. 1687: 22.
— Cumanorum, Jazygum, et Philisteorum confirmantur. 1655: 44. §. 1.
— sua in Cancellaria non redimentes indigenae, pro receptis non habeantur. 1659: 133. §. 27. 1681: 82. §. 26. 1687: 29. §. 23. 1715: 132. §. 3. et 135. §. 28. et 136. §. 24. 1723: 129. §. 3. 1764: 46. et 47. 1791: 73. 1802: 34.

Privilegiorum valorem judicat Tabula Regia. 1715: 28. §. 1.
— juris gladii actore Fisco amittat, malefactorem impune dimittens. 1715: 48. §. 2.
— contuberniorum confirmantur. 1715: 79. §. 1.
— contuberniis pro circumstantiis Rex dare, et auferre possit. 1723: 74. §. 4.
— oppidorum hajdonicalium confirmantur. 1790: 25.
— **Regni** quorum Regum valeant, quorum non enumerantur. II: 14.
— Statuum et Ordinum de non solvendo telonio et tricesima serventur. 1554: 11. 1555: 9. 1556: 37. 1557: 16. 1559: 44.
— et libertates Regni Rex observet. 1567: 40. 1608: 16. a. Cor. 1681: 10. 1723: 3. 1741: 2. §. 3. 1791: 2. §. 1. 1792: 2. §. 1.
— Germani et Bohemi incolae cum Hungaris communia habeant. 1606: 15. §. 1.
— Statuum et Ordinem confirmat Carolus VI. 1715: 2. §. 5.
— Regni solus rex coronatus confirmare potest. 1741: 4. §. 5.
— Josephi II. nisi per Leopoldum confirmata, non valent. 1791: 32.
— **Ecclesiastica** et literae capitulorum et conventuum cum clausula: *De cujus*, *vel quorum notitia nos certificavit*, *aut assecuraverit*, non valent. II: 1. 6.
— pupillari anno uno gaudent Neo-Praelati divisi a suo Capitulo si productione literarum opus sit. II: 50.
— de jure exigendi pecunias christianitatis et messoriales, Praelatus Regi proximis octavis producat. 1495: 43.
— de aliqua dignitate Comitatensi si se praetendat habere ecclesiasticus, illud producat, cassatoque eo, officium seculari conferatur. 1498: 57. §. 5. 6. 7. 1504: 3.
— de pecuniarum sigillarium exactione producat Episcopus Jaurinensis, et Abbas Montis Pannoniae. 1498: 64. 1500: 57.
— ecclesiastica inviolabiliter observentur. 1557: 10. §. 1.
— Parochorum confirmantur. 1557: 10. §. 5. 1647: 102. §. 6.
— sua futuris Comitiis producant Episcopi, qua Comites supremi. 1609: 23.
— **Nobilium** praecipua, et cardinalia specificantur. I: 9. 1222: 2. 3. 4. et 31. §. 2.
— occasione hostilis incursionis deperdita, si ad mandatum Regis vel Judicum Regni ordinariorum, Nobiles ejusdem Comitatus in quo bona sunt, ante sexaginta annos elapsos testentur, testimonium hoc vires prvilegii obeat. 1486: 12. 71.
— sua in diaeta producant Nobiles, a Bocskaio nobilitati. 1606: 14. §. 2.
— qui in disturbiis amiserant, bona retineant. 1715: 70. §. 1.
— Nobilium decem Lanecatorum confirmantur. 1802: 16.
Vide: Libertas, *Nobilis*, *Nobilitas*.
— **Civitates** propria habent, ultra quae communibus Regni legibus reguntur. III: 20. §. 2.
— civitati Visegrad a Mathia datum, vigore cujus cives ejus ob quoscunque excessus juri stare non teneantur aboletur. 1492: 102. 1498: 39.
— decidit lites inter civitates, de loco depositionis mercium differentes. 1498: 33.
— et consvetudines civitatum, praesertim quoad depositionem mercium serventur. 1500: 24.
— civitatum montanarum confirmantur. 1518: 11. Bách.
— res necessarias ad montanas civitates devehentium examinentur et antiquiora serventur. 1518: 11. Bách.
— civitatum serventur. 1536: 55. 1550: 78. 1554: 23. 1569: 57. 1574: 35. 1596: 19. 1606: 15. Pac. Vien. 1609: 34. 1613: 31. 1618: 27. 1622: 2. §. 15. et 25. 1625: 43. 1630: 21. 1635: 53, 1638: 1. §. 10. et 35. 1647: 78. §. 21.
Privilegia civitatum liberarum et regiarum, ac montanarum intuitu etiam immunitatis a vectigalibus, et teloniis serventur. 1536: 55. 1543: 26. 1545: 49. 1546: 50. 1553: 29. 1557: 16. 1559: 44. 1618: 27. 1635: 53. 1638: 35.
— statutis Regni publicis contraria civitatibus data, ut exemtio a contributione, nullius sint roboris. 1635: 21. §. 4.
— de immunitate a tricesima in evectione vini civitati datum sit nullum. 1635: 22.
— Jaurinensium, Comaromiensium et Papensium de non solvendo telonio confirmantur. 1647: 145.
— Civitatum confirmantur. 1649: 15. 1655: 110. 1659: 1. §. 10. 1659: 129. 1681: 41. 1715: 36. et 63. §. 7.
— Civitatis Segniensis executioni dentur. 1681: 77. 1741: 56.
— Civitatis Trenchiniensis reparatis pontibus, Rex confirmet. 1715: 89.
— Civitatis Zagrabiensis confirmantur. 1715: 126.
— Civitatis superioris et inferioris Crisiensis examinentur, an conjungi possint. 1741: 57.
Privilegiatae causae appellatae in Curia R. et Tabula Banali etiam Comitiorum tempore revidebuntur. 1836. 45. §. 1.
Proba fit literariis tnstrumentis. I: 47.
— testibus. I: 47. §. 1. II: 27. 28.
— oculata revisione. II: 41. §. 5.
— duelli suffertur, nisi omnes defecerint probae, et tunc non per Sedriam, sed per Curiam Majestatis militarem decernebatur. 1486: 18.
— fit confessione judiciaria rei irrevocabili. 1504: 15.
— fit per jusjurandum 1729: 26. 27.
— regulariter Actori incumbit. 1729: 27. §. 1.
Proceres viritim ad insurrectionem compareant. 1454: 5.
— viritim ad Comitia evocantur. 1495: 26.
— in arduis et magnis negotiis Regni Rex consulat. 1741: 11. §. 3.
Processu summario olim judicabantur causae bonorum dubiorum. 1567: 32. §. 6. 7.
— summarius locum habet in causis bonorum occupatorum. 1567: 32. §. 6. 7. 1807: 13. §. 2.
— juridicus mandatis illegitimis non impediatur. 1608: 6. 1613: 34. 1618: 13. 1625: 5. 1630: 10. 1638: 27. 1647: 137. 1655: 53.
— brevis in Comitatibus. 1609: 29. 1613: 23.
— Causarum quinam vigorosi. 1625: 50.
— et admonitio nova praecedere debet toties, quoties ad poenam quingentorum florenorum ob non restituta instrumenta literalia procedetur. 1662: 35.
— non in origine sed in authenticis paribus partibus extradatur. 1729: 25. §. 2.
— auszugales, seu penes Extractus Mercatorum quomodo instituendus. 1729: 44.
— summario procedatur contra insurgentem delinquentem. 1805: 1. §. 32. 1808: 11. §. 16.
— civilis a civitatibus liberis ac regiis ad Tavernicum, hinc ad Tabulam Septemviralem appellatus, in Tabula Regia levatus, in Septemvirali directe revidetur. 1807: 9. §. 3.
— ad divisionem silvarum sequestratarum motus, toto juris tempore defluat, in exceptivis solum duplica, et in merito triplica tantum admittatur, quibus Judex terminum defigere potest. 1807: 21. §. 13.
— idem appellatur a Vice-Comite ad sedriam intra, ab hinc vero extra dominium. Eodem. §. 14.
— hic mandata nulla, nec prorogatoria quidem, sed tamen viam novi recipit. Eodem. §. 15.
— idiomate hungarico ad curiam Regiam perlati, penes extractum hungaricum ibidem referantur. 1830: 8. §. 2.

Processibus per judicium nundinale decisis, appellata non competit. 1836: 18. §. 19.
— verbales ad praecavendas majores expensas introducuntur. 1836: 20.
— de quovis cambiali distinctum protocollum duci debet. 1840: 15. II: §. 85.
— verbali cambiali concluso sententiae separatim redigi debebunt. 1840: 15. II. §. 123.
— expensae in causis concursualibus non adjudicantur. 1840: 22. §. 120.
Proclamatio trina forensis abolita. II: 2. §. 5. 1486: 17. 1492: 38. 1495: 7.
— successit etiam in causis longae litis, tertia insinuatio. II: 18. §. 7.
— in actibus minoris potentiae post duas evocationes sequi debuit. 1439: 33.
Proclamatoriarum literarum taxa fuit denarii centum 1435. II: 10. §. 2.
— in Curia Regia aeque denarii centum. 1435. II: 11. §. 7. 1486: 76. §. 7.
Procuratorem pupilli olim decimo quarto, hodie duodecimo jam constituunt. I: 111. §. 6.
— pupilli absque scitu tutoris constituere non possunt. I: 126. §. 2.
— sub proprio sigillo constituere possunt Praelati, Episcopi, Archi-Episcopi, Prior Auranae, Comites liberi et perpetui, Despotus Rasciae. II: 13. §. 6.
— ceteri Magnates et Nobiles nonnisi coram locis authenticis constituerere possunt. II: 13. §. 7.
— in foris solum spiritualibus non item secularibus agere possit Notarius publicus vel ecclesiasticus. 1405. I: 3.
— non agant Judices, sed hi justitiam administrent. 1471: 14.
— prorogationem falsis motivis impetrans detentus, in emenda linguae convincatur. 1486: 7. §. 5. 6.
— ultra quatuordecim causas suscipere non possit. 1486: 69.
— birsagia de bonis principalium adversario, et judici excontentet. 1486: 69. §. 3.
— nonnisi ante sententiam revocari potest. 1492: 51.
— valide constituit mulier nobilis coram duobus capitularibus vel conventualibus exmissis. 1492: 97.
— revocare etiam foemina potest. 1500: 14.
— vicariis in judicio non assideant. 1500: 35: §. 3.
— si inanes cavillationes et subterfugia faciat, Judex talia rescindat. 1563: 49. §. 3.
— etiam coram Comitatu constitui potest in causa coram eodem mota. 1563: 53.
— juramentum calumniae etiam in foro spirituali praestabat. 1567: 27.
— colludentes, etsi exteri, vel in foro sacro agentes, ut falsarii et perjuri beneficia amittant, et in perpetuum incarcerentur. 1567: 27. §. 4. 5.
— exteri in foris spiritualibus agere non possunt, sed in loco judicii sacri residere debent. 1569: 41.
— nullum amplius in judicio juramentum praestare teneatur. 1574: 34. §. 2.
— bona ad Fiscum devoluta impetare non possint. 1609: 36. 1655: 32.
— etiam mater et consors Principis Transilvaniae constituere potest. 1635: 84. 1649: 68.
— ablegatus in Comitiis esse non poterat. 1649: 44. §. 2. 1655: 61.
— a prolixis et inanibus allegatis abstineat. 1723: 28. 1729: 43. §. 11. 1792: 16. §. 4.
— juramentum de brevissime allegando deponat. 1723: 38. §. 1. 1792: 16. §. 4.
— de quotta litis cum causantibus convenire nequeat. 1723: 38. §. 5. 1792: 16. §. 4.
— salarium suum experientiae, habilitati et labori suo commensuratum, a Judice adjudicatum accipiant. 1723: 38. §. 6.
Procuratorem Capitula et Conventus sub proprio sigillo constituere; at nonnisi coram alio loco authentico revocare possunt. 1723: 41.
— etiam in exteris oris constitutus, sub proprio sigillo et chyrographo constituere potest, et si officialis vel Judex villae manum domini agnoscat, constitutio ubique valet. 1729: 24. §. 1. 2. 3.
— coram Cancellaria Regia, Judicibus Regni ordinariis, eorumque Protonotariis, etiam extra Regnum constitui potest. 1729: 24. §. 12.
— revocatus citra novam constitutionem causam continuare potest. 1729: 39. §. 8.
— etiam coram Vice-Comite constitui potest, ad cujus relationem Universitati factam, Comitatus testimoniales expediet. 1764: 28.
— etiam coram Judicibus Nobilium, ac Jurassore erga praestandam Universitati relationem constitui potest. 1792: 16. §. 8.
— constitutio locum habet, si quis coram Tribunali Cambiali personaliter comparere non vult. 1840: 15. II. §. 217.
— coram Tribunali Cambiali etiam sub privatis sigillis constitui potest, ille tamen cujus Firma inprotocollata non est, subscriptionem suam medio duorum testium anthenticare obligatur. 1840: 15. II. §. 217. 218.
— cambialis ille tantum evadit, qui ultra solitam censuram advocatialem, per Forum appellatorium e Jure cambiali examinatus, et desuper testimonialibus provisus est. Eodem. §. 219. 220.
— cambiales in Curatores absentium exclusive nominantur. 1840: 15. II. §. 221.
— qui tribus annis causas cambiales promoverunt, in Notarios cambiales denominari et literis facultatoriis protestationes cambiales interponere ponerunt. 1840: 15. II. §. 221.
— cambialis Principali suo nonnisi coram Tribunali Cambiali renunciare potest, eundem interim etiam post renunciationem tribus mensibus adhuc defendere obligatur. 1840: 15. II. 223.
— in una eademque causa ambabus partibus operam locare nequit. 1840: 15. II. §. 224.
— Cambialis honorarium finali sententia defigendum erit, quod instar cambialium considerabitur. 1840: 15. II. §. 225. 226.
— cambiales per Forum appellatorium Pestiense examinati, si in litorali hungarico agere vellent, examini Guberniali se subjicere obligantur. 1840: 15. II. §. 228.
— constitutio coram civico Magistratu fieri potest. 1840: 23.
Procuratoriarum literarum taxa sint denarii viginti quatuor. 1435. II: 10. §. 3. 1492: 95. §. 2. 1609: 74. §. 1.
— a literis Capitula et Conventus plus non exigant, si duos fine constitutionis exmiserant. 1492: 97. §. 2.
— literae absentium e regno, studii, peregrinationis vel servitii causa, si ita factae, usque reditum durant. 1504: 14. 1723: 35. §. 3.
— literas Procuratores producere tenentur. 1574: 34. §. 3.
— vigor tam in seculari, quam spirituali foro tantum per annum duret. 1578: 17.
— existentium in legatione post annum non exspirant. 1578: 17.
— Princeps Transilvaniae et consors ejus, intuitu bonorum in Hungaria possessorum, sub privatis sigillis dare possunt. 1635: 84. 1649: 68.
— coram locis authenticis, Judicibus Regni ordinariis, eorumque Protonotariis factas, Judices Tokayenses acceptent. 1638: 68.
— literas legitime emanatas, tam civitates, quam oppida pro legitimis agnoscant. 1647: 79. 1655: 62. §. 1.

Procuratorias literas sub proprio sigillo ut Franciscus Rakóczy dare possit indulgetur. 1662: 61.
— literae etiam in sedibus judiciariis, Congregationibus tam generalibus, quam particularibus, coram Comitibus, Vice-Comitibus, Judicibus Nobilium, et Jurassoribns factae, sub sigillo Comitatus emanatae, in omnibus judiciis valeant. 1723: 35.
— literarum revocatio nonnisi in locis authenticis fieri possit. 1723: 35. §. 4.
— fiant cum clausula: *Et alios in Regno juramento adstrictos praesentium exhibitores.* 1723: 36.
— literae prout fiunt, ad unum annum vel usque causae finem, suum habeant robur. 1723: 36. §. 3.
— etiam Capitula et Conventus pro se quidem dare, sed revocare nonnisi coram alio loco authentico possint. 1723: 41.
— coram Magistratu Kiss-Honth fieri possint ita, ut Universitati referatur. 1729: 23. §. 8.

Proderstorff in, stabilitur filialis Tricesima ad Ebenfurthensem. 1715: 91.

Proditio Patriae. *Vide: Patria, Perduellis, seditiosus.*

Proditionem fraterni sanguinis incurrunt, qui inpetrata nova donatione excludunt sexum, cui haereditas in bonis competit. I: 38.
— fraterni sanguinis est: fratris vel sororis justis juribus suis privatio. I: 39.
— incurrit fratrem, vel sororem, aut consanguineum justis juribus suis possessionariis privare volens. Eodem. §. 2.
— poena est addictio bonorum et personae in servitutem perpetuam ei, quem justis juribus spoliare voluit. Eod. §. 2. 1723: 46. §. 4.
— incurrit etiam filia, cum iujuria aliarum foeminarum, quas aeque jura concernunt, se praefici curans, vel abnegans consanguinitatem ei, qui intra sexaginta annos testimonio humano consanguineum se esse docet. Eod. §. 3. 4.
— fraterni sanguinis locum habet in exclusione e bonis solum avitis, non item acquisitis. I: 44. §. 1.
— fraterni sanguinis incurrunt titulo amentiae furiositatis, aut lunaticae infirmitatis praetextu fratres vel consanguineos ab administratione bonorum excludentes. 1723: 46. §. 4.

Proditores castrorum etsi ad privatos pertinentium notae infidelitatis rei sunt. I: 14. §. 10. 1601: 35. 1622: 73. 1647: 74. 1723: 9. §. 7.
— fraterni sanguinis bona amittit, et laeso pro servitute perpetua addicitur. I: 39. §. 2. 1723: 46. §. 4.
— fraterni sanguinis infamiam incurrit. I: 39. §. 2.
— patriae habentur, qui in confiniis loco militis sui domesticum vel alienum occasione lustrae statuunt, et ideo caput amittunt. 1546: 23.
— castrorum sine gratia plectantur. 1556: 46.

Productio literarum, per abusum introducta in in sedibus Dominorum Magnatum; tollitur. 1638: 2. 1647: 22.

Productis pro Regni, Depositoria instituenda. 1765: 41.
— naturalia pro sua necessitate ad vicinam Austriam Styriam devehentes, ne tricesimam, et telonia solvant, Rex se curaturum pollicetur. 1807: 19.

Professores pro scholis suis libere eligant Protestantes. 1791: 26. §. 5.
— a personali insurgendi obligatione eximuntur, non item a statutione equitis vel peditis. 1808: 2. §. 7. et 10.
— pro Academia militari Ludovicea Palatinus proponat. Hi scientiarum militarium gnari sunto. 1808: 7. §. 9. 10.

Porfosii aliaeque similes personae in castris et civitatibus praeter limitationem in castris per Generales Capitaneos suscipiendam, nihil exigant. 1595: 47.

Porfosii militem hungarum si capiant, illico justitiae Capitaneo hungaro, absque omni sui influxu judicandum tradant. 1596: 21.
— in rem annonariam se non inmisceant. 1596: 26.
— vectores annonae non impediant. 1602: 11.

Profugos a Turcis impedientes, in rebus et persona damnificantes, notam infidelitatis incurrunt. I: 14. §. 18. 1498: 73. 1588: 24. 1723: 9. §. 9.
— e Regno bona amittant. S. Steph. II: 35.
— colonus, servus. *Vide: Colonus, servus profugus.*

Prohibitio vel **prohibita** praescriptionem interrumpit. I: 79. §. 2.
— personalis coram Judice Regni ordinario semper et ubique fieri potest, si utraque pars coram Judice personaliter, non tamen per Procuratorem adsit. II: 20. §. 2.
— personalis ratione indebitae et potentiariae detentionis jurium possessionariorum, vim evocatoriam cum insinuatione habet. Eod. §. 4.
— si potentiariam bonorum detentionem involvat, quae Actor ad se pertinere edocet, Incattus in sententia capitali, et emendae capitis convincitur. Eodem. §. 10.
— si occasione publicationis literarum judicialium vel sententionalium non facta, eas Protonotarius extradabat; si vero prohibitio facta, non extradabat, sed prohibitionem interponens, illico rationem factae prohibitionis reddere debuit. 1500: 12.
— non opitulatur in executione bonorum, post mortem Ludovici II. occupatorum. 1536: 10. §. 2.
— trina abusive absque responsione per Procuratores inducta aboletur. 1550: 52.
— haec more antiquo cum responsionibus, sine omni onere fieri poterat. Eodem. §. 1.
— quarta cum onere, post deliberationem intra sex ultimos judiciorum dies, olim fieri poterat. Eodem. §. 2.
— inquisitionum et juramentalium depositionum octavo ante terminum die fiebant. 1550: 54.
— in Comitatibus, ante octavum diem medio Judicis Nobilium fit. 1569: 53.
— tantum duae admittuntur in causa Tabulae Regiae; una absque, altera cum solito onere. 1618: 65. 1729: 38.
— in appellatis unica admittitur. 1618: 65. §. 2.
— prima in Tabula Regia, et Banali sine, secunda cum onere sex florenorum admittitur. 1729: 38. §. 1.
— juxta usum ante ultimos sex judiciorum dies fiat. Eodem. §. 2.
— ultimo termini secundi octiduo judicialiter rejicitur, si prohibens secundo termino rationem sufficientem prohibitae non reddat. 1807: 8. §. 2.

Prohibitoriae et protestatoriae literae interrumpunt praescriptionem. I: 79. §. 2.
— literarum in forma patenti taxa sunt: denarii viginti quatuor, in clausa denarii duodecim. 1435. II: 10. §. 4. 1486: 74. §. 4. 1492: 95. §. 3.
— generalium taxa sunt denarii viginti quatuor, prohibitorialium ad faciem, denarii centum. 1435. II: 11. §. 18. 19. 1486: 76. §. 18. et 19. 1492: 98. §. 13.
— redimuntur denariis viginti quatuor. 1609: 72. §. 3.

Projecta sua privati in objectis deputationem versati, iisdem exhibere possint. 1790: 67: §. 9.

Proles ex matrimonio inter consanguineos et affines ignoranter contracto genitae, ut legitimae utrique parentum juxta regulationem bonorum succedunt, si vero scienter contractum, etiamsi eas Papa legitimaverit successione carent. I: 106.
— illegitimas ex scienter contracto in gradu prohibito Matrimonio, nec Pontifex, nec Princeps cum praejudicio legitimornm successorum, nisi hi deessent legitimare potest. I: 108: §. 1.
— e mixto matrimonio natae, si pater catholicus sit, omnes utriusque sexus sint catholicae; si

vero mater solum sit catholica, solae femellae religionem matris sequuntur. 1791: 26. §. 15.
Proles militis post viginti annorum servitia dimissi ad orphanotrophium et stipendia praeferenter admittantur. 1807: 1. §. 12.
— legitimae aetatis non emancipatae veniunt nomine jurisdictionatorum. 1807: 8. §. 4.
— in fabricis dietim ultra novem horas non occupentur. 1840: 17. §. 6.
Promissio extorta non obligat. 1536: 59.
Promontorii nomine veniunt plagae, quae cum expresso Dominii consensu vitibus inplantatae fuerunt, ac unde dominus terrestris nonam, aut ejus loco decimam, vel jus montanum, aut ejus aequivalens adusque desumsit. 1836: 8. §. 2.
Promontorialistae dispersim in vineis degentes pro iis, qui in eorum vineis operas praestant, tempore culturae vinearum, vinum opocillare possunt. 1836: 6. §. 2.
Prónay Albertus Baro membrum Deputationis de alimentatione militiae nominatur. 1836: 11. §. 6. 1840: 3.
— B. Alexander ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
— B. Alexander pro Erudita societate Hungarica offert. 2000 fl. 1840: 42.
— Baro Gabriel deputationis literariae commembrum nominatur. 1791: 67. Item pro Commissario de peragendo locorum diversis Regni Jurisdictionibus subjectorum Trsctamento ad Districtum Cis-Tibiscanum. 1807: 28. Idem pro Academia Militari Ludovicea obtulit 1000. florenos. 1808: 7. §. 18.
— B. Gabriel alter membrum deputationis de alimentatione militiae nominatur. 1840: 3.
— Ladislaus Baro commembrum deputationis publico politicae nominatur. 1791: 67.
Propago sanguinis et condivisionalitas est fundamentum mutuae successionis. I: 47. §. 4.
Pro-Palatinus. *Vide: Vice-Palatinus.*
Proportio in usu bonorum, inter complures compossessores a Vice-Comite revidenda et regulanda est. 1715: 69.
— usus defiget oneris ferendi in communibus aedificiis ratam. 1715: 69. §. 3.
— donec in silvis judicialiter fuerit adinventa, vel causa devastationi silvarum cessaverit, sequestrum durat. 1807: 21. §. 8.
— in silvis sequestratis exscissionem ratae petere potest compossessor, sequestro causam non dans. 1807: 21. §. 10.
— usus si petatur in silvis sequestratis, usum et non conpossessorium habentes sufficit Circularibus Excelsi Consilii citasse. 1807: 21. §. 12.
— legalis occasione regulationis urbarialis introduci potest. 1836: 10. §. 6. ad a).
— pro clavi in locis populosis deserviunt antiquae, postfundualibus appertinentiis provisae sessiones, de quibus, quod aliquando sessiones non fuerint, probari non potest. 1836: 12. §. 2.
— in determinanda sessionum numerus et quantitas ductu connumerationis judiciariae determinabitur. Eodem. §. 3.
— dum inter condividentes, aut eorum jure possidentes instituitur, ratalitatis habebitur ratio. Eodem. §. 4.
— in instituenda, dum numerus et quantitas sessionum elucubrurari non potest, praevigens in participatione jurium regalium, vel communium beneficiorum et onerum communium usus, pro clavi proportionis assumetur. Eodem. §. 5.
— si propter confusum possessorii statum institui nequiret, intravillanum cujuslibet possessorium manu geometrica dimensurabitur, et exinde resultans calculus, pro regulatione communium beneficiorum quotientem dabit. Eodem. §. 6.
— ad effectum mappa authentica, actualem totius terreni juxta individuale possessorium exhibens, ac subin extra villanorum fundorum, atque adeo antiquarum etiam post fundualium appertinentiarum commassatio requiritur. 1836: 12. §. 12.
Proportione in communium beneficiorum, ubi fundus extravillanus in adjustationem intravillani colono datus est, pro eo obveniens rata non e communi, verum e privativa terrestris Domini competentia supputetur. Eodem. §. 15.
— petendi jus cuivis compessorum competit. Eod. §. 18.
— si nullus Compossessorum introducere vellet, major tamen pars colonorum regulationem desideraret, Fiscus Magistratualis causam proportionalem, sub proprio actoratu movere potest. 1840: 7. §. 14.
— introductionem in Jazygia et Cumania quivis possessionatus incola petere potest. 1840: 30.
— ad introducendam requisitae tam territorialis quam individualis dimensionis et classificationis expensas Compossessores a proportione territorii sui ferre obligantur. 1840: 30. §. 4. et 31. §. 4.
— introducendam in Districtu Hajdonum quivis possessionatus incola petere potest. 1840: 31.
— pro clavi in Districtu Hajdonum actuale cujusvis possessorium, comprobandae tamen occupationes ex communi factae, clavim commassationis non ingredientur. 1840: 31. §. 3.
Proportionali in lite expensae a proportione possessorii communes esse debent. 1836: 12. §. 18.
— processus via, quocunque compossessorum desiderante commassatio, et respectivarum ratarum excisio decernetur, et in effectum deducetur. Eodem. §. 19.
— causae ad commassationem quoque, et ratarum in uno corpore excisionem extendi poterunt. Eodem. §. 20.
Propositiones Regis sepositis omnibus, SS. et OO. in Comitiis illico assumant. 1495: 25. §. 4. 1569: 5.
— se intellexisse SS. et OO. innuunt. 1559: 1. 1569: 1. 1599: 1. 1601: 1. 1603: 1.
— gravaminibus Regni postponunt SS. et OO. 1559: 2.
— Regis, ut tres floreni a porta conferantur, ex eo, quod Regnum oblationibus, Turcarum, rebellium, et militum depopulationibus exhaustum sit, deferri non posse declarant SS. et OO. 1559: 10.
— fine solvendorum per quadriennium a singulis portis trium florenorum subsidii acceptant SS. et OO. 1563: 2.
— ceteras ad priores constitutiones jam factas, et superatas, provocative ad illas relegant SS. et OO. 1593: 21.
— omni attentione exipiunt SS. et OO. 1596: 1.
— SS. et OO. fidelitatis obsequio acceptant. 1618: 1.
— sepositis pro hoc solum casu gravaminibus assumantur. 1662: 1.
— prae gravaminibus assumuntur. 1791: 13.
Proprietas non aufertur per bonorum obligationem. I: 27.
— sub specie violentiae non acquiritur. 1613: 23. §. 3.
Propriae cambiales literae sunt, dum editor se deobligat, quod solutionem aut ipse effectuaturus, aut per aliam, a se jure non distinctam, et secus etiam nomine suo agentem personam exsolvi facturus sit. 1840: 15. I: §. 2.
— cambiales literas nonnisi mercatores, fabricantes et opifices improtocollati edere possunt. 1840: 15. I. §. 10.
Prorogatio Praelatis neo-electis, jure pupillari gaudentibus ita competit, ut ad nullius instantiam intra annum respondere obligentur, si productione instrumentorum opus sit. II: 50.
— orphanis datur a die decessus Parentis ad annum. Eodem. §. 1. 3.
— competit omnibus, qui reipublicae causa absunt. 1462: 1. §. 11. 12.

Prorogatio octavarum vetita. 1464: 5. §. 1. 1492: 71.
— nonnisi iis qui in Bosnia castra habent in confiniis, vel in bello aut legatione, concedatur. 1464: 6.
— falsis motivis impetrans in emenda linguae convincatur, et si principales absentes sint; eorum Advocati detineantur, et poenae de iis desumantur. 1464: 6. 1486: 7. §. 5. 6. 1492: 71. §. 4.
— in interemtione Nobilium, occupatione possessionum, ablatione documentorum, invasione domorum nobilitarium, ultra tres octavas dari nequeat. 1464: 7.
— nonnisi absenti reipublicae causa, non vero indivisis ejusdem fratribus usque tertiam octavam opitulari possit. 1464: 8. 1486: 7. 1492: 71.
— non datur, bona post coronationem Mathiae occupantibus. 1471: 27.
— in causis jurium possessionariorum ultra quatuor octavas non datur. 1492: 54.
— tempore pacis, vel induciarum, neque in castris finitimis existentibus detur. 1495: 14.
— in castris existentibus nonnisi unica datur. Eod. §. 2.
— extra Regnum reipublicae causa occupatis, nonnisi ad tempus absentiae necessariae concedatur. Eod. §. 3.
— absentibus Reipublicae causa, nonnisi semel in eadem lite competit. 1507: 9.
— non datur ratione bonorum a morte Ludovici II. occupatorum. 1536: 10.
— in causis potentiariis tempore disturbiorum patratis non concedatur. 1542: 32. D. Pos.
— in sententiarum finalium executione non detur. 1546: 30.
— detur iis, qui negotiis Regni occupantur. 1625: 50.
— uni parti data, etiam alteri tempestive significetur. 1681: 32. §. 5. 1723: 32. §. 1.
Prorogatoriae literae communes in Curia redimantur denariis decem. 1435. II: 11. §. 2. 1486: 76. §. 2. 1492: 98. §. 2.
— respondentis cum tribus marcis, vel forma patenti viginti quatuor denariis redimantur. 1435. II: 11. §. 15. 16. 1486: 76. §. 15. 16. 1492: 98. §. 10. 11.
— patentes redimantur denariis viginti quatuor. 1486: 76. §. 16. 1492: 98. §. 11.
— redimantur florenis duobus. 1609: 72. §. 9.
Proscriptio fuit poena criminis laesae Majestatis. 1527: 1. §. 3.
— dictatur Petro Keglevyth, nisi Ernesti Cháktornya deficientis haereditatem intra bimestre Fisco Regio resignaverit. 1542: 43. D. Pos.
— dictatur Joanni et Raphaeli Podmaniczky nisi bona occupata intra bimestre restituerint. 1542: 44. D. Pos.
— dictatur Francisco et Georgio Bebek, a nota infidelitatis se purgare intermittentibus, ac servitoribus etiam, servitia eorum non deserentibus. 1556: 24.
— punitur homicida deliberatus, ad sedem judiciariam citatus et non comparens. 1563: 38. §. 6.
— dictatur civibus Debreczinensibus, Antonium Tegzes interimentibus, si citati non comparuerint. 1578: 26. §. 3.
— punitur Nobilis praedas et latrocinia exercens. 1608: 2. §. 4. p. Cor.
— puniantur inscriptiones a Bocskaio habentes, si ante restitutionem earum subditos affligant, neque citati compareant. 1609: 5. §. 2.
— punitur ignobilis ante impensionem fugiens. 1609: 16. §. 3.
— dictatur Melohiori et Nicolao Baranyai, Zoltán Ladislai et Francisci interemtoribus, si citati non comparuerint. 1635: 83.
Proscripti omnibus Judicibus, Justitiariis Regni, et civibus denunciandi sunt. 1405. I: 5.
Proscriptum nemo ad se recipere ausit sub poena criminis notae. 1405. II: 9.
— vel perduelli subsidium aut refugium dans notae infidelitatis reus sit. 1435. II: 24. §. 1. 2.
— ordine juris puniendi. 1486: 51.
— vigore proscriptionalium per Comites, Vice-Comites et Capitaneos capiantur. 1563: 39.
— Rákoczius et Berchénius, cum suis asseclis. 1715: 49.
— ad se recipiens hodie arbitraria poena punitur. 1723: 12. §. fin.
Proszek possessionis territorialis controversia revideatur. 1659: 65.
Protectionales literae redimantur florenis tribus. 1609: 73. §. 16.
— literae parcius, et juribus conformiter expediantur. 1638: 30.
— literae ex informatione Magistratus expediendae. 1723: 113.
Protelatio Procuratorum, *vide: Subterfugium.*
Protestantes in exercitio Religionis, et confessionis suae, citra tamen praejudicium religionis catholicae non turbentur. 1606: 1. Pac. Vien: 1608: 1. a. Cor. 1618: 77. 1622: 2. §. 12. 1625: 22. 1630: 33. 1635: 29. 1638: 1. §. 7. 1647: 5. §. 5.
— occupata Catholicorum templa et vicissim restituant. 1606: 1. Pacif. Vien.
— omnium officiorum regiorum sint capaces. 1606: 9. §. 1 Pacif. Vien. 1791: 26. §. 8.
— ad officia Consiliariorum Regiorum admittantur. 1608: 10. §. 2. a. Cor. 1791: 26.
— citra omne religionis et nationis discrimen pro Judicibus et Senatoribus liberarum Regiarumque Civitatum mixtim et alternatim eligi possint. 1608: 13. §. 1. a. Cor. 1609: 44.
— ad officia Judicum admittantur. 1622: 2. §. 11. 1638: 1. §. 6.
— etiam Supremi, et Vice-Capitanei creari possint. 1622: 23. §. 2.
— templorum, campanarum, et sepulturae usum habeant. 1647: 5. §. 5. 1791: 26. §. 1.
— templa nonaginta recipiant, et alia aedificent, in locis in articulo specificatis. 1647: 6.
— rustici pro concionibus ad catholicas ecclesias, vel vicinas protestanticas ire possint. 1647: 7. 1791: 26. §. 1.
— Szakolczae degentes libere religionem suam reassumere possint. 1647: 8.
— ad caerimonias confessioni suae contrarias non cogantur. 1681: 25. §. 4. 1687: 21. 1715: 30. 1791: 26. §. 5.
— tam Augustanae, quam Helveticae Confessionis ubi tampla erigere possint? loca enumerantur. 1681: 26.
— in Comitatibus, in quibus in possessorio templorum, scholarum, et parochiarum actu sunt, permaneant. 1681: 26. §. 12.
— in liberis, Regiis, ac Montanis Civitatibus templa propriis sumtibus, in loco a commissariis defixo erigere possint. 1681: 26. §. 16. 17. 18. 1687: 21. 1715: 30.
— catholicis parochis, et catholici ministris accatholicis nihil solvant. 1681: 26. §. 20. 1687: 21. 1791: 26. §. 6.
— Magnates, Nobiles utriusque Confessionis, oratoria, sacella libere erigere et dotare possint. 1681: 26. §. 21.
— et Catholici, sub amissione bonorum et beneficiorum templa, scholas, parochias invicem ne occupent. 1681: 26. §. 22 1687: 21. 1715: 30. 1791: 26. §. 12.
— praetensiones suas libere per instantiam Comitiis proponere possint. 1681: 26. §. 23. 1687: 21. 1715: 30.
— in Slavonia, Croatia, Dalmatia bona possidere non possint. 1687: 23. 1715: 30. §. 5. et a. 125 1723: 86. §. 2. 1741: 46. 1791: 26. §. 14.

Protestans laesus nomine suo, non communi conquaeratur. 1715: 30. §. 2.
— Synodum sine scitu et consensu regio celebrare non possunt. 1715: 31.
— nullas collectas faciant. 1715: 31.
— deinceps liberum et publicum religionis exercitium habeant. 1791: 26. §. 2.
— in coordinatione superioritatis religionis ac disciplinae Rex audiet. 1791: 26. §. 4.
— scholas triviales et grammaticales ubique libere; altiores vero nonnisi cum consensu regio inducere possint. 1791: 26. §. 5.
— Ludimagistros, Professores, Rectores, Subrectores, Directores, Curatores libere constituere possint. 1791: 26. §. 5.
— in libris suis scommatibus et sarcasmis in Religionem catholicam non utantur. Eodem.
— ex libris neo impressis tria exemplaria per Consilium Regium Regi submittant. Eodem.
— studiosi ad Academias exteras libere migrare possint. Eodem.
— ibidem stipendia sua libere trahant. Eodem.
— operas ad scholas, parochias et ecclesias Catholicorum praestare non teneantur. 1791: 26. §. 6.
— a clausula juramenti: *Per B. Virginem Mariam et sanctos et electos Dei*, absolvuntur. 1791: 26. §. 9.
— in gradibus lege prohibitis matrimonia Rex dispensabit. 1791: 26. §. 11.
— in Slavonia, Croatia, Dalmatia, nec publica, nec privata officia gerere possint. 1791: 26. §. 14.
— si in inferiori Slavonia in possessorio sint, nec in tali nec in Religionis exercitio turbentur. 1791: 26. §. 14.
— bona tamen in Slavonia, Croatia, Dalmatia revindicare possint, sed Rex de indemnitate eorum provideat. Eodem.
— in Slavonia, Croatia, Dalmatia, in gratiam commercii, et fabricarum domicilium figere, non tamen fundos possidere possint. Eodem.
— festa catholicorum pro foro externo observent, neque servos vel subditos, sub actione fiscali ad strepitosos labores cogant. 1791: 26. §. 17.
— ad Religionem transire cupientes catholici hanc suam voluntatem coram duobus testibus et proprio parocho declarare, et hanc declarationem post quatuor septimanas coram eodem parocho et duobus testibus reiterare tenetur, et obtentis super bina hac declaratione testimonialibus eidem transitus admittitur. 1844: 3. §. 5—10.

Protestatio Petri Pető contra Episcopum Veszprimiensem propter occupatum cum literis castrum *Thádika*. 1542: 24. D. Nov.
— ab anno 1785-to usque 1790-mum factae, pro vigorosis declarantur. 1791: 54. §. 2.
— cambiaria contra Trassatum interposita, cambiales quiscunque, et quidem ipse etiam Trassatus aut praesentans honorandi Trassantis aut alicujus praecedentis gratia acceptare potest. 1840: 15. I. §. 74.
— contra Trassatum vel adressatum interposita, si intermediatores se praesentarent, qui cambiales praecedentis cujuspiam honorandi causa acceptare vellent, illi intermediatori praeferentia tribuetur, per quem in casu subsecuturae solutionis plurimi obligati ab onere immunes evadunt. Eod. §. 75.
— cambiaria est fidedignum literale instrumentum, quo mediante super factis pro fundamento regressus deservientibus testimonium perhibetur. 1840: 15. I. §. 126.
— cambiaria in locis, in quibus Tribunal cmbiale praeexistit, per notarios cambiales hunc in finem constitutos, in aliis locis per notarios magistratuales, et Judices Nobilium effectuabitur. Eod. §. 127.

Protestatio cambiaria in locis Tribunali cambiali provisis, in civitatibus ac oppidis intra 24. horas, in aliis Comitatuum locis intra octiduum interponi debet. 1840: 15. I. §. 127.
— cambiariae terminus semper a hora 12-ma meridiana computabitur. Eod. §. 127.
— cambiariam interponens Notarius vel persona judiciaria ad locum acceptationis vel praesentationis personaliter concedere debet, et in casum denegatae acceptationis aut solutionis indagabit. 1840: 15. I. §. 128. 129.
— per Notarios cambiales interpositarum Protocolla apud Tribunalia Cambialia, per Magistratuales peractarum Protocolla apud Jurisdictiones asservabuntur. 1840: 15. I. §. 132.
— interpositarum copia e Protocollis erga requisitionem in forma authentica extradabitur. 1840: 15. I. §. 134.
— in uno eodemque loco contra plures instituta uni eidemque instrumento inseri potest. 1840: 15. I. §. 134.
— cambialis taxa singillatim, etiamsi in uno eodemque instrumento plures continerentur sunt 2. floreni C. M. Eodem. §. 135.
— cambiariam interponens eandem etiam beneficio cursoris publici communicare potest. 1840: 15. I. §. 139.
— cambiariam interponens si hanc via Tribunalis cambialis, aut concernentis Jurisdictionis communicare desiderat, instrumentum protestatorium Instantia sua mediante ad summum intra 48. horas exhibenda in tot originalibus exemplaribus debet exhibere, quot personas certiorari cupit. Eodem.
— decernens decisum Tribunalis Cambialis 12 crucigeris redimitur. 1840: 15. II. 16. §. 1. ad 9.
— intuitu dimissis pro literis compassualibus Tribunali Cambiali solventur 40. crucigeri. 1840: 15. II: 16. §. 1. ad 10.
— pro exhibitione Tribunali cambiali obveniunt 10 crucigeri. 1840: 15. II. 16. §. 1. ad 11.
— Taxa, etiamsi in eodem instrumento protestatorio plures comprehenderentur, in 2. florenis C. M. defigitur. 1840: 15. II. 16. §. 15.
— cambiariae coram Tribunalibus cambialibus interponi debent. 1840: 15. II. §. 18.
— de cambiali subsecuta praecedentes edoceri desiderans instantiam eatenus Tribunali cambiali; ubi hoc non existit in civitatibus L. R. et oppidis Civico aut oppidano Magistratui, alibi Vice-Comiti praesentare; et in tali instantia nomen et locum habitationis cujuslibet certiorandi Praecedentis diserte exponere, instantiamque in tot paribus exhibere tenetur, ut cuilibet Praecedenti et ipsi etiam supplicanti unum exemplar obtingat. 1840: 15. II. §. 43. 44. 45.
— cambiariae pro certioratione interpellata Jurisdictio, exhibitas eatenus instantias et copias protestationis iis adnexas, citra moram ad summum intra 24 horas, in casu necessitatis etiam praesidialiter, medio compassualium illi Jurisdictioni, in cujus ambitu praecedentes certiorandi habitant, ea cum provocatione transmittet, ut transmissam instantiam, et protestationis copiam certiorandis indilatim exhiberi faciat. Eod. §. 46.
Sicz possessiones usque generalem metarum rectificationem in statu quo permaneant. 1638: 37.
Sidenich Georgius indigenatum consequitur. 1659: 133. §. 9.
Sidófölde villa excipitur a gratuitis laboribus ad Pápa. 1635: 92.
Sige praedium Comitatui Szathmáriensi incorporatur. 1827: 34. §. 2.
Sigillo falso utens olim notam incurrit. I: 14. Jam vero poena mortis plectitur. 1723: 11.
— est signum notorium alicui metallo vel cerae impressum, corroborans omne factum. II: 13.
— Authenticum est proprie Principum, et ordinariorum Regni Judicum, nec non Capitulorum ac Conventuum, hujusmodi sigillum literis appositum confirmat omne factum literis expressum et declaratum. II: 13. §. 2.
— secretum est, quo Rex in praecipuis negotiis et confirmatione privilegiorum utitur. II: 13. §. 2. Asservatur apud Cancellariam Regiam. 1609: 73.
— habent etiam civitates et oppida regia per Reges vel Principes ipsis concessum, quod in medio eorum valet. II: 13. §. 3.
— privatum est privatae personae sigillum, quod nihil perpetuitatis sub se continere potest. II: 13. §. 4.
— Authenticum habentes, prout Archi-Episcopi, Episcopi, Perpetui Comites, Bani, Prior Auranae, sub eodem sigillo Procuratores constituere possunt. II: 13. §. 6.
— Regio citatus, et non comparens, causam amittebat, et solvebat quinque pensas toties, quoties illud rejecit. S. Lad. I: 42. et III: 26.
— suo Judex omnem, praeter clericum, citare potest. S. Lad. III: 25.
— Rex quintuplici, Bulla Aurea videlicet, duplici, secreto, judiciali et annulari utitur. 1471: 18.
— et arma propria cognoscibilia habeat Judex Nobilium. 1486: 9. §. 3. 1492: 34. §. 3.
— Conventui Szent Job restituatur. 1498: 11.
— Regis judiciale saecularis conservet. 1507: 4. §. 2. et 1514. 35.
— Regis et Reginae Cancellarii Hungarici custodiant. 1525: 3.
— desolatorum Conventuum et Comitatuum requirantur. 1550: 61.

Sigilla Comitatuum Vice-Comites teneant. 1550: 62.
— Capituli Veszprimiensis reformetur. 1557: 22. 1635: 85.
— novum accipiat Capitulum Castriferrei. 1587: 46.
— Capituli Agriensis in minus mutetur. 1597: 38.
— Bullae Aureae privilegiis appendi solitum duplicem taxam poscit. 1609: 73.
— Capituli vel Conventus detinens ad restituendum cogatur, et negans se tale habere, juramento se purget, secus ad Diaetam evocetur, et qua falsarius puniatur. 1622: 15.
— Conventus Lelesz renovetur. 1655: 103.
— Conventiculi Rosenbergensis, tempore revolutionis Rákóczyanae a factiosis ministris temere confectum cassatur. 1715: 31.
— falsum sculpens poenam Capitalem incurrit. 1723: 11. §. 10.
— Tabulae Districtualis, ejusque inscriptio. 1723: 30. § 6.
— privatis celebratae fassiones velut hypothecam sapientes per Comitatum discutiantur. 1723: 47.
— Consilii Locumtenentialis Regii determinatur. 1723: 98. §. 3.
— Regis duplex Primati Regni pro exercenda legali activitate consignetur. 1741: 10. 1751: 3.
— Capitulo Coloczensi restituitur. 1751: 7.
— habentes Protonotarii Palatinalis et Judicis Curiae Regiae expeditiones facere possunt. 1807: 15.
— officii fallimentario concreditum sequestro judiciali subjici nequit. 1840: 15. II. §. 154.
— officii literis facultatoriis Notarii Cambialis inseritur. 1840. 15. II. §. 222.

Sigismundus Consilium Constantiense sub Martino 1-o solvit. I: 11. §. 6.
— Regis privilegia ante annum 1406 collata, nisi deinceps confirmata fuerint, non valent. II: 14. §. 26. 33.
— notae infidelitatis reis gratiam facit, jubetque possessores, quibus bona collata sunt, ad se evocari, et adhibitis testibus fidelibus, in quos pars utraque compromittat, Rex cum Statibus causam cognoscat, et decidat. 1404: §. 9—20.

Signaturae sine improtocollatione in Archivis repertae, in extradatis qua tales per capitula et conventus specificentur, vi probandi cariturae. 1723: 42.

Signum adventus Turcarum nbique detur. 1538: 8.
— distinctiva Insurrectionis Palatinus determinabit. 1808: 3. §. 12.

Sigray Franciscus Protonotarius ad Commissionem limitaneam. 1723: 17.
— Joannes de summa pecuniaria Georgii quondam Draskovich dat rationes. 1659: 122. Rationum mediae tricesimae censor. 1662: 26.
— Joannes alter Tabulae Regiae Assessor ad Commissionem metalem inter Sztrecsen et Budetin. 1715: 112. Versus Austriam. 1723: 17.
— Joannes Episcopus Temnensis. 1715: Concl.
— Josephus Tabulae Regiae Assessor in negotio Religionis Commissarius. 1715: 30. Ad Commissionem limitaneam. 1715: 39. Ad Commissionem Jaurinensem. 1715: 43. In negotio civitatis Neostadiensis. 1715: 72.
— C. Josephus alter Consiliarius ad revisionem operatorum systematicorum deputatur. 1827: 8.
— Mathias Rationum Contributionalium Censor. 1681: 16.

Silentium imponatur litigantibus, si eorum bonorum, quae requirunt, literas habent, et occultant. 1622: 75.

Silesiae Dux titulus Regnum Hungariae. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. 1715 2. 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1812. 1827. 1830. 1836. 1840. 1844. Exord.
— In Silesia factae regnicolarum expensae refundantur. 1492: 4.

Silesiae super juramento fidelitatis Rex det regnicolis literas testimoniales. 1498: 24.
— Moravia, Lusatia olim Hungariae subjectae juramentum fidelitatis praestare tenebantur. 1498: 24.
— An a Silesitis juramentum feudi pro Hungaria exactum sit, Rex edoceat regnicolas. 1504: 21.
— Ne se illuc coloni ad evitandam contributionem conferant, impediatur. 1522: 45.
— Silesiticam monetam cupream inferentes capite plectantur. 1526: 35.
— Joannes et Paulus Podmaniczky non interteneant in Silesia stipendiatos ad inferenda regnicolis damna. 1542: 45. Poson.
— cum Silesitis tractavit Ferdinandus Rex de Regni defensiva expeditione. 1543: R. §. 11.
— Silesiam versus occlusa itinera libera reddantur. 1546: 51.
— Ex Silesia in Poloniam inhibeatur mercium eductio, si Polonis in Hungariam prohibita manserit. 1546: 59.
— Ad rectificandas metas versus Silesiam nominantur Commissarii. 1604: 15. 1613: 26. 1618: 12. 1625: 23. 1635: 56. 1638: 37. 1647: 70. 1655: 30. 1662: 37. 1681: 23. 1687: 15. 1715: 39. 1723: 17. 1751: 26. 1765: 16. 1802: 26.
— Silesiae Plenipotentiarii ad Pacificationem Viennensem subscribunt Hungaris Assecuratorias Literas de illa observanda. 1606.
— Eo nominantur Legati pro subsidiis. 1609: 68.
— Ibidem augmentum tricesimarum et teloniorum sufferatur, et antiqua exactio inducatur. 1625: 32.
— Aggeres versus Silesiam ad Budetin et Jablunka erecti diruantur. 1630: 16. 1647: 69.
— Inde sperantur subsidia pro Confiniis Hungaricis. 1638: 34.
— Ejus civitates et oppida a rebus inducendis mediam tricesimam solvant. 1647: 28.
— Silesitis vina regnicolarum transdanubialium coëmentibus civitates Soproniensis et Posoniensis non ponant obices. 1647: 80.
— Eadem immunitatur a tricesima vinorum et mercium. 1649: 13.
— Eidem imminet periculum amisso Varadino. 1662: 19.
— Ibi exercitus Austriacus Borussiae Regi oppositus est. 1741: 63.
— querimonae Comitatuum Nitriensis et Trenchiniensis contra ejus incolas complanentur. 1741: 45.
— tangentes querimoniae revideantur, laesis satisfactio procuretur, et differentiae limitaneae complanentur. 1741: 45. 1791: 68. 1802: 26.

Siligo decimatur. 1481: 1. 1498: 51. §. 9.
— sub poena confiscationis e regno non evehatur. 1601: 17. 1603: 11.
— e regno evehi potest. 1807: 6.
— titulo subsidii belli Regi offertur. 1796: 2. 1812: 1.

Silla Mathias a dandis de restantiis rationibus absolvitur. 1618: 44.

Silly Petrus Cumanus super libertate falsas literas impetrat. I: 14.

Simándi Petrus Appellationum Assessoribus adjunctus. 1559: 38.
— Stephanus Episcopus Transylvaniae Commissarius ad fluvium Rába. 1635: 64. 1638: Concl. Pro abolendis teloniis siccis in partibus ultra-tibiscanis. 1647: 91. Appellationibus intersit. 1647: 103. 129. 1649. Concl.

Sümegh ad arcem deputantur gratuiti labores ex bonis Episcopi Veszprimiensis. 1556: 7. 1613: 8. Ex propriis pertinentiis. 1604: 8. 1618: 49. 1622: 36. 1630: 3. 1635: 92.
— Eadem militibus et instrumentis provideatur. 1597: 31. 1603: 8.
— Ad illius Confinium Episcopus Veszprimieusis contributionem convertat. 1647: 25.
— oppido per Georgium Széchényi muris cincto necessariae munitiones subministrentur. 1662: 18.

Simeghensis Comitatus Defensionis curam Rex habeat. 1546: 40. Militet in confiniis. 1555: 4.
— habet proprium sigillum. 1550: 62.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad Babolcha. 1559: 31. Ad Canisam. 1567: 17. 1569: 19. 1578: 27. Ad Kis-Komár. 1602: 14. 1604: 8. 1618: 49. 1622: 36. Excepta possessione Zákány. 1630: 3. Ad munitionem arcis Szalavár. 1625: 20. 1681: 7. Ex bonis Episcopi Veszprimiensis deputantur ad Simegh et Komár. 1556: 7. Ex bonis Zrinianis ad Légrád. 1608: 15. p. cor. 1613: 8. 1622: 36. Et ex Lengyelianis bonis ad Szigligeth. 1613: 8. Ad Szalavár. 1622: 36. 1659: 130. 1681: 7.
— Ejus per Turcas occupati injuriae discutiantur in Comitatu Szaladiensi. 1596: 41.
— Idem jura sua deinceps in Sede Comitatus Szaladiensis prosequatur. 1608: 21. p. cor.
— Depraedationes per praesidiarios ibidem fieri solitae complanentur. 1635: 37.
— Ejus et Szaladiensis Comitatus Vice Comes deputatur ad rectificandas metas Regni versus Austriam. 1638: 37.
— Metas ejus cum Slavonia controversas Palatinus decidat. 1715: 40.
— Idem a Comitatu Szaladiensi separetur, et propriam jurisdictionem recipiat. 1715: 86.
— Adnumeratur Tabulae Judiciariae Districtuali Trans-Danubianae Ginsiensi. 1723: 31.
— Contraxit cum Abbate S. Martini ratione decimarum. 1729: 45.
— Idem ob sublatum telonium Fokiense viarum, pontium, et aggerum reparationem in se suscepit. 1751: 9.
— Terrenum Répás cis fluvium Dravum eidem restituatur. 1751: 13.
— Ad idem terrenum et diverticulum Répás restituendum nominanda Commissio. 1802: 27.
— Idem pro Musaeo Nationali offert 14134 florenos 37⅛ cruciferos. 1827: 35.
— Idem spectat ad Tribunal Cambiale Pestiense. 1840: 15. II. §. 2. a).
Simontornyense telonium suffertur. 1751: 9.
Simonyi in loco Evangelici templum, scholas, et parochiam erigere possunt. 1681: 26. §. 5.
Sina Baronis Georgii sub praesidio coalescenti Actionariae Societati, Danubium cum Tybisco canale conjungere intendenti, expropriatio, et desumtio vectigalis 50 annis applacidatur. 1840: 38.
— cum Barone Georgio stipulatus de ponte stabili Budam inter et Pestinum struendo Contractus confirmatur. 1840: 39.
Sinczendorf Christophorus Comes indigenatum adipiscitur. 1655: 119. §. 9.
— Joannes Carolus C. indigenatus juramentum deponit. 1662: 54.
— Ludovico, Joanni, et Alberto Comitibus indigenatus confertur. 1659: 131. §. 5. 6. 7.
— Philippus Ludovicus Cardinalis, Episcopus Jaurinensis. 1729. Concl.
— Rudolphus, et Sigismundus Fridericus Comites fiunt indigenae. 1659: 133.
Sinkoran canes anglico venaticos intertenere iisque venari prohibetur. 1729: 22. §. 9.
Siófok Possessionis intuitu, vertens controversia ad Commissionem articularem denuo relegatur. 1836: 28.
Sipos Pauli sessio in oppido Vép restituitur Evangelicis. 1647: 6.
Sirchich Simeon pro Academia militari Ludovicea offert ducentos florenos. 1812: 2.
Sirok arcem reparabunt proprii coloni, et qui antea arces Náva ad Oroszlánkő repararunt. 1578: 27. §. 11.
— Eam Turcis tradentes puniantur. 1597: 29.
Sisatovacz contributioni subjicitur. 1751: 38.
Siscium Arx a Turcis recuperata. 1601: 3.
Siscium ad Litorale Hungaricum struendae semitae ferreae assistentia praebeatur, necessarii fundi erga condignam bonificationem cedantur, et desummendae taxae atque anni concessionis per supremum in politicis Dicasterium determinentur. 1836: 25.
Sitke nomen et praedicatum familiae. 1518: 39. Bács.
Sitkei familiae ratione Arcis Kövesd triumphantis literae adjudicatoriae vim et robur habeant. 1574: 31.
Sitra ab Ehrenheim Jacobus indigenatum adipiscitur. 1840: 52. §. 4.
Sitva fluvium inter et Danubium positis in castris conclusa Pax cum Turcis die 11-ma Novembris. 1606.
— **Torokiensis** pax Turcica effectuetur. 1609: 26. 1613: 35. 1618: 2. Ab ejus tempore multi pagi Turcis subjugati sunt. 1655: 3.
Skaricza Gabriel Judiciis intersit. 1715: 24. Membrum Commissionis Systematicae. 1715: 59.
Skerlecz Joannes Commissarius pro rectificatione metarum versus Mare Adriaticum. 1655: 30.
— Nicolaus commembrum Deputationis Commercialis et Commissariaticae nominatur. 1791: 67.
Skriniczky Capitaneus in Slavonia miserae plebis depopulator. 1596: 46.
Skublics Emericus pro Academia militari Ludovicea offert tercentos florenos. 1812: 2.
Slavoniae Statuta contra Decreta Regni et sententias judicum non valent. III: 2. §. 2. 5. 6.
— in suis libertatibus confirmatur. 1464: 13. 1492: 1. 1600: 27. 1649: 33. 1687: 22.
— Bano subordinatur. 1536: 50. 1741: 50.
— sale marino uti potest. 1548: 29. 1635: 43. 1715: 122.
— arcem Petrinia muniat. 1597: 15.
— arcem Chasma reparabit. 1604: 7.
— ad salaria coronae custodum conferat. 1613: 9. §. 3. 1638: 8. 1647: 34. 1649: 96. 1655: 15. 1659: 10. 1662: 50. §. 4. 1681: 36.
— in Comitiis votum et sessionem habet. 1625: 61. 1723: 7. §. 4
— Tricesimam integram ad Cameram administrabit. 1649: 4.
— in usu suo contributionem exigendi relinquitur. 1659: 68.
— decimas solvat. 1659: 105.
— insurgere obligatur. 1681: 66. 1741: 59. 1805: 2. 1808: 5.
— inferior Hungariae reincorporetur. 1715: 118. 1741: 18. 50.
— Judaeos non admittit. 1729: 19.
— in regno Evangelici nec bona possidere, nec officia seu publica seu privata gerere possunt. 1741: 46. 1791: 26. §. 14.
— ab hybernis condescensionibus et transennis sit libera. 1741: 46. §. 4.
— incolae pro Hungaris habeantur et sint omnium officiorum capaces. 1741: 61.
— insurrectio dependebit a Palatino. 1805: 2.
— insurrectionalem militiam Rex ex aerario suo provideat. 1805: 2.
Slavonicis in Comitatibus circa lignorum consecationem et devectionem vigens usus relinquitur. 1840: 7. §. 8.
— Confiniariae Legiones spectant ad Tribunal cambiale Carolostadiense. 1840: 15. II. §. 2. d).
Vide: Slavonia.
Smeskal Jobi haeredes ob non exsoluta debita in Silesia arestati eliberentur. 1647: 94.
Smicsek Josephus Deputationis Commissariaticae commembrum nominatur. 1791: 67.
Sóbánya possessio ad Comitatum Sárosiensem contribuat. 1715: 96.
Sober Joannes Praepositus pro Academia militari Ludovicea offert bis mille florenos. 1808: 7. §. 18.

Socialium Contractuum apud Tribunal Cambiale improtocollatorum paria authentica, intuitu continentiarum contractus coram omni Foro et Jurisdictione plenam probam praestant. 1840: 15. II. §. 41.

— Contractui inesse debent: 1-o finis, ad quem societas coaluit, 2-o Nomina commembrorum, 3-o quid, et qualiter quivis conferre obligetur, 4-o tempus, intra quod obligatio haec praestanda est, 5-o opera, quam quilibet in se assummere obligatur, 6-o quisnam directionem negotiorum habeat, determinandorum negotiorum modalitas, Firmae Ductoris denominatio, 7-o tempus et modus praestandarum et censurandarum Rationum, 8-o tempus et clavis repartitionis lucri, 9-o quomodo quis e societate egredi, aut ad egrediendum cogi possit, et 10-o ad casum egressus singillativi commembri, aut dissolutionis societatis facultates sociales subrepartiendae sint. 1840: 18. §. 5.

Societas Navalis Hungarica pro Academia militari Ludovicea offert duodecim millia florenorum. 1808: 7. §. 18.

— Actionariae capacitate cambiaria passiva tunc tantum gaudebunt, si earum contractus socialis penes concernens Tribunal Cambiale depositus, et nomenclatio (Firma) earum improtocollata fuerit. 1840: 15. I. §. 12.

— improtocollata si cambiales acceptet, omnia illius membra in solidum obligantur. 1840: 15. I. §. 81.

— mercantilium et industrialium contractus atque firmae apud Tribunal Cambiale improtocollari debent. 1840: 15. II. §. 18. 35. 36. 37. 38.

— Actionaria Contractum suum fundamentalem improtocollari cupiens medio Deputationis improtocollationali plenipotentia provisae coram Tribunli Cambiali comparebit. 1840: 15. II. §. 36.

— communis lucri faciendi causa coalita, si jus subscriptionem nomine suo adornandi uni aut pluribus individuis suis attribueret, hoc ipsum in Contractu specialiter attingere debet, in hoc casu Firmae Ductores semper in persona una cum commembris societatis coram Tribunali Cambiali comparebunt, ubi post improtocollationem contractus Firma Societatis Protocollo Firmarum inferetur. 1840: 15. II. §. 40.

— Actionariae coram Tribunali Cambiali improtocollatae libros semiplena proba gaudentes ducere possunt. 1840: 15. II. §. 107.

— mercantiles improtocollatae ex objectis communibus nihil praetendere possunt. 1840: 15. II. §. 160.

— communis negotii causa coalescentes pro improtocollatione contractus Tribunali cambiali sex florenos solvere obligantur. 1840: 15. II. 16. §. 1.

— communis negotii causa coalescentes appellantur, quarum commembra in Firma Societatis diserte nominantur, vel hocce Firmae subnexo *et socii* (et Comp.) comprehenduntur, in tali societate ratione Contractuum per societatem cum exteris stipulatorum singulum membrum tota sua substantia cavet. 1840: 18. §. 1.

— Actiocariae vocantur, quarum commembra in Firma non nominantur, et ultra summam pro actiis solutam non cavent. 1840: 18. §. 1.

— communis negotii causa coalescentium commembra esse nequeunt: cridatarii, proxenetae, qui ex capite doli puniti sunt, et horum uxores, societas talibus commembris constans juribus societatum improtocollatarum non pollebit. 1840: 18. §. 2. 3.

— communis negotii causa coalescentis a quovis membro aequalis rata et opera praetendi potest, nisi contractu aliter stipulatum fuisset. 1840. 18. §. 8.

Societatis commembra talia negotia gerere non possunt, quae fini societatis adversantur. 1840: 18. §. 9.

— ordinariorum negotiorum pro decisione omnia commembra convocanda sunt, sociorum ad praefixum terminum comparentium realis majoritas concludit. 1840: 18. §. 10.

— in majoris momenti negotiis decidendis omnium commembrorum praesentia et consensus requiritur. 1840: 18. §. 11.

— Firmae Ductor si absque speciali activisatione negotium quodpiam mercantile suscepit, vel societatis nomine obligationem quampiam assumsit, eatenus societati respondere tenetur, haec attamen contractui per illum inito, aut negotio mercantili stare obligatur. 1840: 18. §. 12.

— si ad longius tempus inita fuit, repartitio lucri cum fine cujusvis anni locum habebit. 1840: 18. §. 13.

— lucrum inter socios a proportione ratarum est repartiendum. 1840: 18. §. 14.

— rationes et libros mercantiles cuivis socio inspicere licet. 1840: 18. §. 15.

— quilibet socius ad vires tantum collatae per se ratae obstrictus est. 1840: 18. §. 16.

— mercantiles inter, et personas subsidiarias occurrentes correlationes iisdem legibus determinentur, quae intuitu correlationum negotiorum et fabricantium vigent. 1840: 18. §. 17.

— debitorum edictio e deciso tantum sociali vel per illum fieri potest, qui deciso sociali ad id activisatur. 1840: 18. §. 18.

— mercantilis uni vel pluribus commembris directio negotiorum socialium concredi potest. 1840: 18. §. 19.

— in mercantilem si novum membrum suscipitur, separatus cum eodem Contractus stipulandus, coram Tribunali Cambiali improtocollandus. 1840: 18. §. 20. 21.

— mercantilem si novus socius absque omni restrictione ingrediatur, eadem cum prioribus sociis jura consequitur. 1840: 18. §. 22.

— mercantilis si tacitos socios recipiat, cum his scriptum contractum inibit, sed hic improtocollari non debet. 1840: 18. §. 23.

— mercantilem ingressis sociis tacitis status activus et passivus exhiberi, et huic summa a socio tacito incassata perprius inseri debet. 1840: 18. §. 31.

— mercantilis de statu activo et passivo confecta in consignatione si tardius error observaretur, qui socium tacitum periculo exponeret, ille, qui consignationem studio ita adornavit, qua falsarius puniendus est. 1840: 18. §. 32.

— mercantilis improtocollatae creditor praetensionem suam a singulo improtocollatae societatis membro in solidum exigere potest. 1840: 18. §. 34.

— mercantilis per creditorem ad solutionem in solidum conventus socius contra caeteros socios regressum habet. 1840: 18. §. 36.

— obligationi suae non satisfaciens commembrum excludere potest. 1840: 18. §. 37. g).

— jus intuitu singillativorum sociorum exstinguitur: 1-o Morte socii, 2-o si socius in concursum incidat, 3-o si ex capite doli puniatur, 4-o si ordinem talem amplectatur, cujus membra societatem mercantilem ingredi non possunt, 5-o effluxu temporis, ad quod socius se obligavit, 6-o si socius egressum suum semestri prius insinuavit, 7-o quamprimum socii essentiales societatis obligationes non adimplent socius statim egredi potest. 1840: 18. §. 37.

— mercantilis totalis dissolutio habet locum: 1-o si scopus socialis amplius obtineri nequeat, 2-o si tempus, ad quod societas coaluit, exspiravit,

3-o si conditio pro dissolutione designata subsecuta sit, 4-o si socius, cujus personali participationi societas persistentiam suam alligavit, fatis cessit, 5-o si major pars sociorum mortua, concursui subjecta, poena criminis falsi afflicta, aut ordinem, qui societates mercantiles inire vetatur, amplexa sit, 6-o si socii in dissolutionem societatis consentiant. 1840: 18. §. 39.

Societatis mercantilis totalis dissolutio, aut singillativus sociorum egressus Tribunali Cambiali insinuabitur, et per Consilium Locumtenentiale Regium publicabitur. 1840: 18. §. 40.

— mercantilis per dissolutionem, aut sociorum egressum creditorum societatis jura non laeduntur. 1840: 18. §. 41.

— mercantilis creditores si intra duos annos a publicatione dissolutionis aut egressus computandos intuitu suae erga societatem fotae praetensionis causam non incaminaverint, egrediens sosius amplius non relate ad totalem praetensionem in solidum, sed tantum partem hujus eundem proportionate ferientis Actione conveniri poterit. 1840: 18. §. 41.

— mercantilis si occasione dissolutionis, aut egressus sociorum, contractum talem inivit, vigore cujus certa in eodem nominetenus designata commembra cuncta societatis debita in se assumpserunt, et contractus ille via Tribunalis Cambialis et Consilii Locumtenentialis Regii publicatus fuit, creditores societatis post efluxum duorum annorum praetensiones suas ab illis sociis exigere poterunt, qui contractu mediante pro debitis societatis caverunt. 1840: 18. §. 42.

— mercantilis dum dissolvitur, res indivisibiles aestimari debebunt. Selectiva illi socio competet, qui ultra pretium aestimationale plurimum obtulit. Si majus pretium oblatum non est, jus selectivae sociis juxta illam seriem competet, qua contractum socialem subscripserunt. 1840: 18. §. 50.

— e mercantili si unus alterve egrediatur, libri, correspondentia et alia documenta penes membra societatem continuantia manebunt, quae talia ad sociorum egredientium petitum et expensas in paribus extradare obligabuntur. 1840: 18. §. 51.

— mercantilis si penitus dissolvatur, et respectivae partes intuitu conservationis documentorum inter se non convenerunt, horum conservatio sociis juxta seriem subscriptionis respiciet. 1840: 18. §. 52.

— in mercantilibus protocollatis, cunctae praetensiones, quas singillativa commembra contra societatem, et haec contra illa formarent, si hae e nexu seriali resultant, coram illo Tribunali pertractabuntur, coram quo societas improtocollata fuit. In mutuis sociorum praetensionibus praeter appellatam et viam novi alia remedia juridica locum non habent. 1840: 18. §. 53.

— mercantilium haud protocollatarum mutuae inter socios obortae praetensiones coram judicio concursuali decidentur. 1840: 18. §. 53.

— contra mercantilem si quis ad societatem haud spectans praetensionem formaret, illam in figuram judicii concursualis citabit, tota autem societas singularem personam coram competente illius foro lite conveniet. 1840: 18. §. 53.

— actionaria *vide: Actionaria.*

Socii taciti sunt, qui nonnisi certam summam societati tradunt, et ultra hanc pro debitis societatis non cavent. 1840: 18. §. 1. b).

— tacito, ad ratam hujus socialem, et obvenientia interusuria omnia societatis commembra cum tota sua substantia cavent. 1840: 18. §. 25. 26.

— tacitus post reobtentum a societate investitum capitale, creditoribus societatis ad vires capitalis sui decursu duorum annorum adhuc obstrictus manet. 1840: 18. §. 27.

Socii taciti in contractu sociali sibi interusuria legalibus majora deobligari facere possunt, quin illa usuram redoleant. 1840: 18. §. 28.

— tacitis interusuria quovis semestri exsolvantur. 1840: 18. §. 29. 30.

— taciti in directionem societatis mercantilis non influunt, rationes interim et libros perlustrare, et personis subsidiariis invigilare possunt. 1840: 18. §. 33.

— mercantilis tacitus egrediens, evoluto duorum annorum spatio, praetensionem suam contra illos tantum socios dirigere poterit, qui debita societatis contractu mediante in se assumpserunt. 1840: 18. §. 43.

— mercantilis egrediens, si intra duos annos solidarie in causam attraheretur, contra singula societatis membra jure evictionis gaudet. 1840: 18. §. 44.

— mercantilis tacitus, dum e societate egreditur, ratam, quam contulit, et deobligata sibi interusuria praetendere potest. 1840: 18. §. 45.

— mercantilis apertus egrediens, status activi et passivi societatis designationem, et ratae illius proportionalis, quae detractis cunctis praetensionibus singulo commembro obtingit, extradationem praetendere potest. 1840: 18. §. 46.

— mercantilis apertus, dum e societate egreditur. exigere potest, ut omnes societatis creditores indilatim excontententur, vel ad minimum praetensiones illorum securae reddantur. 1840: 18. §. 47.

— mercantilis egrediens praetendere potest, ut substantia socialis in natura dividatur. Quodsi absque valoris jactura fieri nequiret, membra in societate permanentia dividendarum rerum pretium determinabunt, egredienti socio liberum erit, res illo pretio acceptare, et ratas caeteris sociis obvenientes exsolvere, vel vero partem ex eodem pretio sibi obvenientem exsolvi facere. 1840: 18. §. 48.

— mercantilis egrediens, si societas rerum dividendarum pretium determinare nollet, aestimationem per aestimatores effectuandam a judicio postulabit. 1840: 18. §. 49

Sodalis mercantilis in qualitate Firmae Ductoris ad subscribendos cambiales activisati subscriptio apud Tribunal Cambiale improtocollari debet. 1840: 15. II. §. 40. 16. §. 48. 49.

— mercantiles a negotiatore consvetam intertentionem, et habitationem, adjunctis loci attemperatam solutionem menstruam et justum servitii attestatum praetendere, et nonnisi praemissa duorum mensium edictione servitium deserere possunt. 1840: 16. §. 28. 29.

— e servitio repente excedere possunt, dum negotiator obligationi suae erga sodales stare non vult, et tunc talis sodalis non tantum pro praeterito, sed etiam pro toto edictionis tempore excontentationem praetendere potest, e contra negotiator sodalem illico dimittere potest, dum sodali mercedem pro edictionis tempore anticipative persolvit, aut si sodalis semet infidelitatis, aut laesae alterius momentosioris obligationis reum efficiat, vel necessariis cognitionibus penitus destituatur. 1840: 16. §. 30.

— inter et negotiatores vertentes controversias in civitatibus et oppidis civicus aut oppidanus Magistratus, alibi processualis Judex Nobilium, auditis partibus oraliter semper et summarie decidet, et tertia ad summum die effectui mancipabit; pars non contenta causam extraordinaria juris via prosequi potest. 1840: 16. §. 32.

— ad subscribendas nomine Principalis correspondentias et schaedas tariffales activisati subscriptio penes concernentem Jurisdictionem improtocollari debet. 1840: 16. §. 48.

Sodales ad minutum commercium appliciti de pretio mercium convenire, illud recipere, et quietare possunt. 1840: 16. §. 50.
Soldes Martini Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Szalavár. 1608: 15. p. cor.
Solmos super possessione per Gabrielem de Zömlén fabricatae falsae literae. II: 14. §. 52.
— nomen et praedicatum familiae. II: 14. §. 52.
Solna est locus antiquus tricesimae. 1498: 34.
— oppidi immunitas a telonio in salvo relinquitur. 1659: 57.
— Ejus incolis justitia et satisfactio administretur. 1659: 82.
— Ibidem tricesima capitalis stabilitur. 1715: 91.
Solth Comitatus gratuiti labores deputantur ad Agriam. 1569: 19. 1578: 27. Ad Gyarmath. 1647: 153. Ad Somoskő. 1681: 7.
— Ejus Incatti versus Tibiscum in praesidio Fülek, versus Danubium in praesidio Szécsen discutiantur. 1655: 56.
— Ejus et Comitatuum Pest ac Pilis supremus Comes sit Palatinus. 1659: 76.
— In eo relinquuntur actu possessa templa pro libero exercitio religionis. 1681: 26.
— **Sedis** causas discutiat Comitatus Pestiensis. 1569: 52.
— Ejus gratuiti labores ad Vácz. 1618: 49. Ad Gyarmath. 1622: 36. 1635: 93.
Solutionis locus cambialium ille erit, qui primus nominatur. 1840: 15. I. §. 18.
— terminus in cambialibus praestitui potest ad visum, ad placitum, a dato vel post visum ad determinatum tempus, ad certum diem, ad usum, et ad nundinas. 1840: 15. I. §. 89.
— terminus cambialium non acceptatarum, quamprimum protestatio interponitur, exspirat. 1840: 15. I. §. 99.
— pro obtinenda, cambiales praesentari, et solutor accedi debet. 1840: 15. I. §. 100.
— cambialium etiam ante efluxum termini solutionis fieri et acceptari potest. 1840: 15. I. §. 101.
— termino cambialium, in diem festum vel dominicum incidente, christianus solutionem illo die nec praestare, nec praetendere obligatur, sed usque proximum diem feriatum exspectare potest, israelita e contra, si solutio in sabbatum vel festum incidat, usque horam pomeridianam tertiam diei feriati sabbatum vel festum praecedentis solvere tenetur. 1840: 15. I. §. 110.
— cambialium si nec trassatus, nec adressati praestare vellent, quiscunque, ipse etiam praesentans penes protestationem cambiales exsolvere potest. 1840: 15. I. §. 113.
— cambialium per adressatum necessitatis causa constitutum facta, solutioni honorantis aequiparatur. 1840: 15. I. §. 114.
— obligatio cambiaria si a nuncupando juramento dependeat, conditio haec in sententia diserte commemorari, formula juramenti stabiliri, et pro nuncupatione ejusdem brevi, ultra triduum protendi nequiens, terminus praefigi debet. 1840: 15. I. §. 131.
— cambialium, succedentes solutoris ab obligatione liberantur. 1840: 15. I. §. 150.
— cambiariae ab onere tam honorans, quam praesentantis praecedentes absolvuntur, si in praesentatione scopo solutionis facta remora intervenit. 1840: 15. I. §. 153.
— cambialium exigere potest, ut cambiales et reliqua documenta illi extradentur. 1840: 15. I. §. 162.
— cambiariam si plures offerrent, praeferentia illi competit, per quem plures praecedentes ab obligatione liberantur. 1840: 15. I. §. 163.
— loci designatio in cambialibus tam acceptantem et trassantem, quam etiam cunctos praecedentes et fidejussores ita obligat, ac si locus solutionis residentiae eorum locus esset. 1840: 15. II. §. 20.
Solutionem suam suspendentes negotiatores et opifices libros coram Tribunali Cambiali probandi vi gaudentes ducere nequeunt. 1840: 15. II. §. 106. i).
— praetensionibus concursualibus curator massae et exmissum judicii membrum relationem desuper praestabunt, instrumenta factas solutiones respicientia judicio praestabunt, et hoc concursum pro cessante declarabit. 1840: 22. §. 116.
Som Jósa generalis Capitaneus partium inferiorum, Comes Temesiensis. 1495. Concl. Banderiatus. 1498: 22. 1500. 1504. Concl.
Sombergenses Valachi ad pendendam tricesimam adigantur. 1647: 62.
Sombory Emericus Tabulae Regiae Assessor ad Deputationem de alimentatione militiae. 1840: 3.
Somlyó arx milite et necessariis provideatur. 1597: 31.
— arcem propriae appertinentiae reparabunt. 1638: 70. §. 10.
— praedicatum familiae Báthory. 1595. Exord. et 2. *Vide: Kis-Somlyó.*
Sommery Comes Ludovicus in indigenam regni absque voto et sessione diaetali recipitur. 1840: 53.
Somogy oppidum inter Ladislaum Pethe et Georgium Zabó dividatur. 1609: 64.
— in oppido Comitatui Abaujváriensi ingremiato Catholici Evangelicis templum restituant. 1647: 6.
— Franciscus Praepositus Major Capituli Agriensis ad Commissionem limitaneam. 1649: 72. Ratione restitutionis colonorum in Transylvaniam migrantium. 1655: 42. Judiciis Octavalibus intersit. 1649: 76. 1655: 51. Pro abolendis teloniis siccis. 1655: 29.
Somogyi Joannis Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Szécsen. 1618: 49.
— Joannes Abbas de Szekszárd, ad Commissionem limitaneam. 1638: 42.
— Joannes commembrum Deputationis Literariae nominatur. 1791: 67.
— Leopoldus ad commissionem limitaneam. 1807: 31.
— Leopoldus Episcopus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Somoskő arcem Comitatus Neográdiensis reparet. 1559: 23. 1567: 17. §. 14. 1569: 19.
— proprii colomi reparabunt. 1574: 5. §. 2. 1647: 153. 1681: 7.
— arx milite praesidiario hungarico provideatur. 1618: 53.
— Ea pedites viginti alat. 1655: 3. §. 10.
— Hanc arcem reparabit Comitatus Trenchiniensis. 1659: 130. §. 10.
Somsich Lazarus commembrum Deputationis Commercialis nominatur. 1791: 67.
— Nicolaus ad revisionem collectionum Musaei Nationalis deputatur. 1836: 37.
Sonau Georgius indigenatum adipiscitur. 1655: 119. §. 6.
Sonnenbergae Comes titulus Francisci II. Rom. Imperatoris et Hungariae Regis. 1805. Exord.
Sopornyi in loco Catholici Evangelicis templum restituant. 1647: 6. §. 7.
Sóos familia, vetustae litis Actrix, ratione A cis Kövesd, contra haeredes Casparis Seredy triumphat. 1574: 31.
— Stephanus Vice-Comes Comitatus Sárosiensis a Christophoro de Teuffenbach Supremo Capitaneo partium superiorum in vinculis detinetur. 1597: 44.
— de Soóvár Joannes, Vice-Comes Comitatus Sárosiensis Commissarius limitum Regni circa Poloniam. 1647: 70.
Soproniensis Comitatus contra tenorem Decreti extraneis impignoratus per Regem redimatur. 1504: 22.

Soproniensis Comitatus occupata per Germanos castra et possessiones suis dominis restituantur, et in medium Comitatus contribuant. 1542: 47. Poson.
— Differentiae ratione praediorum cum Germanis revideantur. 1547: 38.
— Pro eo Judicia pro festis Epiphaniae et Jacobi Posonii celebrentur. 1548: 19.
— Idem militet ad loca confiniorum. 1555: 4.
— ad reparationem arcis Pápa concurrat. 1559: 32. 1569: 19. §. 15. 1578: 27. §. 24. 1604: 8. §. 18. 1608: 15. §. 3. post. cor. 1613: 8. §. 3. 1618: 49. §. 3. 1622: 36. §. 24. 1630: 3. §. 5. 1647: 153. §. 21. 1649: 86. §. 8.
— Ejus metales controversiae cum Austriacis complanentur. 1559: 47. 1569: 47.
— Nobilium controversiae metales cum Nicolao Jurisith Capitaneo in Kőszegh complanentur. 1567: 44.
— Cupit pro equitibus pedites tenere. 1574: 10.
— In eo executiones peragat Conventus de Chorna. 1574: 32.
— Eidem detur supremus Comes, et Capitaneus Kis-Mártonensis eidem violentias non inferat. 1588: 38.
— Prohibeantur violentiae ex bonis ad Austriam oppignoratis. 1596: 43.
— Ejusdem Comitatus controversiae ratione violentiarum cum vidua Christophori Nádasdy per nominatos utriusque Nationis Commissarios revideatur. 1597: 32.
— Refundantur sumtus in Vallones impensi, et hi ex eo amoveantur. 1601: 30.
— Idem ad Albam Regiam laboribus suis concurrit. 1602: 14. §. 17.
— Idem laboribus suis ad repurgationem fluvii Rába concurrat. 1622: 42. 1647: 129.
— Idem restantes labores gratuitos sub poena dupli praestet. 1649: 6.
— In diminutionem ejus territorii ductus agger a Civitate Neostadiensi ad Ebenfurt revideatur. 1655: 30.
— In ejusdem sede Judiciaria convictio contra Teloniatorem Vimpassingensem pro Civitate Soproniensi executioni mandetur. 1681: 44.
— Ejusdem Comitatus Vice-Comes et Juratus Notarius deputantur ad examinandum negotium contributionis Austriacorum in Hungaria fundos possidentium. 1715: 72.
— Hic Comitatus adnumeratur Tabulae Districtuali Trans-Danubianae Ginsiensi. 1723: 31.
— Ejus Vice-Comes deputatur ad rectificationem metarum Regni versus Austriam. 1723: 17. 1751: 26. 1765: 16. 1791: 68.
— Ab eo excorporatur pars possessionis Ilmitz. 1802: 13.
— Idem pro Musaeo Nationali confert 3782 florenos 8⅝ xr. 1827: 35.
Soproniienses Beneficiati pro insurrectione equites statuant. 1662: 5. 1741: 63. §. 14.
Sopronium civitas subest jurisdictioni Tavernicorum Regalium Magistri. III: 8.
— est locus antiquus tricesimae capitalis. 1498: 34.
— Civium certae causae cum Nobilibus coram Comitatu et Praesentia Personali judicentur. 1498: 38.
— Ejus libertas a telonio notoria est. 1500: 41. 1547: §. 21.
— Civitatem cum Comitatu et Bartfam Rex redimat. 1504: 22.
— Ea pertinet ad bona et proventus Regios inabalienabiles. 1514: 5.
— Est locus tricesimae de animalibus. 1522: 12.
— Ibidem restituatur depositionis locus versus Austriam. 1569: 18.
— Eidem Capitaneus Kis-Martoniensis violentias non inferat. 1588: 38.
— In eadem, salvis ejus libertatibus, residens Capitulum Jaurinense executiones peragat. 1597: 39.
Sopronium Civitas Nobiles vina educentes non molestet. 1608: 14. ante cor.
— Eo, et inde Posonium S. corona deducatur. 1622: 4.
— Ejus civium contra tricesimatores in Neusiedl querelae. 1638: 35.
— Ab iisdem teloniator Ovariensis Bruck- et Stückgeld non exigat. 1647: 88.
— Vinis regnicolarum non ponat obicem. 1647: 80.
— Ejus abusus circa vina Nobilium tollitur. 1649: 91.
— Ejus judex cum Jurato deputatur ad rectificandos abusus tricesimarum, et reformandum vectigal in partibus ultra-danubianis. 1655: 100.
— Ad ejus instantiam convictio contra teloniatorem Vimpassingensem executioni mandetur. 1681: 44.
— Ea in libero religionis exercitio relinquatur. 1681: 26. §. 17. 1715: 30.
— Ea vinorum in territorio suo procreatorum educillationem, et vasatim venditionem admittere tenetur. 1715: 36. §. 4.
— Ibidem stabilitur capitalis tricesima cum filiali Rusthensi. 1715: 91.
— Tribunal Cambiale erigitur. 1840: 15. II. §. 1.
Soro Joanni confertur indigenatus. 1791: 72.
Sorores Nobilium non evocantur, nisi bona eas concernant. 1486: 13. §. 2. 1492: 58. §. 2.
— deficientis in semine, si cum consensu patris vel fratris impossessionato nubat, quartam in natura, secus in pecunia accipit. 1486: 26. §. 11. 12. 13.
— praetextu amentiae, furiositatis, et incapacitatis administrationis ab usu bonorum removens, proditionem fraterni sangvinis incurrit. 1723: 46. §. 4.
— ratae successionales, non obstante fratrum reclamatione, via summaria eis tradentur. 1836: 14. §. 3.
Sortilegium facientes ab Episcopis emendentur. S. Steph. II: 32. §. 2.
— statuantur milites. 1840: 2.
Souches Ludovico indigenatus confertur. 1647: 155. §. 7.
— Idem juramentum indigenatus deponit. 1649: 101.
Sóvár praedicatum familiae Sóos. 1647: 70.
— possessio ad Comitatum Sárosiensem contribuat. 1715: 96.
Söjtör possessio ad locum desertum condescendit. 1622: 36 §. 38.
Sötér Franciscus ad Commissionem limitaneam. 1840: 32. 35.
Spáczay Joannis consorti Sophiae Bornemisza mille imperiales relaxantur. 1681: 16.
— Paulus Episcopus Arbensis ad decidendam causam inter Dominia Sztrecsen et Budetin Commissarius. 1715: 112.
Spacicaminarii merces pro uno anno, in casu concursus creditorum, ad secundam exconten-tationis classem refertur. 1840: 22. §. 83. ad g).
Spaidl Sigismundo indigenatus confertur. 1655: 119. §. 7.
Spanochi Comiti Leopoldo indigenatus confertur. 1827: 42. §. 9.
Spátay Gabriel Abbas Jánosiensis ad Commissionem systemicam. 1715: 24.
Spelta decimatur. 1498: 51. §. 9.
Spiegel Ignatius Vice-Archi-Diaconus pro Academia Ludovicea offert duodecim Aureos in specie. 1827: 18.
Spielmann Baro Antonius indigenatum consequitur. 1791: 72.
Spinola Julio indigenatus confertur. 1681: 82. §. 3.
Spirituales Judices factum juris possessionarii non judicent. 1498: 62. *Vide: Ecclesiastici.*
Spisich Joannes Deputationis pro elaborandis Regni gravaminibus ordinatae commembrum nominatur. 1791: 67.

Splényi Baro Josephus custos coronae eligitur. 1802: 5.
— pro Academia Militari Ludovicea ducentos florenos offert. 1808: 7. §. 18.
Spolarich Petrus Commissarius in negotio Valachorum in Slavonia. 1635: 33. Ad Commissionem limitaneam. 1635: 58. Pro abolendis teloniis siccis. 1635: 73. Ad revidendas regnicolarum querelas in Slavonia. 1638: 52.
Spoliatores a Turcis transfugientium, eorumque turbatores et detentores notam incurrunt. I: 14. 1723: 9:
— exteros ad regnum introducentes notantur. Ibidem.
Spoliati beneficiis, in integrum restituantur. 1536: 53.
Spolia in bello adepta militibus Rex non auferat. 1439: 13.
— prohibentur. 1542: 21. Decr. Neoz.
— exercentes citra processum puniantur. 1545: 44. 1546: 27.
— facientes officiales Regis puniantur. 1559: 6.
Sponsa decedente ante copulam carnalem, res pro honore nuptiarum, aut tempore subarrhationis ei datas non receperat sponsus; post copulam si decedat sine literis et testamento, Sponsus eas retinet. I: 100.
— ducens Nobilis marcam unam in telonio amplius non solvat. 1351: 17. 1492: 85. §. 2.
Sreter Georgius pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1812: 2.
Stabalibus pro officialibus ad Legiones Hungaricas Hungari applicentur. 1792: 9.
Stabum penes Generalem, Regni Capitaneum et Generalem Districtualem Rex nominabit. 1805: 1. §. 25. 1808: 2. §. 22.
Stagni alicujus regulationem aut derivationem si Major pars compossessorum desideraverit, et concernens Comitatus determinaverit, nullus compossessorum impedire potest, impedimenta ponens praeter duplam damni et expensarum refusionem 100 florenis mulctabitur. 1340: 10. §. 6.
Stagnorum et aquarum pro exsiccatione, quam et pro conservatione canalium hunc in finem requisitorum, commassatio et divisio terreni exsiccati inter respectivos compossessores per concernentem Vice-Comitem instituetur. 1840: 10. §. 10.
Stahrenberg Henrico indigenatus confertur. 1647: 155.
— Joannes Richardus indigenatum consequitur. 1655: 119.
— Thomas, Guido, Conradus, Maximilianus, Gundemarus, et Franciscus Josephus in indigenas cooptantur. 1723: 123.
Stajdacher Josephus ad revisionem conscriptionis portarum. 1827: 7.
Stand Paulus ad Deputationem montanisticam. 1827: 9.
Stanislavich Nicolaus Episcopus Csanádiensis. 1741. Concl.
Stanisniak est locus antiquus Tricesimae filialis. 1498: 38.
Starigrad circa arcem obortae difficultates complanentur per Commissarios versus mare Adriaticum deputandos. 1638: 48. Arx familiae Frangepan resignetur. 1649: 32. Ibidem stabilitur capitalis Tricesima. 1715: 91.
Stationalis Taxae a depensione omnes nobiles et cives sunt immunes. 1647: 78. 1836: 33.
— Ab eâ Jazyges et Cumani immunitantur. 1840: 28.
Statuens Homo Regius, vel Palatinalis, debet esse in eodem Comitatu possessionatus, nisi a Curia Regia, aut ab ordinario Regni Judice deputatus sit. II: 19. §. 2. 3. 4.
Status et Ordines Regni eligunt Palatinum. 1439: 2. 1492: 33. 1526: 2.
— juramentum fidelitatis Regi praestent. 1453: 2.
Status et Ordines propositiones Regias, sepositis omnibus, illico assummere tenentur. 1495: 25. §. 4.
— Praelatis, Baronibus, Magnatibus, Nobilibus et Civitatibus Liberis Regiis constant. 1608: 1. §. 2. post. cor.
— et Ordines occasione necessariae in periculo contributionis, peremptorie convocentur. 1715: 8. §. 3.
— et Ordines jus haereditariae successionis Regis ad sexum foemineum extendunt. 1723: 1. 2.
— in libertatibus suis conserventur. 1723: 3. 5. 6. 1741: 8.
— nisi repentina hostilitas id exigat, extra Diaetam non convocentur. 1741: 22.
Statui publico se opponens, notam infidelitatis incurrit. 1723: 9.
— obligatoriales in securitatem debiti cambiarii in qualitate pignoris datas, creditor evoluto pignoris termino juxta cursum Viennensem vendere potest, supernatantem tamen summam proprietario, aut massae concursuali extradare obligatur. 1840: 15. I. §. 197. II. §. 73.
— obligatorialium et cambialium in securitatem praetensionis cambiariae sequestratarum pro custodia ¼ per centum summae depositae competit. 1840: 15. II. 16. §. 16.
Statutio est legitima introductio in bona per Regem donata. I: 32.
— ob metum Turcarum in vicino et tutiori loco fieri potest. I: 32. 1647: 136.
— absque productione donationalium est insufficiens. I: 34.
— non indiget mutua inter fratres successio. I: 63.
— in fraternali adoptione locum habet. I: 66.
— indiget contractus de mutua successione uno contrahentium decedente. I: 66.
— causae sunt quatuor terminorum octavalium. II: 18. §. 4.
— repulsione interturbans, in aestimatione bonorum illorum et facto potentiae convincebatur. 1486: 16.
— contradicens intra annum jus suum producere et rationem reddere debet. 1486: 27.
— praesentibus vicinis et commetaneis peragi debet. 1486: 77. 1563: 45. 1647: 136.
— post indebitam bonorum occupationem factae nullius sunt vigoris. 1543: 35.
— manifeste fieri debet. 1563: 45.
— contradicere non valens ob magnam distantiam residentiae vel alias difficultates, in Curia Regia comperta causa restitui debet; et impetrator jus suum extra dominium prosequetur, uti etiam haeres per negligentiam statutioni non contradicens. 1563: 46.
— intra annum peragi debet. 1635: 91.
— tempore Diaetae in bonis nunciorum peractae cassantur. 1647: 135.
— in bonis Commissariorum Regiorum peractae cassantur. 1655: 32.
— purisatur, si lite pendente contradictor sine haeredibus moriatur. 1715: 28.
— Militis. *Vide: Miles, Tyro.*
Statutoriae et introductoriae literae intra annum robur sortiuntur. I: 33.
— cum clausula: *Dicitur nobis*, sexaginta dies, cum clausula vero: *Cum nos*, unum annum habent ad exequendnm. I: 33. 34.
— per quemvis Judicem Regni ordinarium executioni mancipari possunt. I: 34.
— et reambulatoriarum literarum taxa sint denarii viginti quatuor. 1435. II. 11. §. 21. 1486: 76. §. 21. 1492: 98. §. 15.
— cum insolitis clausulis seponantur. 1659: 45.
Statutum est jus quoddam regni commune, vim legis habens. Prolog. 8. §. 1.
— non valet contra Jus Canonicum, nisi in Causis profanis. Prolog. 9.
— quaelibet civitas pro se condere potest. III: 2. §. 7. 8.

Statuta Regni non observans, in amissione bonorum convincetur. 1507: 8.
— contra leges regni condita non valent. 1635: 18.
— civitates legibus regni contraria contra Nobiles non condant. 1647: 78. §. 19. 1649: 19. 1715: 36. §. 2.
— Diaetae Hatvaniensis abolentur. 1625: 17.
— Regni Croatiae Jurisdictionem Regiam, vel justitiae administrationem tangentia, non sunt obligatoriae, nisi per Regem confirmentur. 1715: 120.
— Comitiorum per eos, quorum interest, executioni mandentur. 1723: 102.
— Croatiae, de sola Catholica Fide inter suos incolas et officiales toleranda confirmatur. 1741: 46.
Stegner Mathiae indigenatus confertur. 1715: 136. §. 21.
Stefulto possessio ad Comitatum Honthensem contribuat. 1715: 96.
Steinbruch possessio Comitatus Mosoniensis ratione educilli ad Austriam nihil solvat. 1618: 23. Ibidem tricesima filialis. 1715: 91.
Steinlein Baro Eduardus indigenatum adipiscitur. 1827: 39.
Stella Rochus Comes indigenatum consequitur. 1715: 133. §. 7.
Stephani S. primi Regis Hungariae de virtutibus et bonis, quae Hungariae contulit, de insigniis item et corona. I: 11. et II: 6. §. 4.
— S. festum annue celebretur. 1222: 1.
— V-ti privilegia non servantur. II: 14. §. 9. 15.
Sternberg Adamus subscripsit pacificationem Viennensem. 1606.
— C. Antonii successorum oblatum pro Academia Ludovicea. 1827: 18.
— Wratislaus indigenatum adipiscitur. 1687: 27. §. 5.
Sternfeld Joanni indigenatus confertur. 1836: 47. §. 8.
Stetter Mathaei oblatum pro Academia Ludovicea. 1827: 18.
Stift Andreae Josepho indigenatus confertur. 1827: 40. §. 2.
Stigmate in utraque gena signetur Homo Capitularis vel Conversualis false attestans. 1498: 14.
— Magistratus antequam capacitati vasis imprimat, vietor sub poena confiscationis vendere non praesummat, et si Magistratus de fraude convictum non puniat, poena arbitraria mulctetur. 1807: 22. §. 3. *Vide: Vietor, vas.*
Stipendiarii in domibus nobilium et ecclesiasticorum hospitantes puniantur. 1536: 2.
— milites accepto stipendio aufugientes capitis poenam luant. 1552: 12.
— fundos colonicales possidentes decimam praestent. 1613: 4. 1647: 95. §. 10.
— in rebus militaribus, Juri militari, in rebus vero extramilitaribus Comitatuum judicatui subsint. 1655: 7. 1723: 11. *Vide: Miles.*
Stipendium banderiis Baronum ex proventibus regiis solvatur. 1454: 2. §. 2.
— confiniario militi praestetur. 1492: 17. 1595: 54. 1597: 41. 1609: 32. 1618: 31. 1630: 4. 1638: 14. 1662: 14. 1681: 62. §. 2.
— huszari sint tres floreni. 1537: 10. 1542: 50. Decr. Neoz. 1547: 9. 1552: 13. 1553: 16.
— juventuti bonis artibus vacanti, et magistris eorum e bonis ecclesiarum desolatarum detur. 1548: 12.
— miles regius juxta conventionem accipiat. 1552: 10. §. 6.
— peditis sint menstrui floreni duo. 1552: 13.
— militi, ne rapinas faciat diligenter solvatur. 1563: 10. §. 8. 1567: 29. §. 4. 1588: 7.
— peditis sint menstrui floreni tres. 1595: 30. 1596: 20. 1597: 21. 1599: 18. 1601: 8. 1602: 8. 1603: 7. 1604: 7. 1609: 12. 1662: 8.
— equitis sint menstrui floreni quatuor. 1595: 30. 1662: 8.
— equitis sint menstrui floreni quinque. 1596: 20. 1597: 21.
Stipendium equitis sint menstrui floreni sex. 1598: 7. 1599: 18. 1600: 10. 1601: 8.
— hajdones libere mereri possunt. 1598: 29.
— restans pediti coronam custodienti exsolvatur. 1647: 152.
— pro milite confiniario dimidium Domini terrestres de propria bursa, aliud dimidium portae praestabunt. 1655: 5. §. 5.
— miles praesidialis ad Colapim accipiat. 1681: 62. §. 2.
— competens vectoribus salis solvatur. 1741: 34.
— pro statuendo milite solvatur. 1741: 42. §. 2.
— pedestris miles insurrectionalis ex contributione accipiat. 1741: 63. §. 1.
— sua juventus evangelica etiam in exteris oris participare potest. 1791: 26. §. 5.
— retinere et nova aquirere potest juventus Hungarica scientiis militaribus Viennae vacans. 1802: 4.
— pro uno mense accipiat pedes insurrectionalis, deinceps eum Aerarium provideat. 1805: 1. §. 18.
— militi insurgenti extra regnum servienti ex Aerario solvantur. 1805: 1. §. 28. 1808: 2. §. 16.
— scholastica praeferenter accipiant proles militum, post viginti annorum servitia militaria dimissorum. 1807: 1. §. 11.
— equitis insurrectionalis in sedecim cruciferis, peditis vero in duodecim cruciferis diurnis defigitur. 1808: 2. §. 19.
Stipsics Franciscus canonicus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Stipuleta prope fruges et aedificia succendentes praeter damni et expensarum refusionem, ad arestum condemnentur. 1840: 9. §. 12.
Stipulationales duas Proxeneta e libro suo manuali extrahit, his negotium conclusum inseret, numerum serialem et paginae libri manualis apponit, subscribit, et utrique parti consignat. 1840: 19. §. 7. g).
— intuitu conclusi negotii plenam probam constituunt, contrapars nihilominus librorum etiam inspectionem exigere potest. 1840: 19. §. 8. 9.
Stiria arcem Nempthy muniat. 1618: 35. §. 3. 1622: 41. 1625: 20. 1630: 2. §. 4.
Vide: Styria.
Stockhamer Josephus erga dimidiam taxam indigenatum consequitur. 1791: 73. §. 4.
Stocz (Stoss) oppidum ad Comitatum Scepusiensem contribuat. 1715: 96.
Stolam parochus catholicus a catholicis, ministri vero evangelici a suis percipiant. 1647: 12. §. 4. 1791: 26. §. 6.
— parochrorum defigatur. 1751: 12.
Stomfa Jacobus Curiam Nobilitarem in possessione Nyulas cum praedio Neudorf cum consensu regnicolarum Civitati Bruckensi in Austria vendit. 1556: 44.
— est locus antiquus tricesimae. 1498: 34. Ibidem stabilitur tricesima capitalis. 1715: 91.
Stotzing Joanni Rudolpho indigenatus confertur. 1649: 102.
Stöszel Josephus pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
Strasnicza inter et Berench ac Szakolcza metalis controversia revideatur. 1578: 18. Et complanetur. 1649: 27.
— apud civitatem Moraviae debita haeredum Susannae Deső inexsoluta haerent. 1655: 33.
Strasser Franciscus Josephus indigenatum consequitur. 1687: 28. §. 30.
Stratimirovich Stephanus Archi-Episcopus Graeci Ritus non unitorum Carloviczensis pro Academia militari Ludovicea offert ter mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Strázsa in possessione Evangelici templum et scholas erigere possunt. 1681: 26. §. 4.
Strazza compellatum Diarium Mercantile per quemcunque duci potest, huic omnia negotia mer-

cantilia aut fabricalia serie chronologica inseri debent. 1844: 6. §. 13.
Striga primo deprehensa jejunet, fidem discat, tum domum redeat, si secundo in eodem crimine deprehensa fuerit, post jejunium in pectore, fronte, et scapulis clavi ecclesiastica per crucem incendatur, et domum remittatur, tertio deprehensa judici tradatur. S. Steph. II: 31.
— judicio Episcopi puniatur. S. Lad. I: 34.
— non esse inquit Colom. I: 57.
Strázsa possessio ad Vagum est locus liberi exercitii religionis. 1681: 26.
Strigo propter castrum post defectum Casparis Ernust occupatum Petrus Keglevich proscribitur. 1542: 43. Pos.
Strigoniensis Archi-Episcopi decimae cum Camera Cremniczіensi exarendantur. 1342: §. 1.
— sine facultate ejus hominis merces non vendantur. 1342: §. 14.
— coram ejus homine fiat dicatio pro lucro Camerae. 1342: §. 19.
— constituat penes cusionem monetae hominem possessionatom. 1342: §. 55. Cui dietim de qualibet marca unum pondus solvatur. 1342: §. 49. Qui invigilet cusioni monetae, instrumentorum cusioni, et ipsi fusioni argenti. 1342: §. 40. 41. Archi-Episcopus pondera monetaria aliis elocare non potest. 1342: 54. Ejus homines intersint cambiationi denariorum et inquirat in fidem campsorum. 1342: §. 9. Ejusdem hominis testimonium de impedita cambiatione. 1342: §. 21. Cum ejus scitu aurum et argentum pro comparandis necessariis erogare possunt. 1342: §. 16. De mulctis in Re Monetaria Archi-Episcopus cum Tavernico participat tertialitatem. 1342: §. 58.
— Penes cusionem monetae servet suum hominem 1439: 10.
— Deputet Probatorem cusionis monetae. 1458: 10.
— Debet tenere duo Banderia. 1498: 20.
— Archi-Episcopus Cardinalis in consilio penes Regem maneat. 1518: 40. Bács. 1519: 27.
— Pisetarius intendat cusioni monetarum Cremniczii. 1522: 14. 1553: 23. 1554: 17. 1557: 15. 1559: 46.
— Archi-Episcopus est Summus et Cancellarius Regius, Personalis Majestatis Regiae Praesentia, unus ex Judicibus Regni ordinariis censetur, ac in consilio et Judicio convenienti honore et autoritate fungatur. 1536: 15.
— A contributione decimae decimarum eximitur. 1537: 16.
— Idem est Locumtenens Regius. 1547: R. §. 2.
— Archi-Episcopatus personae benemeritae conferatur. 1550: 18.
— Maneat penes privilegium deponendi juramenti per Procuratorem. 1550: 64.
— Ad ejus Arcem Ujvar deputantur gratuiti labores ex bonis ejusdem, et Comitatibus Nitriensi, Trenchin, Barsiensi, et bonis Praeposituraе de Thurócz. 1556: 10. 12. 1578: 27. 1609: 61. 1662: 20.
— Ejus bona excipiuntur a gratuitis laboribus ad Léva. 1556: 16.
— Teneat gentes ad Ujvár et penes expeditionem 1556: 19.
— Ejus coloni liberi sint a tricesimis et teloniis. 1557: 16.
— Ex ejusdem bonis et Comitatibus Nitriensi, Barsiensi, Honthensi, et Thurocziensi gratuiti labores deputantur ad Ujvár. 1559: 27.
— Praediales et coloni a teloniis immunes serventur. 1563: 59. 1599: 41.
— Pisetarius invigilet eductioni auri et argenti. 1563. 73.
— Ejus Ecclesiae filiales sunt: Abbatia S. Benedicti, Praepositura Thurocziensis, Vetero-Budensis, Sághiensis, et Felhévéz. 1567: 17.
— Ejus Assessor intersit Judiciis Octavalibus. 1567: 26.
Strigoniensis Archi-Episcopi controversia cum Episcopo Vaciensi ratione decimarum Comitatus Neogradiensis decidatur. 1574: 26.
— Si ex ejus bonis miles non interteneatur, duplum exigatur. 1593: 16.
— Eximitur a contributione dicae. 1599: 6.
— Praediales taxent sui Magistratus. 1599: 8.
— Super Archi-Episcopatu literarum collationalium in Cancellaria Majori expeditionis Taxa. 1609: 73.
— Ejus bona in immunitate a teloniis conserventur. 1613: 21.
— Ejus officium Pisetarii restauretur. 1622: 46.
— Ad ejus forum metropolitanum non evocentur partium superiorum regnicolae 1638: 31.
— Cum Judicibus querelas contra Episcopum Jaurinensem revideat. 1647: 113.
— Ratione emtae domus contra civitatem Cremniciemsem jure procedat. 1649: 23.
— Ejus contra excessus et violentias confiniariorum officialium querelae. 1649: 82.
— Idem in praesidio Érsek-Ujváriensi centum equites teneat. 1655: 5.
— Fortalitium Érsek-Ujváriense muro cinxit. 1655: 40.
— Ad ejus et Capituli petitionem civitas Tyrnaviensis aperiat portam minorem penes Curiam Archi-Episcopalem habitam. 1655: 47.
— Ejus bona a gratuitis laboribus sublevantur, propter coeptam structuram fortalitii Érsek-Ujvariensis, ad quam eosdem praestant. 1655: 116. 1659: 130.
— Praesidium Érsek-Ujváriense muro circumdabit. 1659: 5.
— Ejus bona propter praesidium Érsek Ujváriense a subsidio militari immunitantur. 1659: 8.
— Ejus dispositioni relinquitur e summa Draskovichiana reparatio praesidii Ujváriensis. 1662: 21.
— Cum ejus consilio convertatur contributio militaris anni 1659. partium cis- et ultra-danubianarum in publicas Regni necessitates. 1662: 22.
— Ejus bonorum in Comitatibus Nitriensi et Trenchiniensi gratuiti labores deputantur ad Nitriam. 1681: 7.
— Ejus bonorum gratuiti labores deputantur ad noviter praesidiata confinia subdivisi. 1681: 7.
— In usu legali Primatialis dignitatis et conservatione duplicis sigilli conservetur. 1741: 10.
— Ejus dignitas cum Sigillo duplici et jurisdictione restituta. 1751: 3.
— Ejus qua Primatis jura et praerogativae confirmantur. 1791: 24.
— Ejus sedes Strigonium revehatur. 1827: 21.
Strigoniense Capitulum debet tenere ducentos equites. 1498: 20.
— Eidem extradentur legata Georgii Archi-Episcopi Strigoniensis. 1525: 26.
— Ex Ejus bonis gratuiti labores deputantur ad Ujvár. 1556. 12. 1567: 17.
— Ejus bona excipiuntur a gratuitis laboribus ad Léva. 1556: 16.
— Idem teneat gentes ad Ujvár. 1556: 19.
— Idem Tyrnaviae residens, faciat expeditiones in toto Regno. 1556: 39.
— Ad ejus castellum Zanyer deputantur gratuiti labores. 1559: 30.
— Ad idem Capitulum Tyrnaviam transferatur Protocollum Conventus de Thurócz. 1578: 21.
— Ejusdem in civitate Tyrnaviensi ratione exemtionis et emtionis domorum pro residentiis Canonicorum controversia ita complanetur, ut octo domos a Censu Regio immunes, et aliis oneribus obnoxias pro 50 annis coemere possint. 1638: 38.
— Ejus debita in domo provinciali Inferioris Austriae inexsoluta haerent. 1655: 43.
— Ex ejus bonis in Comitatibus Nitriensi, Barsiensi, et Honthensi deputantur gratuiti labores ad Szent-Benedek. 1655: 116.

Strigoniensis Capituli bonorum in Comitatu Barsiensi, Honthensi, Strigoniensi, et Nitriensi gratuiti labores deputantur ad arcem S. Benedicti. 1681: 7.
— Idem jam non per totum Regnum, sed in Diaecesi duntaxat et proximis Comitatibus expeditiones faciat. 1723: 40.
— Idem Strigonium reducatur. 1723: 55. 1751: 3. 1802: 17. Eo revectum. 1827: 21.
— pro **Comitatu** Judicia Posonii celebrentur. 1548: 19.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad Vaczium. 1609: 61. Ad Szögyén. 1608: 15. p. cor. 1613: 8. 1618: 49. 1622: 36. 1635: 92. 1647: 153. 1659: 130. Ad Sellye. 1681: 7.
— Érsek-Ujvárini temporalem habeat Sedem. 1649: 48.
— Ejus, amisso Ujvárino tributarii effecti Congregationes in oppido Rév-Komárom celebrentur. 1681: 50.
— Adnumeratur Tabulae Judiciariae Districtuali Tyrnaviensi. 1723: 31.
— Idem pro Musaeo Nationali offert 3312 florenos 19 cruciferos. 1827: 35.
— Idem spectat ad Tribunal Cambiale Pestiense. 1840: 15. II. §. 2. a).
Strigonium civitas subest jurisdictioni Personalis Psaesentiae Regiae. III: 8.
— deferantur tributa Regi collecta, et inter Regem et Comites dividenda. Colom. I: 79.
— Civitas pertinet ad bona et proventus Regis inabalienabiles. 1514: 3.
— Ibidem inductum novum et inconsvetum vectigal aboleatur. 1536: 45.
— Ibidem necessariae excubiae teneantur. 1536: 46.
— praesidium amissum est. 1556: 39.
— Contributio sub Strigonio oblata oblivioni datur. 1595: 42.
— Ad idem confinium vicini Comitatus convehaut victualia. 1596: 53.
— Militibus et instrumentis provideatur. 1597: 31.
— Confiniarii ibidem rite solvantur. 1597: 41.
— Ad Strigonium praestentur gratuiti labores. 1601: 21.
— Eo deputantur gratuiti labores Comitatuum Posoniensis, Barsiensis, et Trenchiniensis. 1602: 14. 1604: 8. §. 15.
— Ibidem devicti Turcae. 1687. Exord.
— Quoad ejus privilegialem libertatem postlimino habebitur ratio. 1715: 37.
— Insulae ibidem sitae negotium complanetur. 1741: 39.
— Civitas pro Musaeo Nationali offert 522 florenos 37 xros. 1827: 35.
— Ea adnumeratur Tribunali Cambiali Pestiensi. 1840: 15. II. §. 2. a).
Strisics Philippus membrum Deputationis Urbarialis nominatur. 1791: 67.
Structura corporis, non forma et mensura consideretur in seligendis tyronibus militum. 1807: 1. §. 2.
Strútz Franciscus ad Commissionem limitaneam. 1618: 12. A dandis rationibus absolvitur. 1618: 44. Contra ipsum ob deditam Turcis Arcem Vácziensem jure proceditur. 1622: 73. Ipsius jura possessionaria in insula Vacziensi per Joannem Dietrich a Reiffenbergh violenter avulsa restituantur. 1625: 48.
Stubeck Joannes, Godefridus, Georgius, Sebastianus, Philippus Carolus, Mathias, Andreas indigenatum adipiscuntur. 1659: 133. §. 11. 12. 13.
Stubenberg Volfgangus et Joannes Guilelmus Barones fiunt indigenae. 1655: 119. §. 10.
Stubicza est locus antiquus tricesimae filialis. 1498: 34.
Studiorum causa et in pereregrinationibus absentes non gravantur Sententia per non venientiam, ob unicam non comparitionem. 1500: 1.
Studia omnia, statui publico et militari deservientia in Academiis hungaricis doceantur. 1723: 70.
— Juridicum Agriae erigitur. 1741: 44.
— militaria interea etiam, donec in Regno introducantur, in Academia militari Viennensi juventus Hungara audire potest. 1802: 4.
— Fundus ad Insurrectionem concurrere tenetur. 1805: 1. §. 6.
— in Academia militari Ludovicea ita coordinentur, ut juventus artibus militaribus et politicis imbuatur. 1808: 7. §. 5.
— Commissio Regia ad revisionem operatorum Systematicorum deputatur. 1827: 8.
Studiosi Evangelici ad Academias exteras exire et stipendia sua ibi percipere possunt. 1791: 26. §. 5.
— ab insurrectione personali eximuntur. 1808: 2. §. 7.
Stuprator consanguineae intra quartum gradum, olim notam infidelitatis incurrit I: 14. §. 6. Hodie poena capitali plectitur. 1723: 11.
— puellae caput amittat. 1514: 39.
— novercae vel privignae capite luat. 1723: 11. §. 4.
Stürk Georgius Christophorus et Joannes Christophorus fiunt indigenae. 1729: 47.
Stürmer Baroni Ignatio indigenatus confertur. 1827: 42. §. 1.
Stvrtnik Baro Augustinus indigenatum consequitur. 1836: 47. §. 4.
Styniak in possessione stabilitur tricesima filialis. 1715: 91.
Styriae partes per Mathiam Regem obtentae ad coronam Hungariae conserventur. 1490: §. 6.
— Versus eam rectificentur metae Regni. 1514: 54. 1546: 57. 1547: 37.
— Ad rectificandas metas Regni Commissarii eligantur. 1537: 47.
— Revideantur differentiae limitum Regni. 1553: 28. Rectificentur. 1554: 13.
— Causae limitum Regni definiantur et executioni mandentur. 1557: 18.
— Metae Croatiae et Slavoniae rectificentur. 1559: 48. 1567: 44. 1569: 42.
— Ad rectificandas metas Regni Commissarii nominantur. 1563: 60. 1588: 33. 1602: 23. 1618: 12. 1625: 23. 1635: 58. 1647: 70. 1655: 30. 1662: 37. 1681: 23. 1687: 15. 1715: 39. 1723: 17. 1751: 26. 1765: 16. 1791: 68. 1802: 26.
— Versus eandem in Slavonia Zagrabiae et Varasdini restituatur depositionis locus. 1569: 18.
— Metae Regni revideantur. 1574: 29. 1575: 5. 1578: 18. 1582: 6. 1608: 20. ante cor. 1622: 2. Cond. 11. 1638: 1. Cond. 11. 1655. Cond. 11. 1659: 11. 1662: 37. §. 8. 1715: 116. 1741: 53. 1751: 35.
— Inde vina in Slavoniam non invehantur, nisi evectio admittatur. 1588: 15.
— Ea ad Rakersburg in periculo fuit propter defectum praesidiorum confiniariorum contra Canisam. 1601: 29.
— Commissarii rectificationem metarum suscipiant. 1601: 32. 1603: 13. 1613: 26.
— Eo deputantur Commissarii Styriaci. 1604: 15.
— Ex ejus subsidiis confiniarii Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae pleno numero interteneantur. 1608: 12. ante cor.
— Ad revisionem confiniorum Canisae et Albae Regiae oppositorum pro ejus defensione nominati fuerunt anno 1609 Commissarii. 1613: 17.
— Eadem concurrat ad intertentionem confiniorum Croaticorum. 1609: 27.
— In Styriam nominantur legati pro subsidiis. 1609: 68.
— Ea subsidia praestet ad erigenda confinia Canisae opposita. 1613: 17.
— In ea acceptatur moneta hungarica in valore currenti. 1613: 28.

Styria muniat arcem Nempty. 1618: 35. 1630: 2.
— Controversiae de limitibus Regni determinentur. 1622: 2. Cond. 11. 1638: 1. Cond. 11 1655. Dipl. Inaug. Cond. 11. 1659: 11. 1662: 37. §.8. 1715: 116. 1741: 53. 1751: 35.
— Eidem relinquitur fortificatio praesidiorum Egervár et Nempty. 1625: 20.
— In eadem tricesimarum et teloniorum augmentum sufferatur, et antiqua exactio inducatur. 1625: 32.
— Ejus tricesimatores a Nobilibus Regni tricesimam et telonium non exigant. 1630: 17.
— Styriacae Camerae Interdictum tollitur, et pulsio boum indigenis intra Regnum libera relinquitur. 1630: 19.
— Ejusdem Interdicta quoad salis et frumenti commercium tolluntur. 1635: 43.
— Ejus civitates et oppida a rebus inducendis mediam tricesimam pro hac vice solvant. 1647: 28.
— In ea obtinuerunt exemtiones Valachi Sombergenses. 1647: 52.
— Ea immunitatur a tricesima vinorum et mercium. 1649: 13.
— Circa eductionem vinorum hungaricorum in eam modus ponatur. 1659: 59.
— Ad modum Styriacorum Hungari res et vina ad propriam necessitatem in-et educentes tractabuntur. 1715: 75.
— Camerae Styriacae officialium Bonorum Zrinyano-Frangepanianorum excessus coerceantur. 1715: 113.
— Salis Styriaci usus per Cameram Graecensem inductus tollitur in Regnis Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. 1715: 122.
— Circa insulas ad fluvium Mura controversia inter Styriam et Hungariam complanetur. 1723: 17.
— Styriacorum incolarum in Hungaria fundos possidentium negotium commissionaliter decidatur. 1723: 22.
— Dux titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1453. 1454. 1548. 1596. 1604. 1608. 1609. 1613. 1618. 1622. 1625. 1630. 1635. 1638. 1647. 1649. 1655. 1659. 1662. 1681. 1687. 1715. 1723. 1729. 1741. 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1812. 1827. 1830. 1836. 1840. 1844. Exord.

Styrum Comes Maximilianus Vilhelmus indigenatum consequitur. 1741: 70. §. 2.

Subditi in negotiis dominorum telonium et naulum non solvunt. 1618: 59. 1625: 36. 1635: 71.
— Illi in causa domini demtis metalibus differentiis, si aliae probae desint, ad testimonium admittuntur. 1729: 26.
— Hi in contractualibus contra Nobiles procedere possunt, in successionalibus, personalibus, et potentiariis Fiscus Dominalis pro iis agit, damna et homagium illis, expensae vero Fisco cedunt. 1802: 20.
— Eorum praestationes urbariales. 1836: 7.
— Iidem, si ex tenutis et beneficiis urbarialibus pacifice hucdum possessis via facti exturbarentur, per Judicem Nobilium et Jurassorem, comperta expositionis realitate ad praehabitum usum, cum refusione damnorum et expensarum reponantur. 1836: 10. §. 3.
— nobilitari praerogativa gaudentes, relate ad damna aliis illata Judicatui Sedriae Comitatus subjacent. 1836: 10. §. 5.
— pertinacis renitentiae, aut malitiae junctorum excessuum, praevaricationum atque damnificationum iterato rei, pro amotione proponi possunt. 1836: 10. §. 5.
— laborem dominalem segniter, aut plane cum damno Dominii perficiens, ad duplicatum laborem adstringatur et simplum ejusdem laboris imputetur. 1836: 10. §. 5.
— Urbarialis praevaricationis reus, in specie vero jussi, Domini terrestris, vel hujus hominis pertinaciter obsistens, per Dominum terrestrem trium dierum aresto plectetur. 1836: 10. §. 5.

Subditus Dominum terrestrem, aut hujus hominem contumelia vel personali injuria afficiens, Judicio Sedriali submittendus erit. 1836: 10. §. 5.
— Nobilis Domino terrestri pertinaciter obsistens, aut urbarialis praevaricationis reus, vel illum contumelia afficiens per Sedriam Comitatus punietur. 1836: 10. §. 5.
— in Sylvis, satis, vineis, aliisque terris ac pratis dominalibus damnum causans, si illud sexaginta florenos non excedat, ad illius resarcitionem authoritate dominali, executione etiam mediante stringi potest. 1836: 10. §. 5.
— integram sessionem colonicalem tenens quotannis duodecim diebus cum curru et jumentis ad operas publicas concurrere obligatur. 1844: 9.
Vide: Colonus, Rusticus.

Subinquilini, inquilini, et coloni, praestationes urbariales, vel contributionem dantes, nec sextam purorum proventuum, nec centesimam mobilium valoris partem pro subsidio belli dabunt. 1807: 2. §. 3.
— Ii Domino duodecim dierum manuales operas praestare tenentur. 1836: 7. §. 5.
— Hi in Comitatibus Posega, Verőcze, et Szerém decem dies manuali labore servire debent. 1836: 7. §. 5.
Vide: Colonus, Inquilinus, Robotta, opera.

Subofficiales et officiales militares linguam vernaculam tyronum militarium calleant. 1807: 1. §. 9.

Subordinationem violans insurgens, si arma contra officialem suum vel vigilias stringat, morte puniatur. 1808: 11. §. 4. 5.

Subscriptionis cambialium per adversarium abnegatae genuinitas evincitur: documento publico, unanimi duorum testium fassione, fassione unius testis, et suppletorio hujus juramento, si subscriptio cum subscriptione improtocollata cohaereat, et si pars probam praestans juret, quod subscriptio genuina sit, et si pars negans de falsitate jurare detrectet. 1840: 15. II. §. 99.
— pro legalisatione Tribunali Cambiali solvantur triginta crucigeri. 1840: 15. II. 16. §. 1.

Subsidium unius floreni a singula porta Regi resolvitur. 1478: 1. 1525: 38. 1528: 7. 1598: 4.
— seu contributionem Regi extra comitia promittens Comitatus, Civitas, Baro, Magnas, Praelatus poenam perjurii incurrit. 1504: 1. 1681: 12. 1715: 8.
— unius floreni a singula porta in Januario, alterius floreni in Julio Regi praestetur. 1536: 20.29,
— unius floreni a singula domo colonicali Regi offertur. 1537: 1. 1542: 8.
— collecta per collectores sub poena confiscationis bonorum usque festum S. Ambrosii ex omnibus Comitatibus administrentur. 1537: 8.
— in parte sexagesima aestimationis colonorum perennalis citra aggravium coloni solvat Dominus terrestris ad expeditionem. 1542: 28. Neoz.
— Nobilis unius sessionis est sexagesima pars omnium ejusdem mobilium. 1542: 29. Neoz.
— civitatum in sexagesima mobilium parte consistit. 1542: 30. Neoz.
— personae ecclesiasticae est decima pars proventuum. 1542: 35. Neoz.
— colonus a proportione facultatum solvat. 1542: 9. Poson. 1546: 13.
— duorum florenorum Regi a singulis colonis pro conducendis equitibus offertur. 1543: 9. Idem Dicatores connumerent, et Nobiles Jurati exigant. 1543: 10.
— oblatum ad munienda castra finitima, et solutionem militis convertatur. 1545: 40. 1550: 20.
— sibi arrogans Nobilis bona amittat. 1545: 41.

Subsidium colligenti dicatori Regio possessionem aliquam occultans Judex Nobilium caput amittat. 1546: 9.
— denegantes vel imminuentes Rex puniat. 1546: 12. 1548: 27.
— non solvunt servi mercenarii et coloni civitatum montanarum. 1546: 13. 1554: 4. §. 6. 1557: 3. §. 7.
— libertini molendinorum solvant. 1546: 13. 1557: 3. §. 7. 1563: 4.
— non solvunt carbonarii, et judices possessionum. 1546: 13. 1567: 12. 1569: 9. 1572: 6. 1574: 3. 1575: 2. 1578: 2.
— duorum florenorum a singula porta Regi offertur. 1547: 8. 1548: 23. 1550: 22. 1553: 6. 1554: 4. 1555: 3. 1556: 3. 1557: 3. 1559: 11. 1567: 3. 1572: 4. 1582: 1. 1588: 12. 1599: 6. 1602: 2. 1603: 3. 1604: 2.
— non solvunt sex florenis minus possidentes, quorum item domus neo erectae adhuc triennio non stant, domus item combustae, et servitores mercenarii dominorum. 1547: 10. 1548: 23. 1554: 4. 1557: 3. 1559: 12.
— ex bonis desolatarum ecclesiarum accipiant parochi, scholae, juvenes, eorumque Magistri. 1548: 12.
— tantum dimidium solvant portae Turcis deditiae. 1548: 24. 1550: 24. §. 3. 1555: 7. 1557: 3. §. 4. 1559: 12. §. 3. 1563: 8. 54. 1566: 4. §. 3. 1567: 3. 1569: 10. §. 2. 1593: 3. 1595: 15. 1596: 9. 1598. 13. 1600: 7. 1601: 3. 1602: 7. 1604: 2. §. 7.
— praestitutis terminis non solventes birsagia solvant. 1550: 25. §. 2.
— si Vice-Comes debita cum diligentia non exegerit, officium amittat, et duplum solvat. 1550: 25. §. 6.
— trium florenorum Regi resolvitur. 1552: 4. 1593: 3. 1613: 9. Hoc per Exactorem a Comitatu eligendum et unum Nobilem possessionatum incassetur. 1593: 7.
— decem denariorum pro laesis in castro Agriensi militibus, ac redemtione captivorum Nobiles de propria bursa solvant. 1553: 25. §. 3.
— solvant libertini, non obstante quovis privilegio, demtis iis, qui Domino pro victu et amictu serviunt. 1554: 4. §. 6. 1557: 3. §. 7. 1559: 12. §. 6. 1595: 6. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— restans non solvant domus desolatae. 1557: 3. §. 8. 1559: 12. 1566: 4. 8. 1567: 3. 1569: 7.
— etiam Rutheni, Valachi et Rasciani, sessiones colonicales possidentes solvant. 1557: 3. §. 9. 1559: 12. §. 7. 1567: 12. 1574: 4. 1593: 4. 1595: 10.
— Regi diaetaliter solum resolvi potest. 1559: 15. §. 3. 1715: 8. 1791: 19. 1802: 2.
— dimidium solvant Rutheni et Valachi domos non habentes, sed pecora majori numero possidentes. 1563: 4. 1567: 12. 1572: 6. 1574: 4. 1575: 2.
— trium florenorum a singula porta Regi in duobus terminis offertur. 1563: 3. Molitores et opifices solvant. 1563: 4. §. 3.
— non solvant incendio damnificati, et in desertis domos erigentes. 1563: 4. §. 4. 1566: 4. 1569: 7. 1599: 6. §. 7. 1600: 3. §. 3. 1601: 2. 1602: 2. 1603: 3. 1604: 2. §. 2. 1608: 14. post cor. 1609: 62. §. 2. 1613: 13. 1681: 46. §. 1.
— dimidium solvant coloni, quos factio filii Joannis Regis taxat. 1563: 8. 1569: 10.
— restans dicator ad praefixum terminum exigat, quod si colonus solutum esse quietantia legitimare nequit, Judicis juramento aquiescere debet. 1563: 7.
— solvant etiam coloni ad Arces Regias occupati. 1563: 54.
— solvant omnes non obstantibus antiquis exemtionibus. 1566: 8.
Subsidium non solvant inquilini. 1567: 3. §. 2. 1572. 6. 1578: 2.
— restans si solutum esse quietantiis probetur, dicator puniatur. 1567: 11. 1575: 2.
— solvant molitores et artifices. 1567: 12. 1569: 8. 1574: 3. 1593: 4.
— non solvunt laboratores seu sectores montani. 1567: 12. 1569: 9. 1574: 3. 1575: 2.
— non solvunt molae in Danubio, Dravo, Savo, Tibisco, Vago et Nitria fluviis existentes. 1567: 12. §. 3.
— non solvant molae a dominis possessae in magno aestu aqua deficientes. 1567: 12. 1569: 8 1572: 6.
— non solvunt libertini Dominis in castris servientes. 1567: 14. 1569: 8.
— non solvebant Nobiles praesidiales. 1567: 14.
— ab anno 1559 restans domus non combustae, non devastatae solvant. 1567: 16. 1575: 2.
— duorum florenorum et quinquaginta denariorum Regi resolvitur. 1569: 6. §. 3.
— post publicationem et connumerationem portarum si ad terminum solutum non fuerit, penes birsagium exigatur. 1569: 11.
— incassationem turbans juxta leges puniatur. 1569: 12.
— restans dicator ad praefixum terminum exigat, secus ex bonis ejus per Capitaneum desummatur. 1569: 15.
— e bonis suis praestent Vice-Banus, Protonotarius, Vice-Comes et Judices Nobilium in Slavonia, si eis salaria soluta fuerint. 1574: 2.
— duplum solvant Judaei. 1578: 2. §. 3.
— cis colapim portae a Turcis nou desolatae solvant. 1578: 25.
— nisi Rex libertates Regni restituerit, se amplius dare non posse declarant Status et Ordines. 1583: 1. §. 7.
— trium florenorum Regi pro uno anno resolvitur. 1593: 3.
— dimidium solvant Slavones. 1593: 3. 1596: 9. 1600: 7. 1601: 3. 1604: 2. §. 7.
— solvant molitores proprias molas colonicales tenentes. 1593: 4.
— duodecim denariorum solvant anabaptistae et Judaei. 1593: 4.
— juxta portas solvant Civitates Regiae. 1593: 5.
— etiam Rex ex Aerario solvat. 1593: 6.
— belli juxta portas in sui defensionem solvat Slavonia. 1593: 9. 1602: 7.
— novem florenorum solvant omnes pro milite. 1595: 3. 1596: 5.
— florenorum sex hungaricalium ex novem solvat quaevis porta nobilitaris de propria bursa, sub poena tripli. 1595: 3.
— solvant etiam bona Regia, saecularia, et ecclesiastica. 1595: 4. 1598: 34.
— Nobiles unius sessionis et possessiones inquilinariae antea non dicatae etiam solvant. 1595: 5. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— solvant etiam Armalistae juxta limitationem Vice-Comitis. 1595: 6. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— solvant etiam Nobiles praediales. 1595: 6. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— praestent possessiones neoerectae, si anni libertatis effluxerunt. 1595: 8. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— etiam Slavonia solvat in dimidio. 1596: 9. 1600: 7.
— ex bonis suis solvant etiam Magistratuales Comitatus. 1595: 11. 1601: 2. 1602: 2. 1603: 3. §. 4.
— juxta taxationem Vice-Comitis solvant parochi et concionatores. 1595: 12. 1602: 2.
— solvant etiam Praelati, Barones, Magnates et Nobiles possessionati, et equites statuant. 1596: 6.
— etiam Camerarius, Tricesimator, Vice-Banus, Protonotarius, Vice-Comes, Notarius, et Judex Nobilium solvant. 1599: 15.

Subsidium unius floreni a singula domo colonicali et inquilinari Regi resolvitur. 1600: 3. 1601: 2.
— solvant etiam montanistae. 1600: 3. §. 8.
— Comitatuum Bihariensis, Marmarosiensis, Kraszsnensis et Szolnokiensis in intertentionem militis Varadinensis impendatur. 1600: 9. 1601: 3. 1602: 3.
— quinquaginta denariorum solvat Dominus terrestris. 1601: 2. 1603: 3. §. 2. 1604: 2.
— solvant Nobiles, coloni et inquilini inter Savum et Colapim habitantes. 1601: 3 §. 2.
— unius et medii floreni pro conductione militum hungarorum convertatur. 1601: 4.
— restans pro annis duobus Comitatus Castriferrei solvat. 1601: 18.
— non solvit domus educillaris Domini terrestris. 1602: 2. 1603: 2. 1604: 2.
— turbatores in poena dupli convincantur. 1602: 6. 1603: 6.
— in una metreta tyrnaviensi tritici singula porta contribuat. 1602: 10.
— restans Vice-Comites et Judices Nobilium exigant. 1602: 17. 1604: 5.
— restans et gratuiti labores a desolatis villis non exigantur. 1603: 9.
— quatuor florenorum solvat Regi quaevis porta in duobus terminis. 1608: 14. p. cor.
— solvant etiam possessiones antea non dicatae, sed Domino terrestri servitia praestantes. 1608: 14. §. 4. p. cor.
— trium florenorum porta quaevis pro necessitatibus confiniorum per biennium praestet. 1609: 62. §. 10.
— restans solvere nolens in duplo convincatur. 1618: 40. §. 9.
— restans apud colonos exhaerens eis condonetur. 1622: 35. §. 1.
— restans apud dicatores, perceptores, et dominos terrestres exhaerens pro custodia coronae convertatur. 1622: 35. §. 5.
— unius cubuli Cassoviensis superiores Comitatus, Trans-Danubiani vero duarum et mediae metretae Tyrnaviensis, Cis-Danubiani unius cubuli Kőszeghiensis frumenti pro confiniis a quavis porta per biennium dabunt. 1622: 38. 1625: 11. 1630: 7. 1635: 2. 1647: 31.
— pro praesidiis Imperium Romanum et provinciae exterae conferant. 1630: 2. 1659: 2.
— florenorum quinque resolvitur Regi. 1638: 5. §. 3.
— annonarium remotiores Comitatus singulum cubulum uno floreno redimere possunt. 1647: 31.
— annonarium etiam Comitatus Principi Transylvaniae cessi dabunt. 1647: 32.
— annonarium restans incassetur, et rationes de eodem reddantur. 1649: 5. 6. 1655: 40. 1662: 16.
— De subsidio annonario Status et Ordines Croatiae cum Proceribus tractaturos et concursuros se pollicentur. 1659: 85. §. 7.
— equorum mille offertur. 1792: 6.
— belli solvere intermittens, executionem absque omni remedio juris subeat, et expensas processuales solvat. 1792: 6. 1796: 2. 1807: 2. §. 17.
— in tribus millionibus et septingentenis sexaginta millibus metretarum posoniensium avenae offertur. 1796: 2.
— bellici titulo sexta pars purorum proventuum bonorum immobilium, et centesima pars interni valoris mobilium offertur. 1807: 2. §. 1—13.
— bellici titulo, unus millio metretarum siliginis. et unus ac medius millio metretarum avenae Regi offertur. 1812: 1.

Substantia Parochi seu testato seu intestato morientis patronus non occupet. 1557: 10. §. 5. 1647: 102: §. 6.
— mobilis in consequentiam Determinationis summariae Tribunalis Cambialis sequestro affecta ante decisionem causae distrahi nequit. 1840: 15. II. §. 74.
Vide: *Bonum*, *Mobile*, *Immobile*.

Subterfugia et cavillationes Procuratorum Judex ordinarius rescindat. 1563: 49.

Successionem in bonis Praelatorum habet Rex, non ut ea ab Ecclesia alienet, sed ut aliis idoneis conferat. I: 10.
— filiis post gratiam natis competit in iis, quae pater post gratiam adeptus est. I: 16.
— competit Fisco Regio, si e duobus, nullo nexu junctis, bona tamen simul donatione mediante accipientibus, alteruter moriatur I: 47. §. 3. 4.
— mutua solius sanguinis propagine, in bonis condivisioni obnoxiis locum habet. I: 47. §. 4.
— mutua conjugum locum habet in bonis, si donationi nomen uxoris insertum est. I. 48.
— competit filiae in bonis cum clausula collatis, ut deficientibus masculis, foeminae succedant. I: 48. §. 4.
— inter filias duorum fratrum locum non habet. I: 50.
— mutua fratrum non habet locum in bonis, post divisionem donatione regia aquisitis. I: 50. §. 3.
— fratrum non eget consensu, neque statutione. I: 63. 65. 67.
— est jus apprehendendi patrimonum morientis, illudque habent 1-o filii, 2-o filiae, 3-o agnati, 4-o cognati, 5-o mariti, 6-o uxores, 7-o adoptivi, 8-o Fiscus. III: 10. 17. 47. 48. 49. 66.
— Haereditaria Regis stabilitur. 1687: 3. 1723: 1. 2. 1741: 1. 2.
— mutua conjugum habet locum in bonis pignoratitiis, aquisitis, et mobilibus, si alter eorum absque haerede et testamento moriatur. 1687: 11. 1715: 26. §. 4.
— in uno Comitatu judicat Comitatus, in pluribus Comitatibus judicat Tabula Districtualis. 1715: 28.
— competit Fisco Regio in mobilibus et immobilibus, praeter fundos dominales, si Nobilis vel liber fundum colonicalem tenens, in semine deficiat, et ab intestato moriatur, vel notam incurrat. 1715: 62. §. 1.
— competit Fisco Dominali in fundis dominalibus rustici et ignobilis sine haerede decedentis, vel notam incurrentis. 1715: 62. §. 1.
— mutua inter fratres et sorores in defectu seminis locum habet. 1723: 47.
— ad vires ducentorum florenorum judicat Judex Nobilium, etiam in Slavonia, Croatia, et Dalmatia. 1729: 35. §. 5. 1751: 36.
— planae divisio inter fratres, si inter se convenire nequirent, per Deputationem Comitatus ad summum intra annum effectiva ratarum excissione, harumque reali traditione peragetur. 1836: 14. §. 1. 1840: 13.
— in divisione, juramentalis rerum mobilium revelatio locum non habebit, sed harum species et quantitas per testes, aut alia adminicula erui debet. 1836: 14. §. 5.
— divisionem mala fide impediens, aut turbans, nec non successionem occupans, expensas cum fructibus intermedio tempore perceptis refundere tenetur. 1836: 14. §. 6.
— divisionem instituens Deputatio Comitatus, si in procurando decisionis suae effectu impediretur; eadem penes resolvendum e genarali Comitatus Congregatione brachium effectum decisi sui procurabit. 1836: 14. §. 9.
— plana se respicientium bonorum in receptione si quis per extraneum turbaretur, auditis praevie partibus, investitionibusque quibusvis legitimatis effective bonificatis, et conditionibus impletis, realis similium jurium successionalium iis, quos concernunt, traditio via summaria determinabitur. 1836: 14. §. 11.

Successionis divisionem instituentis Deputationis deciso non contenta pars ordinariam juris viam ingredi potest. 1836: 14. §. 12.
— colonorum prolibus in omnibus tam avitis, quam ab intestato relictis aquisitis aequaliter dividatur. 1840: 8. §. 2.
— inter legitimos sessio colonicalis, consentiente domino, in natura dividi potest. 1840: 8. §. 4.
— solum sexui masculino competit in possessorio curiali, quod terrestris dominus colonis pro vineis aut alio usu tantum pro sexu masculino cessit. 1840: 8. §. 3.
— mutua conjugalis, in defectu directorum descendentium, et testamentariae dispositionis etiam respectu bonorum ante matrimonium aquisitorum obtinet. 1840: 8. §. 9.
— collateralis colonorum tantum ad bona avita divisa extenditur, aquisita vero ab intestato remansa substantia, si nec vidua, neque parentes superstites sint, terrestrem dominum respicit. 1840: 8. §. 10.
— et divisionem colonorum determinantes leges vim retroactivam exercere nequeunt. 1840: 8. §. 19.
— fallimentarii post apertum concursum enata, massae concursuali adjicietur. 1840: 22. §. 36.
Successionales ratae sororum, non obstante fratrum reclamatione, per Deputationem Comitatus via summaria exscindentur, et illis tradentur. 1836: 14. §. 3.
— mercatorum Fluminensium negotia ejati Tribunali Cambiali subsunt. 1840: 15. II. §. 26.
Succissio. *Vide: Sylva.*
Suflay Philippus pro Academia militari Ludovicea offert ducentos florenos. 1836: 39.
Súlyok filiorum possessio, Kölöd per false fabricatas literas a Gabriele Zömlén periclitabatur. II: 14.
— Catharinae nobilis progeniti, velut ex linea familiae Kun descendentes, ratam portionem aquirunt. 1659: 117.
— Christina consors Gabrielis Vitéz, ex linea Joannis Kun descendens, ratam portionem aquirit. 1659: 117.
Summaria procedura in causis cambialibus locum habet, si actor res mobiles Incatti pignoris titulo jam possideat. 2-o Si actor jus suum in ipso actionali libello plene comprobet et Incattus asserta actoris tacite recognoscat, aut nullas exceptiones faciat. 1840: 15. II. §. 61. 118.
— Judicium Cambiale querulato injungit, ut summam cambiariam intra 24 horas securam reddat, aut exsolvat. 1840: 15. II. §. 62.
Sunyava intuitu possessionis Commissio constituitur. 1827: 28.
Supellex sacra et aedificia religiosorum et institutorum publicorum a solvenda titulo subsidii bellici centesima mobilium parte eximuntur. 1807: 2. §. 11.
Superaedificatum et meliorationes rustici migrantis Judex Nobilium conscientiose aestimet, et si vendi nequeant, domino terrestri manent. 1791: 35. 1792: 12. 1808: 9. 1812: 3.
Vide aedificium, Melioratio, Domus.
Superinspectio intuitu bonorum in consequentiam processus concursualis executione judiciaria affectorum locum non habet. 1840: 22. §. 123.
Superintendentes suos Evangelici habere possunt. 1608: 1. §. 2. ante cor. 1618: 77. 1625: 22. 1630: 33. 1638: 1. §. 7. 1647: 5. §. 5. 1791: 26.
Suppletio legionum hungaricarum etiam deinceps ad Diaetam pertinet. 1802: 1.
Supremi Comites in suis Comitatibus resideant. 1723: 56.
— in Congregationibus Comitatuum conclusa non immutent. 1723: 58.
Supremi Comites Rationum exactionem a Perceptoribus non impediant. 1723: 63.
— citra vel contra publicas dispositiones pro se vel aliis nibil committant. 1723: 63.
— pro Slavonia denominentur occasione ejusdem reincorporationis. 1741: 50.
Vide Comites, Comitatus.
Surány arcem reparent bona domini Országh, Bánffy, et Praepositi Ujhelyiensis. 1556: 13.
— Eam Comitatus Nitriensis et Trenchiniensis reparet. 1559: 26. 1567: 17. §. 17. 1578: 27. §. 20.
— Arx legitimo suo domino restituatur. 1622: 10.
— Eam propriae appertinentiae reparent. 1662: 20. §. 4.
Surrogatio per Comitatum fit, si in restitutione in integrum uterque Vice-Comes interessatus, vel impeditus sit. 1807: 13. §. 7.
Sül in loco, Catholici Evangelicis templum restituant. 1647: 6. §. 11.
Sümeghy Josephus pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
Sür possessionis gratuiti labores deputantur ad Kis-Komár. 1622: 36. 1630: 3.
Sürd possessionis gratuiti labores deputantur ad Kis-Komár. 1618: 49.
Sütő Josephus pro Academia militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Sweiger Ferdinandus supremus Belli Commissarius Creditoribus Hungaris coram Bellico Consilio ad solvendum compellitur. 1715: 64.
Svetits Jacobus pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Sveviae Princeps titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1715. 2. 1751. 1765. 1791. 1792. Exord. et 2. 1796. 1802. 1805. Exord.
Sylva quantum proventum decem annis habet, tanti aestimatur. I: 133. §. 30.
— Regalis quantum in sua latitudine, et quantum in longitudine contineat. I: 133. §. 48.
— succidens furtim, omnia secum habita amittet, et in homagio convincetur. III: 33.
— Ecclesiis datae non auferantur. Colom. I: 18.
— circa vias publicas 200 cubitis exscindatur. 1548: 49.
— Ea pro arcibus finitimis libere secatur. 1563: 22. 1596: 51. 1600: 17.
— Comitatuum Árva, Thurocz, Lypto pro structura viarum et munimentorum ligna suppeditabunt. 1600: 17. 1601: 22.
— ad arcem Zolyom pertinentes non succindantur. 1659: 121.
— Nobilium Capitanei Confiniorum indiscriminatim succidi non curent. 1630: 3. § 20. 1649: 86. §. 22. 1655: 116. §. 26.
— decorticationem judicat Vice-Comes. 1715: 94.
— partem dominus terrestris pro suo usu prohibere potest. 1729: 22. §. 2.
— generalatus Varasdinensis et Carolostadiensis succisio militibus interdicatur. 1751: 34.
— devastationi invigilabit Comitatus. 1791: 57.
— devastatio si innotescat, Comitatus medio exmittendae Deputationis investigabit, compertaque rei veritate, sequestrum et curatorem constituet, cui modum tractandi praescribet, et honorarium defiget. 1807: 21. §. 1.
— sequestrum durabit, donec causa desolationis cessaverit, vel processu intuitu introducendae proportionis terminato, sequestrum sufferetur. 1807: 21. §. 8.
— communium sequestrum fine proportionis quisque compossessorum petere potest. 1807: 21. §. 9. 1836: 12. §. 10.
— communis compossessores sequestro causam non dantes, proportionatam ratae suae excisionem exigere valent. 1807: 21. §. 10.
— sequestro subjectae si a proportione dividi petantur, eos, qui in talibus jus habent, et compossessores non sunt, vel qui tale jus emerunt:

nec in loco habitant, nec usum continuum exercent, sufficit per Consilii Locumtenentialis Regii Circulares citasse, vel sponte se in litem immittere possunt. 1807: 21. §. 12.

Sylva a proportione divisa, si communi pascuationi deserviat, partem ratae suae neo succisae quisque prohibere potest. 1807: 21. §. 19.

— plantare ad loca fluenti sabulo tecta si quis compossessorum vellet, Vice-Comes ei proportionatam plagam exscindet, in qua pascuatio, quousque arbores excreverint, sub poena violentiae interdicta erit. 1807: 21. §. 20.

— in dominali colonis gratuita lignatio focalis admittitur. 1836: 6. §. 3.

— in vicem agrorum, et pratorum assignatis, coloni libere et irrestricte utuntur. 1836: 6. §. 4.

— custodum aggressores judicio criminali subjiciuntur. 1840: 7. §. 13.

— damna inferentes praeter refusionem illorum et expensarum, etiam mulcta aut poena corporali afficiuntur. 1840: 9. §. 7. 13.

— laesio aut destructio si praeconcepto animo, vel plane adhibita violentia patraretur, praeter expensarum simplicem, damni vero et mercedis impulsionalis duplam refusionem, actus tales etiam juxta leges criminales vindicabuntur. 1840: 9. §. 9.

— pratis, satis, hortis, et vineis illata damna, non solum simplici damni, expensarum et mercedis impulsionalis resarcitione, sed insuper etiam pecuniaria et aresti poena vindicabuntur. 1840: 9. §. 9.

— arundinetum, turfam vel fruges succendens, praeter damni et expensarum refusionem, etiam qua incendiarius punietur. 1840: 9. §. 12.

— in dominalibus, praeprimis tempore siccitatis ignem excitantes, praeter damni et expensarum resarcitionem, ad arestum condemnabuntur. 1840: 9. §. 12.

— damna inferentes velut directi fures puniantur. 1840: 9. §. 13.

— custodem verberans, non tantum in expensis curae, sed etiam in refusione damni, et titulo perpessorum dolorum in birsagio a 24 usque 100 florenos M. C. convincetur. 1840: 9. §. 31.

— eradicatio in praecipiti monte pone fluvios impediatur. 1840: 10. §. 13.

Sylvanales ad succrescentias invagiato pro jugali pecore, equo, capra, praeter causati damni refusionem, ab omni frusto 30 cruciferi, a setigero vero et ove 10 crucigeri C. M. poenae instar toties quoties desummentur, et pastor, cujus incuria damnum enatum est, etiam poena corporali afficietur. 1840: 9. §. 9.

— custodis sub juramento elicita fassio ad probandum id, per quem, vel quot, et quae pecora damnum patratum sit, tanta vi pollet, ut incusatus ab hac querela se purgare teneatur. 1840: 9. §. 21.

Sylvestrium fructuum collectio subditis admittitur. 1836: 6. §. 4.

Sylvius Brixicanus Bergomanensis in indigenam cooptatur. 1681: 82. §. 22.

Symbolica resignatio fundorum licitatione judiciali venditorum in civitatibus abrogatur. 1836: 15. §. 16.

Synodum Episcopi bis per annum celebrent, ad quem vocatus comparere tenetur. Colom. I: 2.

— a frequentatione parochi pecunia se redimere nequeunt. 1498: 68.

— per Episcopos celebrentur, ad quas parochi comparere obligantur. 1559: 41.

— Evangelici absque consensu Regis servare nequeunt. 1715: 31.

— Evangelici in loco, a Rege praefixo, praesente Homine Regio celebrare, et Canones in eadem condere possunt. sed tales pro superinspectione Regi substernere obligantur. 1791: 26. §. 4.

Syrmiensi in Comitatu contra malefactores judicia celebrentur. 1478: 7.

Syrmiensis Comitatus de viginti quatuor portis unum huszarum teneat. 1498: 16.

— Ejus decimae pro sustentatione coquinae Regiae Provisori Budensi resignentur. 1518: 14. Bács.

— Idem ad Conventum Hatvaniensem nuncios mittat. 1525: 36.

— In eodem donationes Joannis Regis maneant in vigore. 1552: 21.

— Idem Regno reincorporetur. 1715: 92.

— Comitatus per Regales ad Comitia Regni evocetur. 1751: 23.

— Comitatus pro Academia militari Ludovicea offert 1061 florenos. 1812: 2.

— pro Academia Ludovicea confert 269 florenos. 1836: 39.

— Idem pro Musaeo Nationali offert 7331 florenos 15 xr. 1827: 35.

— Idem spectat ad Tribunal Cambiale Carolostadiense. 1840: 15. II. §. 2. d).

— **Districtus** Hungariae incorporatur et confiniarii a contribuentibus separantur. 1741: 18. §. 3. 5.

Systema Juridicum per Commissionem elaboretur. 1715: 24.

— Militare, politicum, et Oeconomicum alia commissio elaboret. 1715: 59.

— Educationis juventutis et libertatis preli elaboretur. 1791: 15.

Sythke Georgius Consiliarius et Assessor Regius. 1518: 39.

Sywegh Joannes Judex Regius Civitatis Cibiniensis, Tractat. Transylv. 1595. Exord.

Szabadfalva castellum noviter erectum diruatur. 1548: 46.

Szabatka possessionis super libertate per Gabrielem de Zömlén fabricatae falsae literae. II: 14. §. 56.

Szabó Andreas Episcopus Noviensis membrum Deputationis Literariae nominatur. 1791: 67. Episcopus Cassoviensis pro Academia Ludovicea offert bis mille florenos. 1808: 7. §. 18. Pro Musaeo nationali offert 500 fl. 1827: 35.

— Antonius pro Academia Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.

— Joannes pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18. Item Centum florenos. 1812: 2.

— Petrus ad Deputationem de alimentatione militiae. 1836: 11. §. 6.

— Szepesy Stephanus pro Erudita Societate Hungarica offert ducentos florenos. 1827: 12.

Szabolcs in civitate habita est Synodus 1092. XIII. Kal. Jun. S. Lad. I. Exord.

— Ibidem sales teneantur. 1222: 25.

— **Comitatus** ultra Tibiscum in partibus superioribus constitutus. 1546: 32.

— Idem defendatur contra insolentias Episcopi Varadinensis. 1550: 59.

— Ejus gratuiti labores deputantur ad Tokay, Ecséd, et Várda. 1567: 17. Ad Ecséd et Tokay. 1569: 19. 1578: 27. Ad Kálló. 1602: 14. 1608: 15. post cor. 1609: 61. 1613: 8. 1618: 46. 1622: 36. Ad Kálló et bonorum Sisgismundi Forgács ad S. Martinum. 1604: 8. Processus Dada ad Tokay. 1618: 49. 1622: 36. Ad Kálló et Tokay. 1635: 92. 1647: 153. 1649: 86. 1655: 116.

— Pro eo Judicia Posonii celebrentur. 1567: 24.

— In eodem causa ratione portionum in possessionibus Szegegyház, Mithke, et Rakmáz contra Fiscum Regium relinquitur in cursu juris. 1578: 57.

— Ad ejus instantiam Resolutio detur. 1595: 41.

— Idem non melestetur a Transylvanis. 1595: 56.

— Ejus villas sibi non vendicent Varadinenses et Husthenses. 1596: 35.

— Eidem restituantur fugitivi coloni. 1596: 40. 1655: 42.

— Ejus gravamina circa coactam commolitionem tritici, pascuationem, lignationem, et alia contra milites tollantur. 1596: 40.

Szabolcs Comitatus concessus est Principi Transylvaniae in Tractatu Nicolspurgensi. 1622: 29. Quem etiam filii ejus vita durante possideant. 1647: 20.
— Ejus Hajdones instar confiniariorum extra Regnum militare non tenentur. 1659: 73.
— Relinquuntur actu possessa templa pro libero exercitio religionis. 1681: 26.
— Ejus jurisdictioni subjiciantur oppida Hajdonicalia, et Polgári ac Szent-Margita. 1715: 95.
— circa subjicienda eidem oppida Hajdonicalia Resolutio promittitur. 1729: 8. Prorogatur. 1741: 36.
— Idem adnumeratur Tabulae Districtuali Trans-Tibiscanae Magno-Varadinensi. 1723: 31. §. 4.
— Eidem oppidum Polgári incorporatur etiam quoad portas. 1802: 14.
— Eidem Szennyes, Sige, Bánháza, Entsents, Eör, Kis-Máda et Gyüve incorporantur. 1827: 34. §. 2.
— Idem pro Musaeo Nationali offert 10.265 florenos 12 crucigeros. 1827: 35.
— Idem ad rationem Fundationis Buttlerianae in Academia Militari Ludovicea duos juvenes praesentare potest. 1836: 40.
— Idem spectat ad Tribunal Cambiale Debrecinense. 1840: 15. II: §. 2. f).
Szabor possessionis gratuiti labores deputantur ad Szalavár. 1649: 86. 1655: 116. 1659: 130.
Szadvára Arcis intuitu controversia inter familias Rákóczy et Pethe revideatur. 1657: 110. Extraordinarie revideatur. 1649: 69. 1655: 102. 1659: 125.
— Ad eam deputantur gratuiti labores ex propriis pertinentiis. 1655: 116.
Szajtler Carolus pro Academia Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
Szakácsy in possessione resident Coqui Regii, qui Jobagiones nec recipere, neque transmittere debent. 1500: 21.
Szakállos et **Bálván** in, Evangelicis templa restituantur. 1647: 6. §. 11.
Szakmár. *Vide: Szathmár.*
Szakmárdy Joannnes Protonotarius Commissionis Valachorum in Slavonia et Croatia membrum 1647: 46. Commissarius pro abolendis teloniis siccis in Slavonia. 1647: 91. Ob merita sua pro se, et in officio suo successoribus in Diaeta votum et sessionem impetrat. 1662: 52.
Szakolcza civitatem Rex defendendam suscepit. 1435. I. Exord. §. 2.
— Est locus antiquus tricesimae filialis ad Trencsiniensem capitalem. 1498: 34.
— Ea pertinet ad bona et proventus Regis inabalienabiles. 1514: 3.
— Ejus Cives terras Moravis non vendant, ne metae Regni convellantur. 1548: 68.
— Eo deputati Commissarii limitanei. 1550: 42. 1563: 60. 1681: 23.
— Circa eam causae limitum Regni cum Moravis definiantur et executioni mandentur. 1557: 18. 1559: 48. 1649: 27.
— Nobiles domos ementes vinum non educillent. 1563: 62.
— Controversia metalis inter eam et Strasnicza revideatur. 1578: 10.
— Ab ea vectigal non exigatur. 1596: 19.
— Ejus controversiam cum Hodolin et Strasnicza Commissio limitanea versus Moraviam ordinata complanet. 1604: 15.
— Prioribus possessoribus restituatur. 1606. Pacif. Vien. ad Pers.
— Ibidem relinquitur Evangelicis liberum exercitium Religionis. 1647: 8.
— Controversia ratione domus inter eandem civitatem, Joannem Rakitay et Ludovicum Nyáry revideatur. 1649: 58.
— Eidem quoad aggerem ad ripam Strasniczensem satisfiat. 1659: 83.
Szakolcza civitatem inter et Dominium Strasnicza in causa metali lata sententia executioni mandetur. 1681: 23.
— Eidem de illatis per milites et Moravos damnis satisfactio impendatur, et conservatio murorum civitatis admittitur. 1715: 88.
— Ibidem stabilitur tricesima capitalis cum filiali in Holics. 1715: 91.
— Ejus praetensio complanetur. 1751: 32.
— Eidem per elevationem aggerum molae Gödingensis causata damna discutiantur. 1765: 40.
— Ea pro Musaeo Nationali offert 469 florenos 48 crucigeros. 1827: 35.
Szákony in possessione telonium siccum tollatur. 1625: 34.
Szala fluminis ex citeriori parte ad arces Comitatus Szaladiensis deputantur gratuiti labores ex pertinentiis propriis. 1556: 5.
— praedicatum familiae Barkóczy. 1687: 15. 1751: 26. Concl. 1765: 16. Concl. 1802: 26.
Szaladiensis Comitatus Plebanorum controversia cum Capitulo Veszprimiensi ratione quartae decimarum complanetur. 1504: 13.
— Hujus Comitatus defensionis curam Rex habeat. 1546: 40.
— Pro eo Posonii Judicia celebrentur. 1548: 19.
— Idem militet ad loca confiniorum. 1555: 4.
— Districtualis ad integritatem tres judices requiruntur, qui pluralitate votorum causas decidunt. 1723: 31. §. 10.
— cujusvis Praesidem, Assessores, et Notarium Rex nominat. 1723: 31. §. 14.
— Ea aliorsum transferri potest. 1723: 31. §. 16.
— Ea transmittit causas ad Tabulam Regiam. 1723: 33. §. 2.
— Ea liquidum debitum ultra mille florenos, imo etiam auszugale judicare potest. 1729: 44.
— Ea judlcet pignora in pluribus Comitatibus sita, quod si talia in pluribus districtibus existant, Actor libere eligit Tabulam Districtualem, coram qua agere vult. 1807: 9. §. 4.
— Ea judicat causas ex neglecta praemonitione, et transvestitione, si bona in pluribus Comitatibus sita sunt, secus Vice-Comes, vel Judex Nobilium judicabit. 1807: 9. §. 5.
— Districtualis Sententiarum executio per respectivam jurisdictionem peragetur. 1836: 15. §. 21.
— Districtuales pro pertractatione causarum concursualium Deputationem e quinque membris consistentem, et tempore etiam juristitiorum in loco judicii functuram constituet, quae sententias interlocutorias etiam feret, ast sententiam meritoriam tantum integra Tabula Districtualis pronunciare poterit. 1840: 22. §. 122.
Tabulae Magnatum assideant Episcopi. 1608: 1. §. 4. post cor.
— Ei assidet Palatinus Regni, Judex Curiae Regiae, Banus Croatiae, Tavercicus, Barones Regni, Comes Posoniensis, Custodes Coronae. post hos Haereditarii, post hos alii supremi Comites juxta senium, denique caeteri Magnates. 1687: 10.
— Ei assideat Abbas Praemonstratensium. 1715: 73.
Tabula Regia judicat causam ex defectu seminis motam, in qua productio privilegiorum requiritur. I: 29. 1715: 28.
— Regiae Assessores votum et sessionem in Comitiis habent. 1608: 1. §. 12. post cor.
— Regia judicat omnes causas, productionem privilegiorum requirentes. 1715: 28.
— Ea diaetalium ablegatorum calumniatores, diffamatores in florenis ducentis, verberatores, vulneratores in actu majoris potentiae, occisores vero in poena mortis convincat. 1723: 7. §. 9.

Tabula Regia judicat causas de bonis neoaquisticis. 1723: 19. 1741: 21.
— Eadem in judicandi facultate confirmatur. 1723: 25.
— Ea ad plenum judicium novem judices cum praeside requirit. 1723: 25. §. 3.
— Ea Juratos salarisatos habeat. 1723: 25. §. 3.
— Ea demptis juristitiis continuo consideat. 1723: 25. §. 3.
— Ea causas inter Fiscum Regium et regnicolas vertentes, salva ad Septemviratum appellata, decidit. 1723: 26.
— Ea pro singulo termino seriem causarum elaboret. 1729: 43.
— Ea causas juxta ordinem judiciarium Josephinum terminatas jam transmissas revideat, et ad Septemviralem transmittat. 1791: 46.
— Ea judicat crimen laesae Majestatis et notam infidelitatis. 1791: 56.
— Eadem quatuor Assessoribus Referentibus augetur. 1792: 16. §. 3.
— Ea causarum tam Tabularium quam appellatarum cum fine singuli juris termini seriem conficiat, exponat, et observet. 1807: 10. §. 2.
— Eadem processus idiomate Hungarico ad se perlatos, penes extractum Hungaricum referri curet. 1830: 8. §. 2.
— Eadem causas appellatas etiam tempore comitiorum revidebit, et in duplici senatu judicare poterit. 1836: 45. §. 1. 3.
— Regiae quoad augendum statum personalem Rex providebit. 1836: 45. §. 3.
Tabula Septemviralis velut supremum Regni Tribunal et Forum Superrevisorium statis temporibus celebretur. 1715: 24. 1723: 27.
— in Septemvirali praeter Praelatos et Barones adsint etiam alii jurisperiti Assessores juramento obstricti. 1715: 24. §. 4.
— causas a Tabula Regia transmissas revidet. 1723: 26.
— Ejus Assessores sub poena centum florenorum judicio interesse debent. 1723: 26.
— Septemvirali duo Praelati, duo Magnates et quatuor Nobiles adjiciuntur. 1723: 24.
— Septemviralis ad plenum judicium undecim judices requiruntur. 1723: 24. §. 3.
— Septemvirali Palatinus, et hoc impedito Judex Curiae Regiae praesidet. 1723: 24. §. 4.
— Septemviralis in meditullio Regni constituatur. 1723: 106.
— quatuor Assessoribus, uno videlicet Praelato, uno Magnate, et duobus Nobilibus augetur. 1741: 24.
— iisdem terminis, quibus Tabula Regia, dempto post paschali, considet. 1792: 16.
— exigentibus circumstantiis, causas ad forum primae instantiae directe remittere potest. 1807: 9. §. 5.
— in causis etiam cambialibus supremum Tribunal constituit, ad quam duo Referentes Assessores adduntur, qui tamen intuitu causarum nonnisi cambialium voto et sessione gaudent; una Tabulae Septemviralis sectio in causis cambialibus citra juristitium continuo considebit, absentis aut impediti Praesidis vices officio senior obibit, et ad integritatem judicii septem commembra requiruntur. 1840: 15. II. 1. §. 13.
Tabulares Processus lingva Hungarica levari et promoveri possunt. 1836: 3. §. 2.
Taciti socii mercantiles ultra summam fundo societatis illatam pro debitis societatis non cavent. 1840: 18. §. 1. a).
— socii mercantilis contractus improtocollari non debet. 1840: 18. §. 23.
— per socios collata summa ante dissolutionem societatis edici non potest, nisi contractu aliter conventum fuisset. 1840: 18. §. 25.
— post reobtentum a societate capitale suum creditoribus societatis duobus annis adhuc obstricti manent. 1840: 10. §. 27.
Taciti socii interusuria legalibus majora sibi deobligari facere possunt. 1840: 18. §. 28.
— in directionem societatis influxum non habent. 1840: 18. §. 33.
Taciturnitas inducit quandam renunciationem. II: 12. §. 9.
Tadika castrum cum literis privilegialibus occupavit Episcopus Veszprimiensis a Petro Petheő. 1542: 24. Neoz.
Tah nomen et praedicatum familiae. 1527: 1. 1559: 38.
— de, Joannes ad fidelitatem Regis citatur. 1527: 1.
Tahy Francisco bona Ecclesiae Belavár usuanda relinquuntur. 1548: 12. Judiciis intersit. 1559. 38.
Takáts Casparus Vice-Comes Comitatus Posoniensis ad Commissionem in negotio religionario deputatur. 1827: 30.
Talionis poenam luat falsus delator. 1567: 9. 1604: 18.
— Eam luat dolosus accusator, alterum de nota, crimine laesae Majestatis vel perduellionis denuncians. 1715: 7. §. 8.
— poenam luat calumniator, qui Comitem, Magistratum, Consulem, vel Judicem de arbitraria contributionis erogatione in majori summa incusavit. 1723: 63. §. 16.
— incurrit denuncians dominum, quod salem cariori, ac in depositorio regio, vendat, vel plane rusticos a se emere cogat. 1729: 5. §. 4.
Tallián Antonius ad commissionem de locis inclavatis. 1807: 28.
— Antonius pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
— Stephanus Protonotarius pro restitutione bonorum confiscatorum deputatus. 1681: 11.
— Stephanus alter pro Academia milit. Lud. offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Tamás-Lonya castrum noviter erectum diruatur. 1548: 46.
Tamássy nomen et praedicatium familiae. II: 14. §. 55. 75.
Tamásy Henrici castra et jura possessionaria, deficiente semine, per nequitiam Gabrielis Zömlén periclitantur. II: 14.
— Ladislai et Henrici filii falsas literas impetrant. II: 14.
Tanárky Josephus pro Academia militari Ludovicea offert ducentos florenos. 1812: 2.
Tanchen in loco stabilitur tricesima filialis. 1715: 91. §. 11.
Tapolcsán civitas tenetur 20 marcas cambire. 1541: §. 31.
— (Kiss) equites viginti quinque et pedites centum interteneat. 1655: 3. §. 22.
— (Nàgy) oppidi causam Palatinus revideat. 1649: 54. 1655: 106. 1659: 124. §. 6.
Tapolcsány nomen et praedicatum familiae. 1559: 29.
Tapolcsányi Nobilium castrum diruatur. 1559: 29.
— per Joannem patratas violentias commissarii cognoscant. 1597: 42.
Taposzka Abbatiam, ne Keglevics desolare possit, Rex provideat. 1550: 71.
Tarczaly oppidum per Bocskay redimatur et ad Tokay possideatur. 1606. Pac. Vien.
Tariffa taxarum in teloniis et naulis exponatur. 1715: 15. 1764: 9.
Tárii Laurentius Pincernarum Regalium Magister. 1405: Concl.
Tarlós in, Catholici Evangelicis templum restituant. 1647: 6. §. 11.
Tárnak Petrus Banus Zewrinensis. 1495. 1498. 1500. Concl.
Tarnay Michael ad Commissionem limitaneam. 1836: 32.
Tarnóczy Andreae viduae, occupata per viduam et filios Petri Erdődy bona et mobilia ubi Capitaneus restitui fecerit, violentia via juris vindicetur. 1578: 23.

Tarnóczy Joannis Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Nitriam. 1618: 49. 1622: 36.
— Mathias Episcopus Csanádiensis. 1649. Concl. Episcopus Vácziensis ad Commissionem limitaneam. 1655: 30. Appellationibus intersit. 1655: 51. 1662: 28. Pro reformando vectigali tricesimarum. 1655: 100.
Tarnovszky Michaelis Stanislai relictae viduae. C. Annae Czobor super excisione portionis in Holich et Sassin. 1655: 90.
— Petrus et Joannes indigenatum adipiscuntur. 1655: 119. §. 4.
Tarpa oppidi incorporatio ad Comitatum Bereghiensem inarticulatur. 1836: 29.
Tarródy Stephanus Praefectus Annonae castrensis. 1597: 25.
— Stephanus pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1827: 18.
Tartarorum in captivitate contra constitutos non currit praescriptio. I: 79.
— S. Ladislaus Rex ab incursandis Hungariae finibus removit. II: 6.
— Per eos Belae Regis aetate devastata fuit Hungaria. II: 14.
Tassy Casparus ad Commissionem limitaneam. 1635: 54. 1647: 70. Super Perceptoratu subsidii absolvitur. 1638: 71. A Perceptoribus subsidiorum rationes exigit. 1647: 39.
— Casparus de rationibus perceptae contributionis absolvitur. 1638: 71.
Tata mensae Regis addicitur. 1518: 14. Bách.
— contra ejus Capitaneum positae querelae. 1618: 6. 1622: 54.
— Hanc arcem reparabit Comitatus Comaromiensis. 1622: 36. §. 22. 1630: 3. §. 4. 1635: 92. §. 21. 1647: 153. §. 20. 1649: 86. §. 9. 1655: 116. §. 11.
— Ejus Vice-Capitaneus sit Hungarus. 1618: 17.
— Ad eam laboribus concurret Comitatus Albensis et Pilisiensis. 1635: 92. §. 21.
— Ea centum equites interteneat. 1655: 3. §. 39.
Tátt possessionis gratuiti labores deputantur ad Csesznek. 1649: 86. 1655: 116.
Tattenbach Leopoldus indigenatum consequitur. 1647: 155. §. 2.
Tauris Petrus Episcopus Syrmiensis. 1662: Concl.
Tausaint Carolus indigenatum consequitur. 1802: 34.
— Josepho indigenatus confertur. 1751: 41.
Tavernicorum Regalium Magister est Baro Regni. I: 94.
— Idem controversias in regiis Civitatibus dirimit. III: 10. 1405: I: 12.
— Is causas civium appellatas revidet. Ibidem.
— Idem juramentum Regi de servanda justitia praestare debet. 1486: 73.
— Idem in Comitiis post Banum Croatiae sessionem tenet. 1687: 10. §. 2.
— Idem in pristinam suam auctoritatem et jurisdictionem reponitur. 1741: 12.
— Is in Domo Monetaria Budensi munere suo fungatur. 1741: 12.
— Idem in suis juribus et praerogativis stabilitur. 1791: 24.
Tavernicalis sedis ingressus et conclusio lingva hungarica adornetur. 1840: 6. §. 6.
Taxae locorum credibilium specificantur. 1435. II: 10. 1486: 74. 1492: 95. 1609: 74. 1638: 31. §. 2.
— literarum evocatorium in locis credibilibus sint denarii viginti quatuor. 1435. II: 10. 1486: 74. §. 1. 1492: 95. §. 1.
— Cancellariae minoris specificantur. 1435. II: 11. 1486: 76. 1492: 98.
— evocatoriarum literarum in Curia Regia sint denarii viginti quatuor, in tertia vero evocatione denarii centum. 1435. II: 11. §. 5. 6. 1486: 76. §. 5. 6. 1492: 98. §. 3. 5.
— Cancellariae majoris specificantur. 1435. II: 12. 1492: 99. 1609: 73. 1638: 31. §. 3.
Taxam nullam solvant ecclesiastici, sed more veteri insurgant. 1471: 24.
— aestimationis judiciariae sint denarii centum. 1486. 74. §. 14.
— legales capitula et conventus sub amissione sigilli, Protonotarii vero sub amissione officii non excedant. 1495: 23. 1523: 56.
— sententionalium literarum in actibus potentiariis sunt floreni sex, si tamen damna magna illata sint, a proportione horum desummitur. 1523: 57.
— literarum evocatoriarum in Slavonia Capitulo et Protonotario solvantur denarii quinquaginta. 1538: 20.
— veteres in Cancellariis et locis credibilibus observentur. 1546: 36. 1548: 67.
— extraordinarias dominus a colono non desummat. 1548: 39.
— civitatum pro conducendo milite convertantur. 1595: 38. 1597: 17. 19. 1601: 4.
— nimiae a civitatibus non exigantur. 1596: 19. §. 2. 1597: 17.
— literarum omnium a Judicibus Regni ordinariis redemtibilium defiguntur. 1609: 72.
— ecclesiasticus beneficium adeptus Cancellario liberalius solvat. 1609: 73. §. 33.
— Archi-Episcopus Strigoniensis solvat in quadringentis florenis. 1609: 73. §. 33.
— Archi-Episcopus Coloczensis solvet in ducentis florenis. 1609: 73. §. 33.
— Episcopi, et Abbates, arces et castra possidentes, solvent florenos centum. 1609: 73. §. 34.
— Episcopi titulares, Praepositi majores, et Abbates solvent florenos quinquaginta. 1609: 73. §. 35. 36.
— pro minoribus ecclesiarum dignitatibus florenos viginti. 1609: 73. §. 37.
— pro simplici canonicatu florenos duodecim. 1609: 73. §. 38.
— nullas solvant in Cancellaria majori Judices Regni ordinarii. 1609: 73. §. 40.
— bullae aureae duplex est. 1609: 73. §. 41. 1638: 31. §. 3.
— in conventibus eaedem sint quae in capitulis. 1609: 74. §. 16.
— nimias, civitates Nobilibus domos civicas possidentibus non imponant. 1647: 78. §. 16. 1649: 19. 1715: 36. §. 2.
— civitatis Posoniensis, a domibus civicis, per Magnates et Nobiles possessis, uti et inquilinorum eorum limitentur. 1659: 51.
— regias solvant milites et viduae Kapronczae, Crisii et Varasdini fundos civiles possidentes. 1659: 93. §. 2.
— indigenatus in bis mille aureis defigitur. 1687: 26. 1741: 41.
— indigenatus deponere negligentes, indigenae esse nequeunt. 1687: 26. 1715: 23. 1791: 69.
— civitatum Rex limitet. 1715: 98.
— mille aureorum solvant exteri, beneficia ecclesiastica majora in Hungaria adepti. 1741: 17. 1791: 70.
— ducentoram aureorum solvant exteri, beneficia ecclesiastica minora in Hungaria possidentes. 1741: 17. 1791: 70.
— postalem officia et dicasteria non solvant. 1741: 31.
— nullas solvant Armalistae, propriis expensis insurgentes. 1751: 19.
— nullae ab evectione frugum praeter esituale portorium desummantur. 1807: 6. §. 4.
— stigmatis vasorum per jurisdictionem defigi potest. 1807: 22. §. 6.
— fornicis domino terrestri pendenda defigitur. 1836: 6. §. 7.
— protestationis cambialis singillatim sunt floreni duo. 1840: 15. II. 8. §. 135.

Taxarum judiciariarum pro Tribunalibus Cambialibus defixarum schema. 1840: 15. II: 16. §. 1. 2. 1844: 6. §. 25.
— pro actibus officiosis Tribunalis Cambialis defixae semper Tribunali solventur, et individuis Tribunalium Cambialium pro similibus functionibus nulla taxa competit. 1840: 15. II: 16. §. 3.
— Tribunalium Cambialialium ad manus Expeditoris Tribunalis Cambialis deponentur, qui pecunias has manipulabit, et desuper rationes reddet. 1840: 15. II. 16. §. 4.
— praevie deponere debet, qui apud Tribunal Cambiale copiationem documentorum solicitat. 1840: 15. II. 16. §. 5.
— pro citatione, exhibitione et deciso executionali, pro depositione juramenti, statutione testium, conscriptione executionali, et pro relatione super conscriptione praestita solvet ille, erga cujus requisitionem actus tales praesuscepti fuerunt. 1840: 15· II. 16. §, 7.
— pro sententia, decisis meritoriis et dilatoriis Tribunalium Cambialium obvenientes Pars utraque solvere tenetur. 1840: 15. II. 16. §. 7. 1844: 6. §. 25.
— judiciariarum pro Tribunalibus Cambialibus defixarum a depensione liberatur, qui fidedigno certificato legitimat, quod ducentorum florenorum valoris substantiam non habeat, Taxae tamen hae praenotandae, et si pars adversa causa caderet, per hanc persolvendae erunt. 1840: 15. II. 16. §. 7.
— pro cunctis, quae pro actibus judiciariis Tribunalium Cambialium solvi debent, Procurator partis cavebit: haec tamen dispositio ad Procuratorem absentis non extenditur. 1840: 15. II. 16. §. 8.
— ob intermissam solutionem actus judiciciarius Tribunalis Cambialis differri non potest, taxas tamen non solutas Expeditor Tribunalis Cambialis praenotabit, et si intra octiduum non solverentur, id ipsum Tribunali Cambiali insinuabit, quod absque mora contra Procuratorem partis executionem decernet, et mobilia hujus bona ad vires taxarum judicialiter conscribi, et venui exponi curabit, salvo Procuratori contra partem via summaria summendo regressu. 1840: 15. II. 16. §. 9.
— Tribunalium Cambialium intra unum annum haud incassatae, praerogativa immediatae executionis excidunt, et coram ordinario debitoris judicio inactionandae et comprobandae erunt. 1840: 15. II. 16. §. 10.
— sententiarum Tribunalis Cambialis Appellatorii in sedecim florenis defigitur, et taxam hanc, dum sententia ad Tribunal cambiale primae instantiae remittitur, pars triumphans solvere obligatur. 1840: 15. II. 16. §. 11.
— illegalibus damnificatus querelam suam Tribunali Cambiali exhibebit, et hujus deciso non contentus etiam altius appellare potest. 1840: 15. II. 16. §. 12.
— protestationis, etiamsi in eodem instrumento protestatorio plures comprehenderentur, in duobus florenis defigitur. 1840: 15. II. 16. §. 15.
— depositi pretiosorum in sexagesima parte illius summae defigitur, in cujus securitatem deponuntur. 1840: 15. II. 16. §. 16.
— depositi pro status obligatorialibus aut cambialibus, in securitatem praetensionis cambiariae receptis, in ¼ percentum summae depositae defigitur. 1840: 15. II. 16. §. 16.
— Schema apud Tribunal Cambiale Flumiense vigens confirmatur. 1840: 15. II. 16. §. 18.
— intabulationis a singulis obligatorialibus ducentos florenos non excedentibus in uno floreno triginta crucigeris; ab illis, quae summas ducentis florenis majores complectuntur, in tribus florenis defigitur. 1840: 21. §. 23.
Taxae judiciariae causarum concursualium ad primam excontentationis classem referuntur. 1840: 22. §. 81. ad b).
— judiciaria in causis concursualibus coram sedriis Comitatuum decurrentibus, in quibus massa concursualis mille florenos superat, sed 10.000 florenos non adaequat, in 25 florenis, a 10.000 usque 50.000 florenos in 50 florenis, ultra hanc ad summam usque indefinitam in centum florenis defigitur, a massa mille florenos non adaequante taxa non dependetur. 1840: 22. §. 81. ad b).
— judiciarias creditores concursuales a proportione suarum praetensionum ferre obligantur. 1840: 22. §. 112.
— sententiae in causa cambiali usque centum florenos sunt duo floreni, a centum usque mille florenos sunt 6 floreni, a mille usque decem mille florenos sunt 12 floreni, a 10.000 florenis usque indefinitam summam sunt 24 floreni pendendi. 1844: 6. §. 25.
— intuitu, inter Tribunalia Cambialia nullum discrimen intercedat. 1844: 6. §. 25.
— sententiarum Tribunalis Cambialis in medietate actor in alia medietate Incattus solvere debet. 1844: 6. §. 25.
— exmissis Magistratualibus pendendas Tribunal Cambiale regulabit. 1844: 6. §. 26.
Taxalistae juxta conventionem cum domino terrestri initam manent eidem obligati. 1723: 61.
— nullam conventionem ineuntes, praestitis praestandis migrare possunt. 1723: 61.
Taxis Baro Paulus idigenatum consequitur. 1827: 42. §. 3.
Taxon in, Evangelicis templum restituatur. 1647: 6. §. 11.
Téglás villa ad statum colonicalem redigitur. 1635: 68.
— Ea jurisdictioni Comitatus Szabolcsensis subsit. 1638: 67. §. 3.
— Ad Comitatum Szabolcs contribuat. 1647: 30.
— A recipiendis fugitivis colonis arceatur. 1659. 69.
Tegularia fornax Capitulo Jaurinensi erigi admittitur. 1715: 62. §. 2.
— unica Jaurini pro praesidio intacta maneat. 1713: 62. §. 3.
Tegzes Antonii de nece, per Transylvanos illata, vidua Comitis Ekkii a Salmis judicium administret, et non comparentes proscribantur. 1578: 26.
Telegd nomen et praedicatum familiae. 1384. Concl.
Telegdi Joannes Episcopus Bosnensis. 1608: Concl. Tabulae Regiae Assessor. 1609: 70. Episcopus Varadinensis ad Commissionem limitaneam. 1618: 12. 1625: 23. 1635: 55. Revisor Restantiarum Conuributionnalium. 1618: 16. Ad Commissionem Jaurinensem. 1618: 26. Appellationibus intersit. 1618: 64. 1622: 43. 1625: 51. Ad recuperanda bona in Austriam oppignorata. 1622: 62. 1635: 60. Archi-Episcopus Coloczensis in negotio Valachorum in Slavonia. 1630: 24. 1635: 33. 1638. Concl.
— Nicolaus Janitorum Regalium Magister. 1384. Concl.
— Nicolaus secundus, Praepositis Major Strigoniensis, sedis Judiciariae Assessor. 1574: 17. Episcopus Quinque-Ecclesiensis Appellationibus intersit. 1582: 4. 5. Ad Commissionem limitaneam. 1582: 6.
Telegdyana bona et jura in futura Diaeta per ordinarios Regni Judices revideantur. 1606: 12. §. 12. Pacif. Vien.
Teleke *vide Király Teleke.*
Telekes praedicatum familiae Török. 1630: 14.
Telekessy Michael ob violationem Salvi Conductus jure conveniatur. 1600: 22.
— Stephani controversia metalis decidatur. 1578: 18.
— Steph. secundus Tabulae R. Assessor. 1622: 43. 1625: 51. Pro abolendis teloniis siccis. 1635: 72.

Telekessy Stephanus tertius ad Commissionem limitaneam. 1681: 23.
Teleky C. Josephus Deputationis, pro discutiendis regni gravaminibus ordinatae, commembrum nominatur. 1791: 67.
— C. Josephus pro Erudita Societate Hungarica praeter familiae bibliothecam offert quinque mille florenos. 1827: 12.
— ad revisionem operatorum systematicorum. 1827: 8.
— C. Josephus in Sacrae Coronae conservatorem eligitur. 1840: 1.
— C. Josephus ad Deputationem de institutis correctoriis. 1840: 5.
— C. Josephus pro Erudita Societate Hungarica offert bis mille florenos. 1840: 42.
— ad Deputationem intuitu Theatri Hungarici Pestiensis. 1840: 44.
— C. Ladislaus pro Academia militari Ludovicea offert quinque mille florenos. 1808: 7. §. 18. 1827: 18.
— C. Samuel offert quinque mille florenos. Ibidem.
— C. Samuel ad Commissionem limitaneam. 1836: 32.
Telky Ecclesiae in facto Kerepes per Gabrielem Zömlén fabricatae literae. II: 14.
Teloniales literae in Cancellaria majori redimuntur florenis duodecim. 1609: 73. §. 17. 25.
— schema in tabula exponatur. 1715: 15. 1764: 9.
Teloniator itinerantes ad suum telonium non compellat. 1464: 15. 1566: 13. 1625: 34. §. 3. 1647: 91. §. 7. 1655: 29. §. 5. 1723: 15. §. 3.
— a Nobili, literis Vice-Comitis proviso, telonium exigens Vice-Comiti tradatur. 1500: 42.
— Regii in rebus officii Camerae Regiae, in aliis Comitatui subsint, et poenam violentiae e bonis suis pendant. 1681: 44. 1723: 13.
— abusus tollantur. 1681: 44. 1715: 15. 1723: 15.
— tariffam taxarum quaestoribus producere obligatur. 1715: 15. §. 5. 1764: 9.
— Bruckensis excessus ad fluvium Laytha tolluntur. 1729: 16.
— pro insurrectione taxatur. 1741: 63.
Teloniorum ad loca Nobiles et Ecclesiastici ire non cogantur. I: 9. §. 5. 1351: 15. 1492: 85. 1622: 48. 1723: 15.
— unius marcae non solvant Nobiles sponsam ducentes. 1351: 17.
— si literae primariae institutionis produci non poterunt, aut productae quantitatem solvendi tributi non exprimunt, limitat Comes Comitatus, juxta quod alibi in Comitatu solvitur. 1435. II: 22. 23. 1492: 87.
— non solvunt Sacerdotes, Scholares, et Nobiles. 1458: 10. 1723: 15. 1741: 28.
— non solvunt rustici sponsam domum ducentes, victualia dominis terrestribus, aut ad molendina fruges vehentes. 1486: 36. 1492: 86. 1723: 15.
— a Nobilibus sponsam comitantibus exigens in poena homagii vivi convincitur. 1492: 85.
— Nobiles, Presbyteri, Monachi, cives liberarum regiarum civitatum et privilegiatorum oppidorum. 1498: 35. 1622: 48. 1655: 83. 1723: 15. 1741: 28.
— solvere nolentes, privilegia de exemptione producant, quorum data cum donationalibus telonii conferantur, et antiquiores observentur. 1500: 41.
— arma et victualia in regnum inducentes non solvunt: 1522: 44.
— sicca tollantur. 1528: 5. 1546: 49. 1548: 53. 1552: 35. 1553: 27. 1554: 21. 1555: 14. 1556: 36. 1557: 17. 1566: 11. 1588: 27. 1609: 41. 1613: 21. 1618: 17. 1625: 34. 1635: 72. 1638: 58. 1647: 91. 1649: 77. 1655: 29. 1659: 57. 1723: 15. §. 3.
Telonium non solvunt coloni victualia ad castra vehentes. 1545: 28. 1595: 46. 1741: 63.
— liberae civitates non solvunt. 1546: 50. 1553: 29. 1563: 59. 1635: 53. 1655: 29. 1723: 15. 1741: 28. 1791: 64. 1792: 18. 1802: 28.
— a cupro e fodinis Bisztriczensibus nomine Regis evehendo non solvitur. 1548: 54.
— a solutione exempti sunt Nobiles praediales, et coloni Archi-Episcopatus Strigoniensis. 1557: 16. 1563: 59. 1599: 41.
— sine annutu Regis nemo erigat. 1563: 59.
— nimia et injusta exigentes privilegia sua producere tenentur, illisque per Comitem vel Vice-Comitem revisis, si plus exegerunt, quam in illis specificatum habetur, primo in centum, secundo in ducentis florenis, et tertio in amissione villae convincuntur. 1566: 12. 1588: 26. 1618: 17.
— non solvant coloni in confiniis pontes aedificantes. 1609: 47. 1723: 15.
— non solvant coloni et servitores, in negotiis dominorum proficiscentes. 1618: 59. 1625: 36. 1635: 71.
— in vicinis provinciis, a rebus allodialibus et victualibus non exigatur. 1625: 32. 1630: 17. 1635: 70. 1659: 62.
— injustum exigentes poena violentiae plectentur, possuntque juxta breves articulos de violentiis editos conveniri. 1625: 34. 35. 36. 1635: 53. 1723: 15.
— et Tricesimarum ab arendatione Judaei amoveantur, secus telonium nemo solvat. 1630: 15. 1647: 91. 1649: 79. 1723: 15.
— in vicinis provinciis non solvant Nobiles a rebus pro usu suo devectis. 1630: 17. 1659: 62. 1662: 40. 1723: 14. 1807: 19.
— possessores debent pontes, vias et aggeres conservare et reparare, sub poena amissionis telonii, ipso facto. 1647: 91. 1723: 15.
— solvant milites confiniarii quaestum exercentes. 1659: 60.
— privata tolluntur. 1681: 15.
— circa contrabandas Judicatus Cameralis in usu suo relinquitnr. 1715: 15.
— possessores debent vectigalia via Comitatuum publicare, in Tabella descriptum asservare, et quaestoribus, dum petierint, commucicare. 1715: 15.
— sicca ad instantiam Fisci Comitatensis, aut eo negligente, Fisci Regii, sufferre nolens Vice-Comes officium amittat. 1715: 15. 1723: 15.
— a pedite itinerante, vel a pecoribus ad nundinas pulsis, si non per pontes vel aggeres, sed per vadum aut glaciem transeant, non exigitur sub poena violentiae. 1723: 15.
— Budense confirmatur, sed alia tam in regiis quam privatorum bonis, non modo sicca, sed etiam fluvialia non necessaria, ubi nempe per pontes non transitur, abrogantur. 1723: 15.
— excessus Comitatus poena violentiae compescere obligatur. 1723: 15.
— vicinarum provinciarum ab inferendis per quaestores mercibus moderanda promittuntur. 1741: 28.
— non solvunt privilegiati, si passuales aut privilegia producant. 1741: 28.
— Budensis exactiones Rex cognoscat. 1741: 39.
— quod Tricesima Budensis a vinis et victualibus desummat, querelas Civitatis Budensis Rex cognoscat. 1751: 28.
— Tariffa publice exponatur. 1765: 9.
— in confiniis Nobiles et cives liberarum regiarum civitatum non solvunt. 1791: 64. 1792: 18. 1802: 28.
— et Naula a frugibus e regno evehendis usu recepto desummantur. 1807: 6. §. 4.
— in canale navigabili Pestino Szolnokinum aut Szegedinum ducendo quivis nauta absque discrimine solvere tenetur. 1840: 38. §. 7.

Tema ex praedio itinerantes ad telonium in Pápa divertere non compellantur. 1647: 91.
Temere litigantis poenam incurrit, qui in nullo foro favorabilem sententiam accepit. 1729: 32. §. 1. 2.
— esse desinit appellans, si intra trimestre parti adversae declaret, se appellatae cedere. 1729: 32. §. 6.
— Is solvit expensas, fructus perceptos, et centum florenos. 1729: 32. §. 2.
— poenam dictat Forum Supperrevisorium. 1729: 32. §. 1. 3.
Temes in Comitatu contra Malefactores Judicia Generalia celebrentur. 1478: 7.
— Ibidem de 20 portis unus huszarus teneatur. 1498: 16.
— Comitatus in comitiis votum et sessionem habeat. 1791: 28.
— In eodem factarum Donationum confirmatio in suspenso relicta, bona in minora corpora divisa conferantur. 1791: 36.
— Idem pro Academia militari Ludovicea offert tercentos florenos. 1812: 2.
— Idem pro Musaeo Nationali 11752 florenos 21⅞ xros offert. 1827: 35.
— Idem confert pro Academia Ludovicea 452 florenos 38 crucigeros. 1836: 39.
Temesiensis Comitis honor nonnisi nativis Hungaris conferatur. 1490. §. 12. 1507: 5.
— Idem in partibus inferioribus est Regni generalis Capitaneus. 1492. 1495. 1498. 1504. Concl.
— Idem unum banderium tenere tenetur. 1498: 21.
— Idem in Consilio penes Regem maneat. 1518: 39. Bách.
— Idem in partibus inferioribus bona occupata exequatur. 1552: 16. 27.
Temesiensis Districtus regno reincorporetur. 1741: 18. §. 3.
Temesvár est locus antiquus tricesimae capitalis. 1498: 34.
— in numerum liberarum regiarum civitatum cooptatur. 1791: 30.
— civitas pro Musaeo Nationali offert 1855 florenos 52 xros. 1827: 35.
— Consistorium Graeci Ritus pro Acadamia militari Ludovicea offert centum florenos. 1812: 2.
— pro Lyceo facta per Ignatium Mak fundatio. 1840: 55.
Temesváry Martinus pro Academia militari Ludovicea offert 8427 florenos 11 crucigeros. 1840: 43. §. 1.
Templum decem villae aedificent, pecoribus dotent, et Rex illud suppellectili provideat. S. Steph. II: 34.
— occasione seditionis desolata restaurentur, ea supellectili Rex, libris Episcopus provideat. S. Lad. I: 7.
— desolata Episcopus reaedificet. S. Lad. I: 8.
— res si incuria paesbyteri pereant, triplum restituet. S. Lad. I: 16.
— Evangelici libere erigere possunt. 1647: 5. §. 5. 1790: 26. §. 1. 2.
— Ea ubi Evangelicis addicta fuerunt, etiam proventus parochiales iis addicuntur. 1647: 5. §. 8. 1791: 26.
— tempore disturbiorum occupata tam Catholicis, quam Evangelicis restituantur. 1647: 5. cond. 4.
— nonaginta Evangelicis relinquuntur. 1647: 6. 1681. 26. 1791: 26.
— Evangelicorum occupans, in sexcentis florenis convincatur, et executione se opponens, si ecclesiasticus sit, in amissione beneficii, si saecularis, in amissione bonorum punitur. 1647: 14. 1791: 26. §. 12.
— pro Evangelicis aedificandorum loca enumerantur. 1681: 26.
— quae actu possident Evangelici, retineant. 1681: 26. §. 12. 19. 1687: 21. 1715: 30.
Tepla est locus liberi exercitii Religionis. 1649: 11.
Tercs castrum in Transylvania pertinet ad proventus Regis inabalienabiles. 1514: 3.
Tercsy Michaelis Judicis Nobilium processus gratuiti labores deputantur ad Szécsen. 1635: 92
Terebes Arx et bona restituantur Georgio Drúgeth 1613: 41.
— Posteri Georgii Széchy remittant Joanni Homonnay. 1625: 44.
Tergestum versus struendae semitae ferreae favores, articulo 25. 1836 denotati, attribuuntur. 1840: 40.
Terjek Georgii Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Pölöske. 1630: 3.
Termino brevi finiuntur causae pignorum, quartalitiorum, dotum, paraphernorum, debitorum, divisionum, et novi judicii. II: 18. §. 3. 1526: 20.
— **octavalibus** recipiuntur bona absque praemonitione condivisionalium alienata. I: 60. §. 1.2.
— quatuor concluduntur causae per admonitionem, vel simplicem evocationem, statutionem, recaptivationem, vel ad metalem reambulationem motae. II: 18. §. 4.
— **unico** finiuntur causae ad praeassumtam cautionem expeditoriam, et ad producenda literalia instrumenta motae. II: 18. §. 5.
— brevi evocatur injustus occupator et contradictor occasione statutionis. 1478: 8.
— unius quindenae ad faciem loci praefigat Vice-Comes in causis violentialibus. 1608: 4. §. 1. p. cor.
— in festo Epihaniae et S. Michaelis 60 diebus duravit. 1550: 50.
— unius quindenae datur evocato, remotius vero habitanti terminus competens dari debet. 1609: 29. §. 3. 4. 1613: 23. §. 4. 5. 1723: 26.
— in praefixione Protonotarii utriusque partis rationem habeant. 1681: 32. §. 2. 1723: 32.
— prorogatio etiam parti adversae tempestive significetur. 1681: 32. §. 4. 1723: 32.
— quatuor quindenarum Incattis remotius habitantihus ad certam diem praefigatur. 1723: 26. §. 2.
— in processu impensionali ad summum bis differri potest. 1729: 41.
— in causa urbariali Comitatus praefiget, si dominus terrestris Sedem Dominalem celebrare intermittat. 1792: 12. §. 5. 1796: 3.
— in causis ad introducendam in sylvis proportionem motis pro danda replica judex deliberatione praefiget. 1807: 21. §. 13.
— et locum pro lustra Nobilium Congregatio generalis praefiget. 1808: 3. §. 3.
— pro secunda lustra Nobilium coram officialibus instituenda Palatino significetur, qui efficiet, ut Districtuales Generales, vel eorum substituti adsint. 1808: 3. §. 7.
— solutionis in cambialibus praestitui potest: ad visum, ad placitum, a dato, vel post visum, ad determinatum tempus, ad certum diem, ad usum, et ad nundinas. 1840: 15. I. §. 89.
— juris cambialis juxta Calendarium Gregorianum computentur. 1840: 15. I. §. 209.
Terrae arabilis jugerum regalis mensurae, continet mensuras in longitudine septuaginta duas, in latitudine duodecim. I: 133. §. 48. Mutatur. 1836: 5.
— arabiles ad Sessionem spectantes, non aestimantur in solutione quartalitiorum, jurium pignoratitiorum, dotalitiorum etc. Secus est de exstirpatitiis, quae colonos proprie concernunt. I: 134. §. 2.
— in Hungaria possidentes exteri, per Comitatum pro insurrectione taxentur. 1662: 12.
— pratorum et sylvarum occupationes judicat Comitatus. 1729: 35.

Terragium solvit domino rusticus in Slavonia migrans, et terrae mandatum semen recipit. 1538: 23.
— duorum denariorum hungaricorum solvat domino suo colonus migrare volens. 1556: 28.
— solvat Nobilis vineam in alieno terreno possidens. 1563: 69.
— et nona pro synonimis habentur. 1604: 14. §. 2.
— colonus domino terrestri solvat. 1604: 14. §. 2. 3. 1608: 9. p. cor. 1613: 39. 1618: 32. 1622: 2. §. 13.
— de frugibus intra octo dies a facta insinuatione desummatur, secus proprietarius fruges suas devehere potest. 1802: 7. 1836: 7.
Terrestris Dominus quomodo debeat impendere judicium rusticis? III: 26.
— Dominorum salvo jure, et non aliter admittitur Evangelicis liberum religionis exercitium, proinde salvo etiam jure Patronatus, quod plerisque competit, relate ad ecclesias in bonis suis existentes, ut pro his Parochos praesentare, et per Episcopos investiri curent. 1681: 25.
— Dominus, aut hujus officiolatus rationes communitatum revideat. 1836: 9. §. 5.
— Idem contra subditos, pertinacis renitentiae, aut malitiae junctorum excessuum, praevaricationum, atque damnificationum iterato reos, ad amotionem procedere potest. 1836: 10. §. 5.
— Idem damna subditis suis positivo studio iterato inferens, Actore Fisco Magistratuali in poena a quinquaginta usque ducentos florenos defigenda convincetur. 1836: 10. §. 5.
— Idem saevitiem committens Actione criminali convenietur. 1836: 10. §. 5.
— Idem desertarum sessionum colonicalium impopulationem impediens ducentorum florenorum poena afficietur. 1836: 11. §. 9.
— per Dominum subtractae a fundo contributionis sessiones colonicales denuo impopulentur, et ad fundum contributionalem reapplicentur. 1836: 11. §. 10.
— Idem intuitu desertarum sessionum ordinariam juris viam ingredi potest. 1836: 11. §. 11.
— a Domino restantiae contributionales pro desertis sessionibus per Judicem Nobilium et Jurassorem via summaria incassentur. 1836: 11. §. 14.
Vide: Colonus, Sedes Dominalis, Sessio colonicalis, Urbarium.
Territorio in dominali civis fundos possidens, omnia onera ferre, et coram domino terrestri juri stare tenetur. III: 18.
— et aggeres rectificentur. 1681: 23.
Tersact ad arcem limites Regni in salvo permaneant. 1630: 23.
— Ea Hungariae reincorporetur, et familiae Frangepan restituatur. 1649: 32. Cujus praedicatum est. 1638: 42. 1655: 4. 1659. Concl.
Trsztyánszky Michael pro Academia militari Ludovicea offert mille florenos. 1812: 2.
Teschinae Dux titulus Regum Hungariae ex Augusta Domo Austriaca. 1791. 1792. Exord. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1812. 1827. 1830. 1836. 1840. 1844. Exord.
Tessenberg Joannes indigenatum adipiscitur. 1791: 73. §. 2.
— Idem pro Academia Ludovicea offert mille florenos. 1808: 7. §. 18.
Tessinensi cum Duce controversiam Moysis Szunyogh Commissio limitanea versus Silesiam complanet. 1604: 15.
— Ducissae demandetur, ut a violentiis abstineat, et subditos arcis Budetin in statu pacifico permittat. 1638: 37.
— Ejus subditi a damnis subditis Budetinensibus inferendis abstineant, et de illatis satisfaciant. 1649: 26.
— Per eosdem illatorum damnornm satisfactio procuretur. 1655: 30.
Testamentum filii de aquisitis suis condere possunt. I: 5. 51. 58.
— privilegiatum est de piis legatis, militum item, inter liberos, vel tempore pestis factum, in hoc sufficit sola testantis scriptura, vel subscriptio. vel si nuncupativum sit, duorum testium testimonium sufficit. I: 57. III: 29. 30. 1715: 27. §. 5.
— **solenne** per quinque testes simultaneos subscribi debet. 1638: 31. §. 4. 1715: 27. §. 1.
— quoad solemnitates externas judicat forum spirituale, quoad internas solemnitates vero forum saeculare. 1647: 15. 1715: 27. §. 3.
— Nobilium de bonis civilibus etiam in locis authenticis, vel coram sufficientibus testibus condita, valent. 1655: 46.
— Magnates in bonis aquisitis Majoratum instituere possunt. 1687: 9.
— solenne, si testator scribere nesciat, sextum testem requirit. 1715: 27. §. 2.
— Id citra institutionem haeredis est validum. 1715: 27. §. 4.
— Ut ecclesiasticus, beneficium de collatione regia tenens, de rebus mobilibus et immobilibus condere possit, facultatem testandi impetret, secus Conventioni Kolonichianae se accommodet. 1715: 16. §. 2.
— Id ultimus deficiens de solis aquisitis, non vero collationis regiae bonis condere potest. 1715: 26.
— Id quoad solemnitates externas, an dolosum, vel fraudulentum sit, judicat forum spirituale. 1715: 27. §. 3.
— ad codicillum tres testes sufficiunt. 1715: 27. §. 6.
— Id juxta usum receptum cives condere possunt, sed illud testatori praelegi debet, et hic coram testibus declarare, hanc suam esse voluntatem ultimam. 1715: 27. §. 7.
— Id post mortem publicetur. 1715: 27. §. 8.
— militum in procinctu condita, sunt privilegiata. 1830: 9. §. 3.
— quibus talia quoque bona involuta sunt, de quibus testator disponere nullatenus poterat, legali bonorum aviticorum divisioni obesse non possunt. 1836: 14. §. 8.
— per cives propria manu scripta et subscripta solennisantibus testibus praelegi non debent. 1840: 14. §. 1.
Testator, si scribere nesciat, vel non possit, sextus testis adhiberi debet. 1715: 27. §. 2.
— civis testamentum propria manu scriptum et subscriptum adhibitis testibus praelegere non tenetur. 1840: 14. §. 1.
Testimonium dare recusans in sedecim marcis puniatur, et si substantia careat, corpore luat. II: 28. 1563: 81.
— capitula et conventus pro executione mittant. 1543: 29. §. 3.
— paupertatis pauperes, pupilli et viduae coram Sede judiciaria producant. 1563: 51.
— in teloniis producant cives liberarum regiarum civitatum quod cives sint, et proprias merces vehant. 1563: 59.
— det Nobilis suis hominibus pro tricesimis, quod res suas devehant. 1599: 34. §. 3.
— det evocationem faciens. 1723: 30. §. 6.
— colono migranti nullo sub praetextu deneget dominium. 1791: 35. §. 4. 1792: 12. 1796: 3. 1802: 6. 1836: 4.
Testes olim superstites dicebantur, quia super statu causae proferebantur. Prol. 13. §. 6.
— fassio ad annos sexaginta acceptatur. I: 39.
— in communi inquisitione libere debent fateri, non coactae, aetatem talem habere, ut rerum gestarum recordentur, modum patratae rei, et an scitu vel auditu rem noverint, exponere, jurare debent. II: 27. 1486: 14.
— auditui simplici locus non datur. II: 27.

Testes ignobiles contra Nobiles non admittebantur. II: 27. 1486: 14. Jam saepius pro et contra. 1729: 26.
— nomina, et qui vicini vel commetanei, aut comprovinciales sint, debet literis relatoriis inseri. II: 27. 29.
— juramentum deponere debet. II: 27. §. 9. 10. 1729: 26. §. 1.
— ad mandatum judicis ordinarii attestari nolens, ad valorem sexaginta quatuor florenorum res amittat, non habens vero luat in corpore. II: 28. 1563: 81. 1618: 67.
— vicinus unus pro decem comprovincialibus acceptatur. II: 29.
— esse nequit infamia notatus. II: 30. Colom. I: 27.
— et accusatores olim quales esse debebant? S. Steph. II: 3.
— contra Dominos Servi esse non poterant. S. Steph. II: 19. Jam interdum pro et contra testificantur. 1729: 26.
— laicus contra clericum non fuit admissus. S. Steph. II: 3.
— semel falsus inventus, nunquam amplius admittitur. Colom. I: 83.
— falso genae adurebantur cruciatim. Colom. I: 83.
— esse potest rusticus contra Nobilem in causis potentiariis. 1613: 23. §. 16.
— quinque simultanei requiruntur ad testamenti validitatem. 1715: 27. §. 1.
— sex adhibeantur ad testamentum, si testator scribere nesciat. 1715: 27. §. 2.
— duos postulat testamentum privilegiatum et nuncupativum. 1715: 27. §. 5.
— tres sufficiunt ad valorem Codicilli. 1715: 27. §. 6.
— in crimine laesae Majestatis, vel notae infidelitatis an accusator aut delator esse possit, arbitrio judicis relinquitur. 1715: 7. §. 7.
— in processu impensionali, absente Domino terrestri, in praesentia Judicis Nobilium et Jurassoris atque convocatorum authenticantur. 1729: 41. §. 5.
— in cambialibus occurrens qua talis diserte in illis exponi debet. 1840: 15. I. §. 27.
— in causis cambialibus audiendi, si ad distantiam unius milliaris habitant, intra tres dies comparebunt, si extra locum Judicii Cambialis habitarent, penes Mandatum Compulsorium per respectivam Jurisdictionem exaudientur. 1840: 15. II. §. 100.
— si pars litigans coram Tribunali Cambiali intra praestitutum terminum statuere intermittat, causa cambialis citra omnem moram decidetur. 1840: 15. II. §. 100.
— et artisperitorum pro constitutione Tribunali Cambiali solventur 40 crucigeri. 1840: 15. II. 16. §. 2.
— coram Tribunali Cambiali statutis, pro neglecta merendi oportunitate, solvendam indemnisationem judicium determinabit. 1840: 15. II. 16. §. 14.
Tétel in loco stabilitur tricesima filialis ad Petrovaradinensem. 1715: 91.
Teuffel Elisabethae, Pauli quondam Révay viduae, ratione bonorum per Danielem Révay occupatorum Palatinus satisfactionem impendat. 1655: 93.
— Ejusdem viduae debita in vicinis provinciis exsolvantur. 1659: 82.
Teuffenbach Christophorus Supremus Capitaneus partium superiornm bona Alberti Lonyay in Comitatibus Beregh et Ugocsa violenter occupata restituat. 1596: 33.
— Idem Stephanum Sóos Vice-Comitem Comitatus Sárosiensis in vincula conjicit, et militem in Curias Nobilitares condescendere facit. 1597: 44.
— Contra ipsius relictam viduam Euphrosinam Dóczy Nobilium querelae. 1600: 23.
Teutonius fuit Petrus Rex. II: 14.
Thabor in monte emanatum privilegium Andreae II. Regis super quadam possessionaria collatione habetur in Comitatu Honthensi. II: 14.
Thalerorum cusio ad tempus permittebatur. 1553: 23. 1555: 8.
— in valore nonaginta trium denariorum cudantur. 1554: 17.
— damnosa cusio prohibetur. 1556: 38.
— sub confiscatione pro nova cusione non efferantur. 1609: 48. 1625: 41.
— hungarici in aequivalenti pretio in haereditariis provinciis acceptentur. 1618: 19. §. 3.
— centum viginti denariorum cudantur. 1625: 39. §. 3.
— falsos cudentes notam infidelitatis incurrunt. 1723: 9. §. 4.
Thali Georgii Judicis Nobilium processus gratuiti labores ad Comaromium. 1635: 92.
Thamásy Henrici castra et jura possessionaria, deficiente semine, per nequitiam Gabrielis de Zömlén periclitantur. II: 14.
— Ladislai et Henrici filii falsas literas impetrant. II: 14.
Tharii Laurentius Pincernarum Regalium Magister. 1405. Concl.
Thárnak de Machkás Petrus Banus Zewrinensis. 1495. 1498. 1500. Concl.
Thaun Vilhelmo Antonio indigenatus confertur. 1687: 28. §. 3.
— Leopoldus pro indigena recognoscitur. 1764: 45.
Theatro pro Nationali, Pestini pone Danubium exstruendo, requisiti sumtus in Regno colligantur. 1836: 41.
— Nationalis, Pestini praeexistentis, pro depurandis debitis et prima ejus institutione 50,000 flor offeruntur, et ad tegendas ejus erogationes duae tertiae interusuriorum e summa fundationali 400,000 florenorum annue convertantur, una tertia interusuriorum capitali adjicienda. 1840: 44. §. 1. 2.
— pro Nationali Pestiensi oblati capitalis administratio, et theatralis directionis superinspectio Deputationi Regnicolari concreditur. 1840: 44. §. 3.
Thelekessy Michael ob violationem Salvi Conductus jure conveniatur. 1600: 22.
— Stephani controversia metalis cum Zdenkone Kawka Moravo per Commissarios decidatur. 1578: 18.
— Stephanus secundus Praepositus Lelesziensis, Tabulae Regiae Assessor. 1622: 43. 1625: 51. Pro abolendis teloniis siccis in partibus ultra-tibiscanis. 1635: 72.
— Stephanus tertius Praepositus S. Adalberti ad Commissionem limitaneam. 1681: 23. Dein Episcopus Agriensis.
Theresiani Vacziensis aedes vendantur. 1827: 17. §. 1.
Theresiopolis in numerum liberarum regiarum civitatum cooptatur. 1791: 30.
— Ea pro Academia Ludovicea offert undecim mille florenos. 1812: 2.
Thesaurarius sit Hungarus et saecularis. 1492: 6. 1606: 5. Pac. Vien. 1608: 5. ante cor. 1618. 15. 1681: 14.
— praefectis et praesidiis castrorum finitimorum salaria subministret. 1507: 5. §. 5. 1526: 4.
— Idem penes Regem perpetuo maneat. 1514: 68.
— Idem proventus Mensae Regiae expleat. 1519: 14. §. 3.
— Idem peragat executionem contra eos, qui ad insurrectionem concurrere nolunt. 1519: 3.
— Thesaurarii duo per Regem constituantur. 1522: 1. §. 2.
— Thesaurarius colligat argentum et antiquas monetas. 1525: 34.

Thesaurarium pro administratione proventuum Regiorum Rex eliget. 1526: 3.
— Idem de fida administratione proventuum juramentum deponat. 1526: 3. 1542: 26. §. 4. Neoz.
— Idem conservationi banderiorum regalium, et aliis ad defensionem Regni necessariis provideat. 1526: 7. §. 5.
— Idem subsidium a colonis exigat. 1528: 7.
— Thesaurarii duo ex Dominis, et tres ex Nobilibus eligantur. 1542: 36. Neoz.
— Idem subsidia belli percipiant et administrent. 1542: 36. Neoz.
— Idem pro recipienda contributione festo Pentecostes Posonium veniant. 1546: 12. §. 2.
— Idem stipendia equitum solvat. 1547: 9.
— Eidem menstruae pecuniae mensales assignantur. 1547: 9. §. 1. 2.
— Idem rationes reddat. 1547: 9. §. 4.
— cum dicatore, ad eruendum subsidium, portas connumerabit. 1547: 10.
— Idem curet, ut subsidium unice in defensionem Regni convertatur. 1547: 13. §. 2.
— Idem ad nullam gubernationis Regni partem se immisceat, sed solum proventus Regios curet. 1606: 5. Pacif. Vienn.
— Idem in sua auctoritate stabilitur. 1609: 21.
Thornocz castellum Comitatus Nitriensis distrahatur. 1559: 26. §. 2.
Thötös Dionysius Janitorum Regalium Magister. 1351. Concl.
Thugut Franciscus Baro indigenatum consequitur. 1802: 32.
Thuránszky Petrus contra Elisabetham Naprágy, ratione curiae et bonorum per transactionem occupatorum, ac ab eadem Elisabetha iterum reoccupatorum, jus semel impetratum prosequi potest. 1649: 59.
— Petrus secundus ad Commissionem pro regulatione Danubii. 1840: 4.
Thurn et Taxis Fridericus Princeps in indigenam Regni absque voto in comitiis cooptatur. 1840: 51. §. 6.
— Vilhelmus Carolus Princeps indigenatum absque voto et sessione in comitiis adipiscitur. 1840: 51. §. 7.
Thurocz nomen et praedicatum familiae. 1464. 1486. 1492. Concl.
Thuróczienſis Comitatus in exercitum pixidarios secum ducat. 1518: 6. Toln. 1523: 18.
— Ejus Nobiles cum pixidariis more exercituantium et non in curribus Kocsi ad Hatvan conveniant. 1525: 31. Militent sub Capitaneatu Joannis Balassa. 1555: 4.
— Pro eodem judicia Posonii celebrentur. 1548: 19.
— Idem Sale polonico uti potest. 1548: 29. 1715: 13.
— Ejus possessionum Hai causa in suspenso relinquitur. 1550: 75.
— Ejus gratuiti labores deputantur ad Léva. 1556: 16. 1635: 92. 1638: 70. 1647: 153. 1681: 7. Non ad Leva sed Veterozolium. 1557: 6. Ad Levam et Corpona. 1559: 28. 1567: 17. Bonorum Archi-Episcopi Strigoniensis in eodem Comitatu sitorum ad Ujvár. 1559: 27. Comitatus ad Leva, Bakabánya, Bozok et Corpona. 1569: 19. Ad Bakabánya et Ujvár. 1578: 27. Ad Kékkő et Dévén. 1602: 14. Ad Hatvan. 1604: 8. Ad Damasd. 1608: 15. p. cor. Ad Fülek. 1609: 61. 1613. 8. 1618: 49. 1622: 36.
— Idem petit Conventum Thurocziensem restaurari. 1599: 35.
— Ex ejus sylvis pro fabrica confiniorum ligna administrentur. 1600: 17. 1601: 22.
— Ejus incolae non vexentur per officiales Galgócziens et Sempthenses in navigatione fluvii Vagi. 1638: 65.
Thurocziensis Comitatus dejiciat aggeres versus Silesiam ad Budetin. 1647: 69.
— Contra oppressiones ejus Nobilitatis Supremi Comitis Francisci Révay querelae revideantur. 1647: 112.
— Ejus Vice-Comes deputatur ad rectificandas metas Regni versus Silesiam. 1681: 23. 1715: 39.
— Eidem Comitatui Sigillum in Conventiculo Onodiensi confractum restituitur. 1715: 46.
— Idem adnumeratur Tabulae Districtuali Cis-Danubianae Tyrnaviensi. 1723: 31.
— Idem pro Musaeo Nationali confert 1568 florenos 12 crucigeros. 1827: 35.
— Idem spectat ad Tribunal Cambiale Pestiense. 1840: 15. II. §. 2. a).
— **Praepositurae** gratuiti labores deputantur ad Léva. 1556: 16. Ad Ujvár. 1556: 12. 1559: 27. 1567: 17.
— teneat gentes ad Ujvár. 1556: 19.
— Ejus Conventus ad faciendas executiones restauretur. 1569: 48.
— Conventus Protocollum transferatur Tyrnaviam ad Capitulum Strigoniense. 1578. 21.
— Praepositura benemerito indigenae conferatur, qui Conventum intra annum restauret. 1588: 44.
— Praeposituram contulit Rex Jesuitis. 1588. Concl.
— Idem Conventus restauretur. 1591: 40. 1599: 35. 1609: 50.
— Praepositura ecclesiasticae personae conferatur, Conventus restauretur, et executiones peragat. 1613: 32.
— Ejus Sigilli et Protocolli super resignatione Petrus de Réva cum fratribus expeditus redditur. 1618: 76.
— Ejus credibilitas cum Archivo transfertur ad Capitulum Neozoliense. 1802: 15.
Thuróczy Benedictus Janitorum Regalium Magister. 1464. Concl.
— Benedictus secundus subscripsit Pacificationem Viennensem. 1606.
